3 1761 05606822 4

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

LGr
A866S
Athenaeus. Naucratita
Deipnosophistarum libri X
[Vol. 10]

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
ARGENTORATENSIS
INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS
ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS QUINTUS.

ANIMADVERS. IN LIB. IX. ET X.

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO XII. (1804.)

21460
6

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM NONUM.

Ed. Caſaub. p. 366.

AD CAP. I.

a Δόρπου δ' ἑξαῦτις &c. »Lautarum coenarum »menſae primae variis conſtabant diverſorum eduliorum »ferculis. Coenae quam deipnoſophiſtae coenarunt, pri»ma παράθεσις poſt guſtationem fuit Piſcium omne ge»nus. Is miſſus duobus ipſis libris, ſeptimo & octavo, »materia ſermonum fuit, ut ante dictum. *Nonus liber* »reliqua omnia primarum menſarum fercula continet. *Ole»ra* hic habes, & omnis fere generis *Carnes*; puta, *por»cellinam*, *porcinam*, *aprugnam*, *leporinam*: item *phaſiano»rum*, *perdicum*, *gallinarum*, & caeterarum volatilium qui»bus veſci mos eſt. Ac praecipua quidem libri capita haec »ſunt. Sed Athenaeus, ſolens more ſuo, τοῖς ἔξωθεν λό»γοις ἐπλήρωσε τὸν λόγον, ut ait Philoſophus. Semper »autem in principio & in extremo cuiusque libri *Timo»cratem* ſuum compellat auctor. Hunc igitur librum ita »orditur Homeri verbis: [Odyſſ. δ'. 214 ſqq.]

»Δόρπου δ' ἑξαῦθις μνησώμεθα· χερσὶ δ' ἐφ' ὕδωρ
»χεύαντων· μῦθοι δὲ καὶ ἠῶθεν περ ἔσονται:

»ἐμοί τε καὶ σοὶ, ὦ Τιμόκρατες. Apud poëtam eſt, Τηλε»μάχῳ καὶ ἐμοὶ, διαειπέμεν ἀλλήλοισι. Non eſt dubium, »τὸ ἠῶθεν α [quod *ad auroram usque* perperam interpretatus eſt Dalec.] »poſitum eſſe pro ἠοῖ vel ἄμ' ἠοῖ. Vult enim »Menelaus dicere, differamus ſermones in craſtinum ma-

»ne: nunc edamus. Neque hîc aliter exponi haec de- a
»bent: nam δόρπος Athenaeo eſt *edere*; & [δόρπου μνή-
»σασθαι,] *verba facere de cibis*, relictis aliis omnibus ſer-
»monibus. « CASAUBONUS. — Pro edito olim ἐξαῦθις, eſt ἐξαῦτις in ms. *A.* ut apud Homerum. In *Epit.* deeſt introitus libri. Pro χερσὶ vero idem ms. *A.* corruptiſſime χαίρει habet, notando exemplo ob ſimilia ſcripturae monſtra alibi occurrentia. Vide Animadv. Vol. IV. pag. 593 extr. & ſq. item quae ad vocem Ἐπιτιμαῖε notavimus, VIII. 362. b.

»Περιενεχθέντων γὰρ κωλήνων, καί τινος εἰπόντος εἰ τα-
»κεραί εἰσιν; Primum apponuntur κωλῆνες. Quae vocan-
»tur in vivis animantibus κῶλα, *extantes e corporis trunco*
»*partes*, in mactatis victimis ſunt κωλῆνες, vel κωλεοὶ, aut
»κωλεαί: tot enim modis effertur iſtud nomen. Heſy-
»chius κωλῆνας idem vult eſſe atque ἀκροκώλια; de qui-
»bus dictum nobis libro II. cap. XXIII. [ad pag. 63. e.]
»ſed haec vox extremas partes τῶν κώλων proprie deſi-
»gnat: κωλὴν integrum membrum; puta, *pedes*, *crus* &
»*femur totum*. Argumento eſt vel hic locus libri quarti;
»[pag. 154. b.] παρατεθέντων κωλήνων τὸ μηρίον ὁ κράτι-
»στος ἐλάμβανε. Ac proprie quidem, nullo discrimine
»cuiuscunque victimae partes illae quas diximus, κωλῆ-
»νες ſunt & dicuntur antiquis ſcriptoribus: uſus tamen
»recentior obtinuit, ut κωλῆνα ἁπλῶς cum dicimus,
»*pernam ſuillam* aut *petaſonem* intelligamus; ob ſingularem
»videlicet ſuillae carnis praeſtantiam: nam etiam in idio-
»tismo ſermonis vernaculi idem licet obſervare. Cum igitur
»appoſiti eſſent κωλῆνες, & quaeſiſſet aliquis εἰ τακεραί
»εἰσιν, nata inde eſt occaſio dicendi de voce τακερός.
»Περιενεχθέντων, inquit, κωλήνων, καί τινος εἰπόντος, εἰ
»τακεραί εἰσι; Παρὰ τίνι κεῖται τὸ τακερόν; ὁ Οὐλπια-
»νὸς ἔφη. In Excerptis, εἰ τακεροί εἰσι: neque aliter
»poteſt; niſi πρὸς τὸ σημαινόμενον potius reſpexit, quam
»ad vocem κωλήνων, quae praeceſſit. Κωλὴν ſemper mas-
»culinum: κωλεὸς *apud Athenienſes foemininum*, *apud alios*
»*masculei generis*. Sic Epitoma & Euſtathius [ad Iliad. τ'.
»pag. 1249. l. 46.] Athenaei ſequentia verba capiunt:
»Ὁρῶ γὰρ ἐν παροψίσι περιφερόμενον μετὰ τῶν κωλήνων·
»οἶδα γὰρ καὶ οὕτως λεγόμενον κωλεὸν ἀρσενικῶς, καὶ οὐχ
»ὡς οἱ ἡμεδαποὶ Ἀθηναῖοι μόνον θηλυκῶς. Nobis quae-
»dam videntur animadvertenda in verbis hisce: quorum

a » pleraque antiquis membranis debet recens editio. Ante » omnia ſcribendum μετὰ τῶν κωλεῶν, non κωλήνων: » niſi volumus, ſine cauſſa ulla & inepte uſurpatas au- » ctori voculas γὰρ & οὕτως. Deinde Athenaei verba in- » telligo aliter quam Euſtathius vel Breviator. Putamus » enim, Ulpianum de induſtria uſum voce κωλεὸς, cum » dixit μετὰ τῶν κωλεῶν: ut ei praeberetur anſa ſubiectae » ab illo obſervationis, quae haec eſt; *Reperiri apud pro-* » *batos auctores vocem hanc ἀρσενικῶς formatam,* ὁ κωλεός: » *non ſolum* Ἀπλυκῶς, ἡ κωλῆ, *ut ſemper eam dictionem effe-* » *runt Attici.* Poſtremo, nihil librorum conſenſum mora- » tus, in quibus ἡμεδαποὶ exaratum, lego ὑμεδαποί. Ul- » pianus loquitur, homo Tyrius, ad illos e convivis ſer- » monem convertens, quos norat eſſe *Athenienſes.* « Ca- SAUBONUS. — At idem *Ulpianus*, quamquam *natione Syrus*, tamen ab auctore noſtro ſtatuitur ſive *civitate Athenienſis* fuiſſe, ſive ob Graecarum literarum ſtudium peritiamque videri *Atticus* voluiſſe: quare etiam paulo poſt alius inducitur e deipnoſophiſtis, *Syr- Attici* nomine eum compellans, quae compellatio ad hoc ipſum Ulpiani verbum refertur, quod hoc loco de Atticis loquens, ἡμεδαποὶ Ἀθηναῖοι dixiſſet. Igitur bene habet iſta ſcriptura, quam ex Italicis msstis enotatam Caſaubonus repererat: nam octo verba καὶ οὐχ ὡς οἱ ἡμεδ. Ἀθην. μόνον Ἀπλυκῶς, cum in ed. Ven. & Baſ. omiſſa eſſent, a Caſaubono e msstis ſuppleta ſunt: eademque verba & noſter cod. *A.* agnoſcit, niſi quod non μόνον, ſed μόνως habeat; quâ vocis formâ & aliàs commode ſolet uti Noſter, ubi ſignificanter *ſolummodo* vult dicere. cf. pag. 373. a. Iam, quod de vulgata ſcriptura μετὰ τῶν κωλήνων in μετὰ τῶν κωλεῶν muranda monuit doctus Animadverſor, id ita manifeſtum certumque mihi viſum erat, ut recta in contextum recipere illam emendationem non dubitarem. Sed vetus illud ſphalma eſt: quod non ſolum noſtras etiam membranas *A.* occupavit, ſed & illum codicem occupaverat quo uſus eſt Epitomae auctor. Inde factum ut ab Athenaei ſententia prorſus aberraret Breviator, qui Epitomen libri Noni ab his ipſis verbis incipit: Ὅτι οἱ κωλῆνες λέγονται παρ' Ἀθηναίοις μὲν κωλεοὶ Ἀπλικῶς μόνως· παρὰ δ' ἑτέροις καὶ ἀρσενικῶς. ὡς Ἐπίχαρμος· χορδαί τε ἀδὺ, καὶ μὰ Δία χ' ὠ κωλεός. Unde ſua deſcripſit Euſtathius l. c. Ubi quod ſtatuere videntur hi, Atticos ἡ

κωλεὸς dixiſſe, alios vero Graecos vulgo ὁ κωλεὸς, id a a vero prorſus alienum eſt. Nec enim vulgo Graeci *pernam* ſeu *petaſonem* τὸν κωλεὸν dixerunt: nec id affirmat Athenaeus; ſolummodo ait, *ſe meminiſſe ita etiam nominatam pernam* (κωλεὸν, *masculinâ formâ*) *reperiri*; nempe raro, ac fortaſſe nonniſi *apud Epicharmum*, duobus illis locis quae continuo deinde citantur. Graecis vulgo, & praeſertim Atticis, *perna* ὁ κωλὴν, & ἡ κωλῆ vocabatur, *foemininâ formâ ex* ἡ κωλέα (vel potius κολεὰ) *contracta*, ut p. 268. d. docet Auctor noſter. Denique, quod ad iſta verba ſpectat, εἰ ταχεραί εἰσιν, ferri vix ac ne vix quidem ibi poſſet adiectivum ταχεραὶ in foeminino poſitum, ſi iſta verba ab eâdem perſonâ pronunciata fingerentur, quae modo περιενεχθέντων κωλήνων dixerat. At περιενεχθέντων γὰρ κωλήνων ſunt *Athenaei* verba ad ſuum Timocratem haec ſcribentis: iſta autem, εἰ ταχεραί εἰσιν, finguntur eſſe *alterius cuiusdam* e convivis; qui ſcilicet, nomen ἡ κολῆ in animo habens, absque incommodo interrogare poterat, εἰ ταχεραί εἰσιν. Quod vero Caſaubonus ait, in *Excerptis ſcribi* εἰ ταχεροί εἰσιν: Excerpta nunc noli, ut aliàs, Excerpta Hoeſcheliana, id eſt Epitomam, intelligere: nam verba iſta, ut paulo ante vidimus, prorſus praetermiſit Epitomator. Sed iſtam ſcripturam cum in numero variarum lectionum, ſecum communicatarum, adnotatam reperiſſet Caſaubonus, e codice aliquo msto ductam exiſtimavit, cum nonniſi ex coniectura a docto aliquo Athenaei lectore ad oram libri ſui fuiſſet adſcripta. Simili ratione H. STEPHANUS in Theſ. Graec. ling. T. II. pag. 527. h. locum hunc Athenaei ſic citat, quaſi εἰ ταχεροί εἰσι legeretur; non quod in veteri libro ſic ſcriptum reperiſſet, ſed quod ita legendum viſum eſſet ipſi.

Παρὰ τίνι κεῖται τὸ ταχερόν; Sic membranae *A.* ignorantes καὶ particulam, quae inutiliter ab editoribus inſerta erat. *Ibid.* καὶ σίναπι δὲ τὶς εἶπκε τὸ νάπυ; Perperam Dalec. *quis pro ſinapi Napy dixit?* cum plane contra debuiſſet, *quis pro napy dixit ſinapi?*

Ὀρύα. »In *EPICHARMI* loco ex *Megaride*, ὄρεα mi- b »nus recte libri omnes, pro ὄρυα vel ὄρουα, ut dictum lib. »III. cap. XIV. « CASAUBONUS. — Vide III. 94. f. & ad eum locum Animadv. Scribitur autem cum ibi, tum paucis abhinc lineis, in accuſ. ſing. ὀρύαν penacute: quam ad normam etiam h. l. ὀρύα penacute ſcripſimus, quem-

b admodum & editum eſt apud Heſychium. Nam apud hunc Gloſſographum non modo Ὀρούᾶ (ſic ſcriptum) legitur, quem locum Caſaubonus citavit ad III. 95. f. ſed rurſus deinde Ὀρύα· χορδὴ ἑφθή. Vetus noſter cod. *A.* hic vulgatum tenebat: in Epit. autem deeſt hoc prius Epicharmi teſtimonium; puto, quia nimis mendoſe ſcriptum erat: forte enim in ipſius exemplo dein etiam (ut in ms. *A.*) τηρήδιον ſcriptum fuerat; quod quidem recte in τυρίδιον mutatum videtur in edd. Quosnam vero, continuo dein, σφονδύλους dicat poëta, exponant nobis docti. *Verticillos* interpretatus eſt Dalecamp. *Oſtrei* neſcio quam *ſpeciem* intellexit Gallicus interpres, ad *d'Argenville* provocans. Poſſis alias atque alias interpretationes excogitare: quarum quum nulla certa mihi occurreret, Graecum nomen in latina verſione tenui. Nec vero magis vidi, qua metri lege adſtricta tota illa ecloga eſſet.

In altera eiusdem *EPICHARMI* eclogâ, e *Cyclope* ductâ, metri ratio facile patebat. Ibi cum ἀδυναὶ tamquam una vox in ed. Ven. & Baſ. ſcripta eſſet, recte & conſentiente utroque msto Caſaubonus ἀδὺ ναὶ μὰ Δία edidit: in ed. Caſ. 3. vero temere rurſus ἀδυναὶ invectum. ἀδὺ καὶ corrigendum cenſuerat H. STEPHANUS, Theſ. II. 527. e. Quas χορδὰς dixerint Graeci, expoſuimus ad I. 4. b.

καὶ ἄλας δὲ ἡδυσμένους &c. »Beatorum menſis olim »*ſal* inferri ſolitus *non merus*, & qualem natura edit; ve»rum aliquo artificio *mangonizatus*. De eo genere ſalis »Athenaeus: καὶ ἄλας δὲ ἡδυσμένους ὁρῶ ἐν ἀλλαις παρο»ψίσι. *Salis condiri* ſpeciem eſſe arbitror quos vocat Ari»ſtophanes ἄλας θυμίτας, *ſalem cum thymo tuſum* & ſua»veolentum: in Acharn. [*verſ.* 772.]

»Αἰ λῆς, περίδου νῦν μοι περὶ θυμιτιδᾶν ἀλῶν.

»Vetus interpres: οἷον μετὰ θύμου τετριμμένων. καὶ ἑτέ»ρωθι·

»Ἄλας θυμίτας δοὺς ἐμοὶ καὶ κρόμμυα.«

[Vide Brunckii Notas, & conf. vers. 1098. Adde Leonidae Tarentini Epigr. 54. Tom. I. Analector. Brunckii, pag. 234.] »His opponit Deipnoſophiſta ἄλας ἀνηδύντους, »*ſales inſulſos; quibus* ait *Cynicos abundare.*« CASAUB.

παρ' οἷς κατὰ τὸν Ἀντιφάνην· (λέγει δ' ἐν Κωρύκῳ τις ἄλλος κύων·) —— Τῶν θαλαττίων δ' ἀεὶ &c. Mira rurſus orationis vel conciſio vel ἀνακολουθία: ſimilis quodammodo ei, quam libro ſuperiori pag. 343. c. aut quam p.

365. d. obſervavimus. Senſus, ſi ſuppleas verba ſubintellecta, hic eſt: *apud quos locum habet id quod eſt apud Antiphanem, ubi alius quidam Cynicus dicit: Unum habemus* &c. Quod ait ἄλλος κύων, exſpectaveram αὐτὸς κύων, id eſt, *aliquis qui ipſe Cynicus erat:* nihil autem in vulgata ſcriptura mutat vetus cod. *A.* (nam in Epit. haec omnia deſunt:) quae ſi vera ſcriptura; intelligendum fuerit, Ulpianum, ubi modo dicebat ἀνηδ. δὲ ἀλ. πλ. οἱ Κυνικοὶ, *ſuae aetatis Cynicos* dixiſſe, & ipſos praeſertim illos qui coenae intererant, a quibus nunc distinguatur ille *alius* apud Antiphanem. b

Corrupti *ANTIPHANIS verſus* in ed. Caſ. ſic ſcripti legebantur:

Τῶν Θαλαττίων δ' ἀεὶ
Ὄφον ἕνεχ' ὁ μὲν διὰ τέλους δὲ τοῦτο ἄλα, ἐπὶ δὲ c
Τούτοις πίνομεν οἰνάριον εἶδος νὴ Δί' οἰκίας
Πόσειδον, οἷος τοῖς παροῦσι συμφέρει
Ἀπαξάπασιν ὀξυβάφῳ ποτηρίῳ.
Ὁρῶ δὲ καὶ μετ' ὀξους ἀναμεμιγμένον γάρον.

Eodemque fere modo in ed. Ven. & Baſ. niſi quod ibi (ſicut in ms. *A.*) recte *vs.* 2. ὄφων ſcribitur: tum vero in eisdem editionibus voces Ὄφων, Ἀπαξάπασιν, & Ὁρῶ, ita ſcriptae ſunt, ut indicetur ab harum quaque novum incipi verſum; ſed ab Ὄφων usque *συμφέρει* omnia continuo tenore ſcripta. Ad quem locum eſt CASAUBONI animadverſio haec. »Deinde recitat ex Antiphane non uno loco depravatos verſus. Eos hic ſubiiciemus emendatos »ex animi noſtri ſententia.

» — τῶν Θαλαττίων δ' ἀεὶ
»Ὄφων ἕνεχ' ὁ μὲν διὰ τέλους ἅλας, ἐπὶ δὲ
»Τούτοις πίνομεν οἰνάριον, εἶδος νὴ Δία·
»Πόσειδον, οἷον τοῖς παροῦσι συμφέρεις
»Ἀπαξάπασιν ὀξυβάφῳ ποτηρίῳ·
»Ὁρῶ δὲ καὶ μετ' ὀξους ἀναμεμιγμένον γάρον.

»Tertio verſu, εἶδος eſt *acetum*, hoc eſt, *vinum aceto ſi»mile & corruptum.* Vide libro ſecundo, cap. XXVI.« — Sic ille. Ubi, ut ab hoc ordiar, miratus ſum poſtrema iſta verba, Ὁρῶ δὲ &c. una cum ſuperioribus pro Antiphaneis a viro docto habita. Efficiunt quidem illa ipſa, Ὁρῶ usque ἀναμεμιγμένον, revera iambicum ſenarium, in quo me nec offenſurus erat quartus pes dactylus: ſed nec cum poëtae verbis iſta cohaerent, & ex tota praecedentis ſe-

c quentisque ſermonis connexione adparere videtur, non eſſe iſta *Antiphanis* verba, ſed *Ulpiani*: qui, ſicuti in ſuperioribus dixerat, ὁρῶ γὰρ ἐν παροψίσι - - - οἶδα γὰρ &c. tum rurſus, καὶ ἄλας δὲ ἠδυσμένους ὁρῶ, ſic nunc, Ὁρῶ δὲ καὶ - - - οἶδα δὲ &c. Quod & perſpecte Dalecampius interpres videns, verba haec, *Conſpicio & mixtum cum aceto garum*, ad *Ulpianum* retulit, non ad *Antiphanem*. Quod de ſignificatione vocabuli εἶδος monuit Caſaubonus, de eo copioſe dictum ad II. 67. c. ubi ſimul oſtenſum, ἦδος vel ἧδος ſcriptum oportere, ubi *acetum* ſignificatur. Nec tamen mutavimus hic vulgatam ſcripturam, quia in loco difficili, cui nulla ſatis certa medicina occurrebat, conſultiſſimum duximus integram veterum membranarum ſcripturam repraeſentare. Itaque *verſu* 2. quidem pro ἔνεχ' ὃ μὲν (quamquam nil aliud e ms. *A.* adnotatum erat) non dubitavimus ἓν ἔχομεν corrigere, quod manifeſte in illâ ſcripturâ continebatur: itemque pro τοῦτο ἄλα, quod exſerte ſcribebatur, quo rite finiretur verſus, per apoſtophum τοῦθ' ἅλα ſcripſimus; quamquam ἅλας, (in accuſ. plur.) non ἅλα, hic ſcriptum olim fuiſſe haud immerito ſuſpiceris, quoniam ἅλς, pro *ſale*, in ſing. num. ita nude poſitum vix apud ullum probatum auctorem Graecum reperitur: cum quo etiam convenit quod continuo deinde ἐπὶ τουτοις (in plurali numero) ſubiicitur. Sequentia autem verba, ἐπὶ δὲ τούτοις usque συμφέρει, talia adpoſuimus, qualia in membranis ſcripta legi accepimus; licet mendoſa admodum, & ex vetuſtis gloſſis (ut videtur) imperite interpolata. Videntur autem illa, ſi modo in his tenebris coniecturae aliquis locus, tali quodam modo a poëta concepta fuiſſe:

Ἐπιπίνομεν δ' οἰνάριον, ἦδος, νὴ Δία·

Β. Πόσειδον! Α. οἷον τοῖς παροῦσι συμφέρει.

Nam, quod vulgo ſcribitur, ἐπὶ δὲ τούτοις πίνομεν, id ex gloſſemate irrepſiſſe videtur, pro ἐπιπίνομεν δ': tum vero iſta, quae vetus codex monſtroſa habet, οἰκίας τρόπον πόσειδος, partim & ipſa ex gloſſemate illata ſunt, partim veſtigia ſervarunt vocis Πόσειδον, quae recte ab editoribus reſtituta auctori videtur. Scilicet ad vocem εἶδος (vel ἦδος aut ἧδος) ſpectaverat aliquod breve ſcholion huiusmodi, οἰκείας τρόπον πόσιος vel πόσεως, id eſt, *tamquam proprium nobis & conſuetum potum*: quod ſcholion, corruptâ inſuper & primâ & poſtremâ voce, in

contextum illatum est, verâ scripturâ Πόσειδον perperam c confusâ cum postremo scholii vocabulo.

AD CAP. II.

» Ad propositam super voce τακερὸν quaestionem, » ita respondet *Zoilus* Grammaticus: Ἀριστοφάνης, ὦ » οὗτος, ἐν Λημνίαις τὸ τακερὸν ἔταξεν ἐπὶ τοῦ τρυφεροῦ. » Primaria notione τακερὸι [a verbo τήκεσθαι] dicitur *quod* » *quasi liquescit*, adeo *molle & tenerum* est. Sic vulgo dici- » mus, *in ore liquescere*, quae *tenerrima* esse volumus indica- » re. Hippocrati, in libro De Morbis Muliebribus, ἀκρο- » κώλια ἑφθὰ τακερὰ dicuntur, quae Pherecrates libro VI. » [pag. 269. a.] vocabat δίεφθα ἀκροκώλια. Aretaeus, de » Acutorum morborum Curatione, lib. I. cap. 10. [pag. » 91. ed. Boerh.] Κρεῶν ἀκρόποδες ἐν χυλοῖσι τακεροὶ, πε- » λειαι, ἀλεκτορίδες ἕφθαί. Pro τακερὸν, dixit τετηκὸς Eu- » ripides in Cyclope,

» Τάδ' ἐκ λέβητος ἕφθὰ καὶ τετηκότα.

» Galenus, Τῶν κατὰ Τόπους libro secundo: Οὐκ εὐθὺς τοῦ » ἑψήματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ὅταν ἤδη πως γένωνται τακερά. » Paulo post opponit Athenaeus, τὰ τακερῶς ἑψημένα, τοῖς » κραμβαλέοις, id est, *iurulenta*, iis quae alianio :osta sunt. » Hic vero κωλῆνες τακεροὶ dicuntur, *probe saliti & delicati.* » Ita enim Graeci τακερὰ appellant quae *sale* sunt *macera-* » *ta*, ut ταρίχῃ & ἁλιστὰ κρέα: quae Artemidorus ait, » ὑπὸ τῶν ἁλῶν τετῆχθαι, lib. I. cap. 73. Similiter & legu- » mina εὐτακῆ vocabant, *quae facile coquantur.* Lucianus » Hermotimo: [c. 61. Tom. IV. edit. Bipont. pag. 80.] » οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ, καὶ οἱ φακοὶ εὐτακεῖς. « Casaub.

Φερεκράτης, Κραπατάλοις. Sic rectè ms. *A.* quem- d admodum corrigendum monuerat Casaubonus in Animadv. ad III. 75. b. cuius notata de titulo huius fabulae in Indice Auctorum olim, si Deo placet, adpositurî sumus. — *Ibid.* Pro αὐτόθι, quod valet *ibi*, *inibi*, αὐτόθεν fortasse olim scriptum fuisse probabile fit ex eo, quod lib. II. pag. 55. b. ubi idem versus adponebatur, εὐθεως ex interpretatione scripserat Epitomator; qui hoc quidem loco, nonnisi duo verba adposuit: καὶ Φερεκράτης· τακεροὺς ἐρεβίνθους. Vide notata ad II. 55. b. Nec tamen mutari quidquam temere velim.

Σίννις δ' ὠνόμασε Νίκανδρος. In scriptura huius no-

d minis, quod in editis conſtanter per *iota* in ſine efferebatur, ſecutus ſum libros noſtros msstos. Hoc quidem loco uterque codex cum editis in ſcripturam Σ*ίνηπι* conſentiebat, quemadmodum etiam ſupra (lit. a.) *σίναπι* cum editis habet ms. *A.* ubi in Epit. deeſt id vocab. Deinde vero conſtanter idem codex *A. σίνηπυ*, *σίνηπυος*, rurſusque *σίνηπυ*, & mox ter deinceps *σίναπυ*. Pariter codex *Epit.* in iſtis, *οὐδεὶς δ' Ἀττικῶν σίναπυ ἔφη*, & in illis, *σίναπυ δὲ ὅτι σίνεται &c.* Deſunt autem in Epit. tria Nicandri teſtimonia. Confer paulo poſt Caſauboni Animadv. & Adnotationes noſtras ad II. 66. f. & ad II. 68. e.

In *primo* NICANDRI *teſtimonio*, pro Ἦ *μὴν*, quod habent editi, rectius fortaſſe, Ἤ *μὴν* aut Ἤ *μὲν* ſcribetur, quod ſequenti *ἢ δὲ* reſpondeat.

In *tertio* eiusdem NICANDRI *verſu*, cum *ἄρινόν τε* eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Fortaſſe ſcribendum *ἀ ῥ ῥ ι ν ο ν*, *naribus moleſtum*: vel *κάρδαμ' ἀνάῤῥινόν τε*. *Anarrini* paullo poſt Speuſippus meminit, [p. »369. b.] *ῥαφανὶς*, *γογγυλὶς*, *ῥάφυς*, *ἀνάῤῥινον*, *ὅμοια*. « — Nobis *κάρδαμον ἀ ῥ ῥ ι ν ό ν τε* vetus noſter codex dedit. Sit-ne autem ſubſtantivum nomen *ἄῤῥινον*, an adiectivum ſimul cum *μελάμφυλλον* ad *σίνηπυ* referendum, non confirmaverim: ſed poſterior ſententia probabilior.

Κράτης – – Ἀ ρ ι σ τ ο φ ά ν η *παριστᾷ λέγοντα*. Sic ms. *A.* a Ἀ ρ ι σ τ ο φ ά ν η ν edd. Monet autem mox ipſe Athenaeus, falſo citatum eſſe ab illo Grammatico Comici verſum. Vide Equit. 628. (631. edit. Br.) ubi etiam *τὰ μέτωπ' ἀνεσπ.* legitur, rectius quam *τὰ πρόσωπ' ἀνεσπ.* quod apud Noſtrum habet ms. *A.* cum edd.

Οὐδεὶς δ' Ἀττικῶν σ ί ν α π υ ἔφη. »Quod Latini Graecâ »voce dicunt *ſinapi*, trifariam enuntiant Graeci, *νᾶπυ*, »*σίναπυ*, & *σίνηπι*. Negat autem Athenaeus, extare us»quam in ſcriptis eorum qui Attice locuti ſunt vocem *σί»ναπι*. Οὐδεὶς Ἀττικῶν, inquit, *σ ί ν α π ι* [nempe ſic edi»ti; ſecus ac mssti] ἔφη. In Ep. *σ ί ν α π υ* [ſicut in ms. »*A.*] Et Euſtathius, qui ſolum *νᾶπυ* relinquit Atticis: »Νᾶπυ, ait, [ad Iliad. π'. pag. 1078. l. 49.] Ἀττικὴ »λέξις. *τὸ μέντοι σ ί ν α π υ οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν* ἔφη, *ὡς »ἐν τοῖς τοῦ Δειπνοσοφιστοῦ κεῖται· οὐ μὴν οὐδὲ τὸ σ ί ν η»πι*. « CASAUBONUS. — Recte vero Athenaei mentem Euſtathius expreſſit: eſt enim illius ſententia, Atticos ſolummodo *νᾶπυ* uſurpaſſe, nec apud Atticum ſcriptorem

reperiri illud nomen ſyllaba *σι* ab initio auctum, igitur nec *σίναπι* aut *σίναπυ*, nec *σίνηπι* aut *σίνηπυ*.

Τουτὶ τὸ κακὸν &c. »A nomine *σίναπι* fit verbum *σινα-*
»*πῶ*, *vultum adduco*, quod proprium *indignantium*. XENAR-
»CHUS in *Scythis*: Τουτὶ τὸ κακὸν οὐκ ἔστ' ἔτι κακόν· τὸ
»ζυγάτριόν τε μου σεσινάπικεν διὰ τῆς ξένης. Ubi fortaſſe b
»ſcribendum, οὐκ ἔστ' ἔτι τλατόν. Reperti ſunt qui iu-
»berent reſcribi per *ι*, *σεσινάπικεν*. [Sic Dalecamp.] Er-
»rarunt. Euſtathius: [l. c.] Ἐκ τοῦ *σίναπι* καὶ ῥῆμά ἐστι
»κωμικὸν, *σιναπῶ*. οἷον, τὸ ζυγάτριόν μου *σεσινάπη-*
»*κε* διὰ τῆς ξένης· ἤγουν, ἐδριμύξατο.« CASAUBONUS. —
Scripturam *κωμῳδιοποιὸς* dedere ambo noſtri codices. In poëtae *ῥήσει* nec metrum expedire, nec de verborum ratione aut ſententiâ certi quid valui ſtatuere. Priorem partem non adpoſuit Breviator; ut neſcias, an & ipſe in ſuo exemplari (ut habet ms. *A*. cum edd.) ἔτι κακὸν reperererit. *τε* poſt ζυγάτριον omiſit idem: quare nec apud Euſtath. legitur illa particula. In *σεσινάπικεν* conſentiunt libri omnes: quod verbum per ἐδριμύξατο interpretans Euſtathius, reſpexerat illud Ariſtophanis paulo ante citatum, *κἄβλεψε νάπυ*, quod valet *ἀνέβλεψε δριμὺ καὶ ὀργίλον*, ut ibi exponit Comici Graecus interpres. Caeterum quum Atticorum poëtarum nemo, ut modo docebat Athenaeus, nomine *σίναπι* vel *σίναπυ* uſus ſit, ne verbum quidem *σιναπῶ* quisquam uſurpaverit: at nimirum *Xenarchus* comicus, non Athenienſis fuit, ſed Syracuſius, Sophronis Mimographi filius, teſte Zenobio, Proverb. Cent. V. 83. Nobis tamen, quum praeſertim haud adpareret quo pacto verbum *σεσινάπικεν* ea notione, quae Euſtathio placuit, cum genitivo διὰ τῆς ξένης conſtrui potuerit, oborta erat ſuſpicio, longe aliud quid ſignificare fortaſſe voluiſſe poëtam; qui ſcilicet comice ficto verbo, Doricâ formâ, *σιναπᾶν* dixiſſet pro *σινωπᾶν*, *Sinopes* (famoſi ſcorti) *mores vitamque imitari*: ut queratur ille pater, *filiolam ſuam per peregrinam lenam in diſſolutam vitam eſſe perductam*.

Quod ſequitur *ARISTOPHANIS* teſtimonium, id ex fabulâ *Gerytade* deſumtum eſſe docet Comici Scholiaſtes ad Veſp. 1303. ubi recte *verſ.* 1. ῥήματα ſcribitur, pro ῥῆμα quod & in ms. *A*. (nam deſunt haec in Epit.) & in ed. Ven. & Baſ. legebatur; pro quo tacite ῥήματι ediderat Caſaub. Recte etiam *vs.* 2. apud eumdem Scholiaſten ἐμβαπτόμενος: quod & apud Athen. nobis dedit ms. *A*.

Perſonarum autem *partes* praepoſitis literis *A.* & *B.* nos, uti commodum viſum erat, distinximus.

AD CAP. III.

παρὰ τίνι ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἡ παροψὶς κεῖται. Reſpicit Ulpiani verba, pag. praec. b. Apud probatos Graecos ſcriptores τὴν παροψίδα de *vaſe* dictam occurrere negat nimis ſeverus Grammaticus Phrynichus, p. 74. *Ibid.* ἐπὶ
c μὲν γὰρ ὄψου παρεσκευασμένου ποικίλου καὶ εἴδους τινὸς τοιούτου. De eodem uſu eiusdem vocabuli παροψὶς loquens auctor p. 368. ait, ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται: quare eâdem notione hoc loco ἐπὶ ἥδους τινὸς ſcripſiſſe videtur, quod idem valeat ac ἐπὶ ἡδύσματος: nempe *de condimento*, id eſt, *de condito quodam & ſcite parato cibo.* Nam, quod idem vocab. ἧδος Attici ſigillatim de *aceto* uſurparint, id non aliam habuit rationem, niſi quod *primarium ac veluti* κατ' ἐξοχὴν *condimentum* intellexerint *acetum*: quod haud obſcure ipſe Athenaeus ſignificat illis verbis, II. 67. d. τοῦτο μόνον (τὸ ὄξος) Ἀττικοὶ τῶν ἡδυσμάτων ἧδος (ſive ἥδος) καλοῦσι. Dalecampius ἡδέος h. l. legebat, ſic vertens: *nam pro vario quodam obſonio, iam praeparato, & iucundo legi ſcio.* Fuerint tamen fortaſſe qui εἴδους tenendum cenſeant, hoc ſenſu, *de obſonio varie praeparato aut aliquo tali genere cibi.*

Platonis ecloga ex fabulâ *Europâ* multis mendis difficultatibusque obſita. In *verſ.* 1. vocabulum Ἀργὸν ad alterius perſonae partes retuli, praeeunte ms. *A.* in quo poſt καθεύδουσ' ἐστὶν *interpungitur* oratio. Poterat vero etiam cum Dalec. priori tribui; ut intelligeres ἀργὸν χρῆμα ἐστιν: *iners ac ignava eſt.* *Verſ.* 2. Pro Ἐγρηγορυῖαι, eſt Ἐγρηγορυίας in ms. *A.* manifeſto mendo: nam in αἱ παροψίδες nil mutat. *Verſ.* 3. Pro κρείττους utique κρεῖττον malis, ad χρῆμα relatum. *Verſ.* 4. In ηταλλαβεῖν, quod ex ms. *A.* enotatum, latere videtur ἢ τἄλλα λαβεῖν, id eſt, *quam caetera ſumere:* quod tamen quid huc faciat, parum video. Edita lectio, ἤ νται λαβεῖν, utrum recentiori alicui librario debeatur, an Muſuri editoris Veneti ingenio, non habeo compertum. Nihil quidem discrepantiae ab edita ſcriptura ex recentioribus codicibus Pariſienſibus hic adnotavit Villebrune.

d In eiusdem *Platonis*, ex *Phaone*, *verſu* 2. claudicans

vulgo metrum, inſertam voculam σε aut aliquod ſimile fulcrum deſiderabat. βραχὺ γάρ γε correxerat ADAMUS, teſte Villebrunio. *ARISTOPHANIS* duo verſiculi e *Daedalo*, & ille e *PLATONIS* Ἑορταῖς paulo ante citatus, repetuntur iidem paulo inferius, pag. 368. c. Mirum vero, in *ARISTOPHANIS vers.* 1. utroque loco in ms. *A.* deeſſe poſtremam vocem τρόπου, quam recte adiectam habent edd. In *Epit.* utrobique deſunt illi verſus.

AD CAP. IV.

Λεωνίδης. LEONIDAM *Eleum*, in politiſſimorum Grammaticorum numero poſuit Auctor noſter, lib. I. pag. 1. d.

Πολλοῖς δ' ἀντιλέγειν μὲν - - - οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει. e

In ed. Ven. & Baſ. perperam omiſſis multis, continuo tenore ſic legebatur: Πολλοῖς δ' ἀντιλέγειν οὐκ ἔτι τοῦτο ἐθέλει. Ubi quae deſiderabantur verba, κατὰ τὸν Πάριον Εὔηνον, ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως· ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν, ea ex Athenaei codice msto ſupplenda docuit *Theod.* CANTERUS, Variar. Lect. lib. I. cap. 8. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 719 ſq.) Quae verba eadem habet vetus noſter cod. *A.* In Epit. vero omiſſa tota Ecloga. Eſſe autem iſtos verſus *EVENI*, confirmabat etiam auctor noſter lib. X. pag. 429. f. ubi quamus verſus eidem poëtae tribuitur; & Stobaeus, apud quem duo priora diſticha ſub eiusdem *Eveni* nomine leguntur, Serm. LXXX. pag. 470. (al. 472.) unde eadem duo diſticha, adiecto tertio ex Athenaeo, in Florilegium ſuum recepit GROTIUS, tit. LXXXII. pag. 345. cuius latinam verſionem Graecis verſibus ſubiecimus. Ex Grotii Florilegio in Analecta ſua adoptavit BRUNCK, T. I. pag. 164. item in Gnomicos Graecos, pag. 132. Apud Athenaeum, quemadmodum ſupplendum veterum editionum defectum Canterus docuerat, ſic edidit Caſaubonus, niſi quod *ſecundo verſu*, pro ἐθέλει, quod cum ed. Ven. & Baſ. & Canteri codice etiam noſter cod. *A.* agnoſcit, ex Stobaeo ἐν ἔθει recepit, nulla veteris lectionis mentione facta. Atqui ſicuti commodiſſima utique erat haec Stobaei ſcriptura, ſic ne illa quidem, quam Athenaei codices dabant, aſpernanda (ſi quid video) fuerat: & erunt fortaſſe idonei in hoc genere iudices, qui revocari eam a nobis reſtituique auctori debuiſſe cenſeant. Nam in promtu eſt, ut ſic eam intelligamus, οὐκ ἔτι τοῦτ' ἐθέλει ἔθος

e εἶναι πολλοῖς, id est, *non solet hoc adhuc multis in usu esse:* vel *non facile hoc multis adhuc in usu est.*

Vers. 3. Recte apud Athenaeum εἷς ὁ παλαιὸς scribitur, pro eo quod est apud Stobaeum, ὡς ὁ παλαιός. *Quartus versus* mendose prorsus in ed. Ven. & Bas. scribebatur: Σοὶ μὲν τοιαῦτα δοκοῦντά πως. ἐμοὶ τάδε. Quem versum partim ex lib. X. pag. 429. f. partim ex Stobaeo sic correctum edidit Casaubonus:

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστιν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

In quo nihil quidem magnopere desideres: sed nobis tenenda visa est veteris codicis *A.* scriptura:

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω· ἐμοὶ δὲ τάδε.

Postremo vers. pro εἰσὶ δίδασκ. perperam εἰς δίδασκ. scriptum in eodem cod. *A.*

AD CAP. V.

f Ἀντιφάνης, Βοιωτίῳ. »Legendum Βοιωτίᾳ ex Polluce »lib. X. cap. XXIII. « CASAUBONUS. — Vide supra, ad III. 84. a. & notata a viris doctis ad Polluc. X. 88.

In *ALEXIDIS vers.* 1. quid sit quod habeat ms. *A.* haud satis scio: illud manifestum videbatur, Ὡς εἶδε scriptum oportuisse, quemadmodum a nobis correctum. In *vers.* 2. privato operarum vitio ποικίλον pro ποικίλων scribitur in ed. Cas. 3. *Vers.* 3. Cum βλέπον, pro edito βλέπων, ex ms. *A.* adferatur, fortasse βλεπεν debuerat: quod superioribus sic iungendum, οὐκ ἔτ' εἰς ἐμ' ἔβλεπεν.

καὶ ὁ τὰ εἰς Μάγνητα ἀναφερόμενα ποιήσας. »*MAGNES* »hic, est ille antiquus comicus, quem auctor est Aristo»phanes in senectute τοῦ σκώπτειν ἀπολειφθέντα, pasto»ritiâ fistulâ solitum in theatro Athenis excipi, cum an»te primas semper tulisset. Locus est in Equitibus [vs. »520 sqq.] Sub huius nomine circumferebantur fabulae »duae, Διόνυσος ὁ πρῶτος, cuius hîc mentio: & Διόνυσος »ὁ δεύτερος, de qua libro XIV. « [pag. 646. e.] CASAUBONUS. *Ibid.* κακῶν παροψίδες. *Malorum paropsides*, veluti proverbiali quadam locutione, dixit poëta. Satis nota in eam sententiam alia dicta: *lerna*, *mare*, *thesaurus*, *Ilias malorum*; de quibus Erasmus in Adagiis p. 377.

a In *ACHAEI vers.* 2. ad editam scripturam κνισηρὰ nil ex ms. *A.* adnotatum: sed ms. *Ep.* κνισσηρὰ habet,

geminatâ literâ ſibilante. Caeterum de hoc *Achaei* teſtimonio a
nio confer animadverſionem proxime ſequentem.

Σωτάδης δ' ὁ κωμικὸς &c. » Inter exempla quibus pro-
» batur *paropſidem* vas ſignificare menſarium, afferuntur
» SOTADIS duo verſus:

» Παροψὶς εἶναι φαίνομαι τῷ Κρωβύλῳ.
» τοῦτον μασᾶται, παρακατεσθίει δέ με.

» Mihi videntur haec locum potius habere debere inter prae-
» cedentia teſtimonia, quibus altera probatur dictionis παρο-
» ψὶς notio, cum pro *opſonio* accipitur *quod alii additur in-*
» *ſtar condimenti.* Ut pani adiicitur obſonium, ſic obſonio
» *paropſis*, ſive ea fuerit maza, ſive iusculi genus quod-
» dam, ſive aliud εὐτελὲς ἔδεσμα, ait Pollux, [X. 87. con-
» fer vero VI. 66.] quod & παροψημάτιον vocabant; quaſi
» dicas *ſecundarium quoddam opſonium.* De hoc accipiendum
» cenſeam Sotadis verbum παρακατεσθίειν, *cum alio & qua-*
» *ſi obiter aliquid comedere.* μασᾶσθαι de praecipuo opſonio
» dicitur. Sermo eſt tropicus, de eo qui duobus incommo-
» det: alteri quidem προηγουμένως & conſulto conſilio,
» alteri vero per occaſionem & quia res ita tulit. Athenaei
» aliud agentis culpâ, an librarii ſcelere, poſita ſint hoc
» loco Sotadis verba, non pronuntio. « CASAUBONUS. —
At iam in adferendo ſuperiori *Achaei* teſtimonio a priori
notione vocabuli παροψὶς ad hanc alteram, quam dicit
Caſaubonus, transiſſe deipnoſophiſta, qui haec loquitur,
videtur: quod quamquam ex ipſis Achaei verbis, minus
illis perſpicuis, haud ſatis adparebat, tamen cum ex ratio-
ne qua verba illa adducuntur, tum ex ſequenti ſermone
poterat intelligi. Nam quum ſic dicere coepiſſet Gramma-
ticus, quem hîc loquentem Athenaeus facit: Ἐπὶ τοῦ
σκεύους οὖν εἴρηκεν - - Ἀντιφάνης, - - καὶ Ἄλεξις,
- - καὶ ὁ τὰ εἰς Μάγνητα ἀναφ. ποιήσας, dein in hunc
modum perrexit, Ἀχαιὸς δὲ - - & reliqua, cum quibus
cohaeret iſtud, καὶ παρὰ τῷ τὸν Χείρωνα δὲ πεποιηκότι
- - ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται: id eſt, *ve-*
rum etiam (vel, *porro etiam*, καὶ - - δὲ) *apud eum*
qui Chironem compoſuit, de *condimento* (vel *condito ob-*
ſonio) *uſurpatum vocabulum* παροψὶς *reperitur.* In *SOTADIS*
verſ. 2. leviusculum eſt quidem, nec tamen praetereundum,
quod pro edita olim ſcriptura δέ με, codex noſter uter-
que ſic ſcriptum dederit, ut nos edendum curavimus,
δ' ἐμέ.

παρὰ τῷ Ξενοφῶντι ἐν πρώτῳ Παιδείας. Vide Cyropaed. I. 3, 4. *Mox*, poſt Προσῆγεν ignorat noſter codex *A.* verbum ἔφη, editis inſertum; ſed cum ed. Ven. & Baſ. agnoſcit duo verba καὶ βρώματα, temere omiſſa in ed. Caſ. καὶ παρὰ τῷ τὸν Χείρωνα δὲ πεποιηκότι – – ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται &c. Particulam δὲ, perperam in ed. Baſ. & Caſ. omiſſam, cum ed. Ven. adiectam dedit optimus codex *A.* quae quidem particula minime otioſe hic poſita, ſed ad praecedentem καὶ relata, eam vim habet, de qua & ſaepe alibi & proxime ante dictum eſt.

b τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμ. »Αἰτίαν ἔχειν Graecis ſignificat nonnumquam idem ac *dici, nominari*, & »κατηγορεῖσθαι: ut cum ſcribit Plutarchus, De Muſica: »τῆς δευτέρας δὲ καταστάσεως τῆς περὶ τὴν μουσικὴν, Θαλήτας ὁ Γορτύνιος καὶ Ξενόδαμος μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν »ἡγεμόνες γενέσθαι: *dicuntur eſſe auctores*; vel, *imputatur illis inventio.* Athenaeus lib. XII. [pag. 542. e.] αἰτίαν »ἔχων ὡς τὰ ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ ᾄδων: *cum diceretur ſacra facere quae appellabat fratris ſui* ἐπιφάνεια. Libro XIII. »[pag. 584. c.] ἐτύγχανε δ' αἰτίαν ἔχουσα λιθιᾶν: *diceba-*»*tur calculo laborare.* Non aliter locutio haec debuit acci-»pi in iſtis verſibus ex *Chirone*, fabulâ incerti auctoris, »ſed quae *Pherecrati* vulgo tribuebatur, ut dicitur hic, »& lib. XIV. [pag. 653. f.] Priſcianus libro XVIII. Χείρωνας inſcribit. Verſus hi ſunt:

»Νὴ τὸν Δί' ὥσπερ αἱ παροψίδες
»τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων.
»Οὕς ὁ Καλέτας ἀξιοῖ τοῦ μηθενός.

»Ait, *paropſidas elogium conſequi a condimentis*: nam prout »illa ſunt bona aut mala, ſic dicuntur paropſides bonae »aut malae. Qua de re loquatur poëta, ex adſcriptis ver-»bis non poteſt ſciri. Initio *tertii verſus* deeſt aliquid, ut »lex metri arguit. Stabit verſus per hanc ſcripturam, οὓς »ὁ καλὸς οὗτος ἀξιοῖ τοῦ μηθ. « Casaubonus. — Vulgata ſcriptura *verſ.* 3. in qua nil mutat vetus noſter codex, ad verbum hoc ſonat, *quos Caletas nihili prorſus facit*; quemadmodum convertit Dalecamp. Adami emendationem vernaculo ſermone ſic reddidit Villebrune: *de même celui qui* (nous) *invite, n'a aucun mérite par lui-même.*

Nicophontis verſiculum ſic vertit Dalecampius: *Alius pugnato de ſede paropſidis.* Mihi non liquet. *Aristopha-*

NIS duo verſus paulo ante iam adpoſitos vidimus, p. 367. c d. Item *PLATONIS* verſiculum, pag. 367. c.

Οἱ δ' Ἀττικοὶ, ὦ Συραττικὲ Οὐλπιανὲ, καὶ ἔμβαμμα λέγουσι, ὡς Θεόπομπος ἐν Εἰρήνῃ. »*THEOPOMPI Irenen* lau»dat & Pollux lib. III. cap. 2. & lib. X. cap. 26. & 27. « CASAUBONUS. — Cum in ſuperiori Xenophontis loco occurriſſet vocab. ἔμβαμμα, nunc eiusdem vocabuli uſum etiam poëtae Attici exemplo probat deipnoſophiſta. De *Syrattici* compellatione ad *Ulpianum* relata, vide quae notavimus ad pag. 366 a. *THEOPOMPI verſiculos* latine ſic reddidit GROTIUS in Excerpt. p. 552.

Dulce equidem panis: at cum pani offuciae
accedunt condimentum, nihil acerbius.

AD CAP. VI.

Καὶ κωλῆνα δὲ λέγουσι, (intellige e proxime praece- d dentibus, οἱ Ἀττικοὶ) καὶ κωλῆν. Super his vocabulis iam in ipſo huius libri initio movebatur quaeſtio.

In *EUPOLIDIS* verſu, cum εὐθὺ τοῦ ῥόθου legeretur, *ſtatim a diluculo* interpretatus erat Dalec. quod Graece ὄρθρου ſonat. — »Plenus verſus; (inquit CASAUBONUS:) »ſed non plena ſententia. Qui emendant τοῦ ὄρθρου, quin »fallantur non ambigo.« — Nobis ῥόφου vetus codex *A.* dedit: quod vocab. quum a nemine Grammaticorum adnotatum viderim, ex coniectura interpretatus ſum, quaſi ῥοφήματος dixiſſet. Notanda vero literae Φ & Θ permutatio a recentioribus librariis admiſſa: de qua dictum nobis in Animadv. T. IV. p. 485. ad VIII. 331. d.

»Εὐριπίδης, Σκείρωνι· οὐδὲ κωλῆνες νεκρῶν. Legendum »νεβρῶν. Idem mendum non uno loco in ſuperioribus »indicavimus.« CASAUBONUS. — Eodem errore cum editis etiam vetus noſter codex tenetur. Vide vero Animadv. T. II. p. 564.

ἀπὸ δὲ τοῦ κωλέα - - - κωλέα κωλῆ. Rectius, ut videtur, acute κωλεὰ ſcribitur apud Heſych. & in Photii Lexico msto: quae ſcriptura melius ſane congruit cum masculina forma κωλεὰς, de qua dictum ſupra. Sed, ſive ex κωλέα ſive ex κωλεὰ contractum ſit nomen κωλῆ, conſentaneum videtur ut in nominativo plurali κωλαῖ circumflexo accentu, & in accuſativo κωλᾶς ſcribatur. Tamen in proximis *Ariſtophanis* & *Platonis* teſtimoniis con-

ſianter κωλαῖ & κωλὰς acute ſcribitur cum in editis, tum & (quod quidem ſciam) in vetere codice *A*. (deſunt illa teſtimonia in *Epit.*) eamdemque ſcripturam BRUNCKIUS tenuit in Fragm. Ariſtoph. p. 238. & 261.

d Ἀριστοφάνης, Πλούτῳ δευτέρῳ· Οἴμοι δὲ κωλῆς &c. »*Hei* »*mihi propter pernam quam comedebam;* cum dives eram, »nempe. Quod obſervant ad hunc locum, [Dalecampio »id in mentem venerat:] οἴμοι laetitiae ſignum eſſe, fal»ſum eſt. Praecedit apud Comicum verſus hic, [Plut. »1127.] ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς, qui »hunc explicat. Cur hanc *ARISTOPHANIS* fabulam ap»pellet Πλεῖστον δεύτερον, diximus libro III. cap. XXVI.

e »[vide Animadv. T. II. p. 263.] Eiusdem Comici Πελαρ»γοὺς, qui hîc laudantur, nominat & Pollux lib. VII. »cap. 24. [& Athenaeus, cum alibi, tum VI. 247. a.] »item Harpocration in Οἰκίσκῳ. *PLATONIS* comici Γραῖας, »Harpocration in Πλειστηριάσαντες.« CASAUBONUS.

In *AMEIPSIAE* ex *Conno verſ.* 1. ἱερωσύνα penacute ſcribebatur in editis, neſcio an & in ms. *A*. (Epit. haec non habet.) Recte vero ἱερώσυνα Heſychius, Photius, & Etymologus: id eſt, τὰ εἰωθότα δίδοσθαι ἑξαίρετα τοῖς ἱερεῦσιν. *Verſ.* 2. ἡμίκραιρ' ἀριστ. Conf. p. 384. d.

Ξενοφῶν, Κυνηγετικῷ· κωλῆν σαρκώδη, λαγόνας ὑγράς. *XENOPHON de Venat.* pag. 774. ſub fin. edit. Baſ. 1569. ubi mendoſe κοίλην legitur: quod correctum puto in recentioribus editionibus, quarum quidem nulla nunc maxime nobis ad manus eſt.

Πέμψας γὰρ κωλῆν ἐρίφου &c. »Perperam interpretes ca»piunt *XENOPHANIS* verſiculos, male vulgo interpunctos.

f »Πέμψας γὰρ κωλῆν ἐρίφου, σκέλος ἤραο ταύρου
»ταύρου λαρίνου, τίμιον ἀνδρὶ λαχεῖν,
»τοῦ κλέος Ἑλλάδα πᾶσαν ἀφίξεται· οὐδ' ἀπολήξει
»ἔς τ' ἂν ἀοιδάων ᾖ γένος Ἑλλαδικῶν.

»*Miſſo hoedi membro, crus tauri larini & praepinguis repor»taſti: quod quidem conſequi pro magno duxiſſet ſibique hono»rificum iudicaſſet vir ille, cuius gloria Graeciam univerſam »pervagabitur, neque deſinet dum erunt Graecorum poëtarum car»mina.« CASAUB. — Cum ἤραο (tamquam ab ἔραμαι, *amo, cupio*) legeretur in editis, nec inciſa eſſet poſt λαρίνου oratio, duos priores verſus ſic converterat DALECAMPIUS: *Miſſa namque perna hoedi, viciſſim pro munere reddi tibi voluiſti pingue tauri ſaginati crus magni pretii.* Quamquam vero

non satis mihi liqueat quid sit quod dicat poëta, aut quonam de homine agatur; non invitus tamen, cum Casaubono, & ἤραο scripsi, & ante τίμιον ἀνδρὶ *commate* distinxi orationem. Et eodem quidem loco *comma* etiam interpositum in ms. *Epit.* video: sed in eodem codice pro ἤραο vel ἤραο, prorsus mendose ἦρα ὁ scriptum: in ms. *A.* est ηραο absque spiritu, absque iota, & absque accentu. Caeterum de Ulysse, & de bubulo pede per contemtum ei proiecto, (Odyss. υ'. 299.) cogitasse videtur Casaubonus, nescio an & *Xenophanes* poëta. *Vers.* 4. pro ἀοιδάων habet ἀοιδῶν ms. *Ep.* (id est, *cantorum*) quod multo commodius videri poterat, si modo ferret metri ratio. Idem codex *eodem vers.* in contextu quidem Ἑλλαδικὸν habet, cum ed. Ven. Bas. Cas. 1. & ms. *A.* sed Ἑλλαδικῶν superne adnotatum, quod ex Casauboni emendatione receptum in ed. Cas. 2. & 3.

AD CAP. VII.

»Ἔτι δὲ τῶν νεοσσῶν ὀρνίθων, οὓς ἵππους τινὲς καλοῦσι. Mirum extare hanc lectionem in omnibus antiquis. An ἵππους alicubi Graeciae appellarunt, ab ἵπτασθαι, *pullos avium volare incipientes?* Sed assentior lubens doctis viris, & scribo πίπους. Sic vocat noster quos Latini *pipiones*. Graecis tamen eam vocem ignotam fuisse non dubito: etsi πιπίζειν scimus Graecum & Aristophaneum esse verbum.« CASAUBONUS. — Desunt ista *Epit.* Vulgatum ἵππους autem tenet ms. *A.* quod bona fide etiam Natalis Comes in versione latina expressit, *quos equos nonnulli nominant.* Prudentior Dalecampius in versione sic posuit, *quos quidam πίππους vocant:* tum in ora: »*Pippiunt gallinacei pulli: inde Pippi dictio formata.*« Pariter H. STEPHANUS in Indice Thes. πίππους hîc, absque ulla dubitationis significatione, legebat; collato verbo πιππίζειν ex Comici Avib. 307. Quod idem verbum quum simplici etiam litera π in medio scribatur apud Hesychium, & Photium in Lexico msto; magis in promtu erat, ut πίπους cum Casaub. scriberemus, quoniam praesertim inter vulgatum ΙΠΠΟΥϹ & inter hoc ipsum ΠΙΠΟΥϹ (quod ad scripturae ductus pertinet) nihil fere interfit. Cum vero consentaneum videri debeat, nonnisi in vulgatissimo plebis sermone usitatum fuisse illud nomen,

mirum non eſt in ſcriptorum monumentis alibi non occurrere. Eſt vero etiam πίπος, avis cuiusdam maioris nomen apud Ariſtot. Hiſt. Anim. IX. 1. & 21. quod huc quidem nihil ſpectat: de quo videndus Camus in Notis ad Ariſt. pag. 650.

AD CAP. VIII.

a »ΓΟΓΓΥΛΙΔΕΣ. Τούτας Ἀπόλλας ἐν τῷ περὶ »τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων. Puto eſſe eum ſcriptorem, »cuius *Delphica* laudantur: quamquam is Clementi Alex»andrino Ἀπελλᾶς nominatur in Protreptico. Placeat »Ἀπολλᾶς, quod eſt ὑποκοριστικὸν nomen τοῦ Ἀπολ»λώνιος vel Ἀπολλόδωρος, ut Δημᾶς τοῦ Δημήτριος, & ſi»milia. « CASAUBONUS. — Deſunt iſta in *Epit.* Porro Ἀπόλλας quidem h. l. tenet ms. *A.* ſed lib. II. p. 63. d. Ἀπελλᾶς ſcriptum vidimus, quemadmodum apud Clementem pag. 42. ed. Pott. & in Epitome Artemidori Epheſii Voſſio citatâ, De Hiſtoric. Graec. lib. III. p. 326. Agitur autem ſuperiori illo loco apud Noſtrum, prorſus uti hic, de peculiari quodam *nomine apud Lacedaemonios uſitato.* Proba-ne ſit autem altera ſcriptura noſtri codicis, ἐν τῷ μέρει τῶν ἐν Πελοπ. πολ. an recte περὶ pro μέρει poſuerint editores aut doctus aliquis recentior librarius, equidem non definiam. Illud intelligo, defendi iſtam ſcripturam hactenus potuiſſe, ac teneri fortaſſe debuiſſe, ut intelligeretur, *in ea operis* Geographici *parte qua de Peloponneſi Urbibus agitur.*

ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φησὶ καλεῖσθαι. In iſtam ſcripturam cum editis conſentit & ms. *A.* & ms. *Ep.* Quare recte feciſſe editores videntur, quod deinde poſt παρὰ Βοιωτοῖς, (ubi γαστεας eſt in ms. *A.* & γάστρας in ms. *Ep.*) rurſus γαστέρας poſuerunt. Et ſic quidem etiam Euſtathius vel in ſuo cod. Epit. legerat, vel legendum certe cenſuerat; cuius haec ſunt verba: (in Comment. in Odyſſ. ν'. pag. 282. l. 20.) Ὅτι δὲ Λάκωνες μὲν τὰς γογγυλίδας, Βοιωτοὶ δὲ τὰς κράμβας, γαστέρας ἐκάλουν, ἐν τοῖς τοῦ Δειπνοσοφιστοῦ δηλοῦται. Apud Heſychium vero duo gloſſae vulgo leguntur huiusmodi: Γαστορις· γογγυλὶς ἢ κράμβη. Γαστραία· ἡ γογγυλίς. Λάκωνες. Confer Bodaeum ad Theophr. pag. 770. Ad illa verba, γάστρας vel γαστέρας, id eſt, *ventres braſſicas*

tradit adpellari, haec adnotavit DALECAMPIUS: » Capita- a
»tas puto (brassicas,) non alias; vel eas ad radicem qua-
»rum velut rapum extuberat. *Caules rapicios* appellat Ca-
»to cap. 37. «

τὰς δὲ γογγυλίδας, ζεκελτίδας. »Scribo etiam hîc,
»ut paullo post, ζακελτίδας. Hesychius: Ζακελτί-
»δες· κολοκύνται, ἢ γογγυλίδες. Complexus est paucis &
»Ameriae & Nicandri glossas. Idem scribit alibi, olera
»dici Phrygibus ζέλκια. « CASAUBONUS. — In Nicandri
glossa codex *A.* editam scripturam tenet, quae fortasse & b
ipsa proba, licet alteri scripturae consensus codicis *Epit.*
cum Hesychio haud leve utique pondus addere videatur.

Ῥαφανὶς, φησὶ, γογγυλὶς, ῥάφυς, ἀνάῤῥινον, ὅμοια. »In
»codice Graeco legendum puto, ῥαφανὶς, γογγυλὶς, ῥά-
»φυς, ῥάφανος ὀρεινός. Id est: *Radicula, rapum, rhapha-*
»*nus vulgaris, & montanus sive sylvestris.* Eius fit mentio
»inter notha Dioscoridis, & adnotationibus in caput de
»Radice. « DALECAMPIUS. — »Nihil censeo mutandum:
»ita enim libri omnes. *Anarrhinum* & *antirrhinum* esse no-
»mina herbarum constat. « CASAUBONUS. — Vulgatum
tenent etiam nostri codices ambo, idque cum Casaubono
defendit BODAEUS ad Theophr. p. 771. ista omnia nomi-
na uni rapae convenire censens; nec tamen, quodnam
genus *anarrhinon* intelligi potissimum debeat, exponens.
Quum ἀνάῤῥινον proprie dicatur *id quod per nares redit*, vi-
dendum ne eo nomine illud raphani genus intelligi debeat,
quam *armoraciam* aliâs, vernaculo sermone *raifort*, vo-
camus.

Θεόφραστος δὲ βουνιάδα μὲν οὐκ ὀνομάζει, ἄῤῥενα δὲ καλεῖ
τινα γογγυλίδα, &c. Desiderabam δὲ particulam, quae de-
erat editis. Nec vero mstus codex eam agnoscit: sed quum
in eo perperam geminari intellexissem μὲν, (nam ex eo
scripturam talem enotatam video, Θέοφρ. μὲν βουν. μὲν
οὐκ &c.) sub priori μὲν latere δὲ existimavi. De *THEO-*
PHRASTI rapa mare vide iterum paulo post.

Νίκανδρος δ' ἐν τοῖς Γεωργικοῖς. *NICANDER in Georgicis:*
nempe *secundo libro Georgicorum*, ut supra docuit Nolter,
IV. 133. d. In fine *vers.* 1. cum sic editum esset, κυλίν-
δρῳ γῆς ἐφ' ἁλῶος, monuit CASAUBONUS: »Lege κυλιν-
»δρωτῆς ἐφ' ἅλωος: pro ἅλω: ut κάλωος, pro κάλω. «
— Et ad verum proxime accedit ms. *A.* in quo κυλίνδρῳ
τῆς. In *Epit.* ut plerique alii Nicandri versus, (quippe

maiorem partem corruptiſſimi) ſic & hi, prorſus praetermiſſi. A recto caſu ἡ ἄλως genitivum perinde & τῆς ἄλωος formari, & Attice ἄλω, diſerte adnotavit Etymologici auctor, pag. 74. l. 14.

c *Verſ.* 2. »ὅφρ' ἂν ἴσαι πλατάνοισι χαμηλότεραι θαλέθωσι. *Ut pares platanis & humiles vireant.* Platanis comparat rapinas, propter ubertatem foliorum longe latequе fuſorum.« CASAUBONUS. — At mira ſane ac prope dicam prodigioſa foret iſta comparatio. Nobis reſtituendum auctori viſum id quod veteres membranae dederunt, πλαθάνοισι: id eſt, *diſcis, orbibus.* Heſychius: Πλαθανόν· κύκλον, ἐφ' οὗ πλάσσουσιν ἄρτους καὶ πλακοῦντας. Et ibi quidem acuta voce, ſed apud Polluc. VI. 74. & VII. 22. antepenacute πλάθανον ſcribitur.

Verſ. 3 *ſq.* ἀλλ' εἴσω ῥαφάνοις εἴσω λαθαρωκοῖ. »Scribo, ut ſit aliquis ſenſus, ἀλλ' εἴσω ῥάφανοι, κ' εἴσω θαλεθωσι γογγυλίδες. Sequentia, δισσὴ γάρ τ' ἐκ ῥαφ. &c. »paullo aliter libro IV. [pag. 133. d.] ubi plusculi deinceps verſus leguntur.« CASAUBONUS. — *Tertio verſui* nihil opis offerebant membranae: quem ego verſum, ut deſperatum mihi, intactum reliqui. Quod fruſtra equidem quaeſivi remedium, id felicioribus ingeniis ultro fortaſſe occurret. Nimis quidem violentam eſſe medicinam, a Caſaubono tentatam, facile adparet. *Quarto verſu*, pro γογγυλίδος, quod libro IV. legebatur, γογγυλίδες h. l. cum editis tenet codex *A.* recte, ut ad ſuperiora referatur id nomen. De reliqua eiusdem verſus ſcripturâ vide quae ad IV. 133. d. notavimus.

Κηφισιακῶν δὲ γογγυλ. Perperam Κηφησιακῶν ms. *A.* Mox vero idem in CRATETIS comici teſtimonio Κηφισιακαῖσι tenet cum editis: ubi recte-ne an ſecus factum ſit ut in eodem codice particula Ὡς praeponatur, haud dixerim, quum & nimis abrupta & conciſa ſententia ſit, nec metro conſtet ratio.

γογγυλίδων - - γένη δύο, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ. Sic ms. *A.* De re vide Theophr. Hiſt. Plant. VII. 4. pag. 137. ed. Heinſ.

d περὶ τὴν Δαλματίαν - - γογγυλίδας ἀκηπεύτους, καὶ ἀγρίους σταφυλίνους. Pro ἀλματίαν, quod eſt in edd. Ven. & Baſ. & in msto, *Dalmatiam* poſuit Dalecampius; quem ſecutus Caſaubonus, in Graeco contextu tacite Δαλματίαν correxit: qua emendatione nihil utique per

ſe expeditius probabiliusque. At mirari tamen ſubit, cur *ſylveſtre rapum & erraticam paſtinacam* (ſic enim latine vocantur, vide Plin. XX. 3, 10. & XXV. 9, 64.) *in Dalmatia* potiſſimum *naſci*, Poſidonius perhibeat, cum ubivis terrarum paſſim in arvis utraque planta reperiatur.

πέττεται. Sic & hic & alibi conſtanter codex uterque; non πέπτεται. *Mox*, recte ἐν Ἀγκυλίωνι dedit ms. *A*. Vide XIV. 646. b. & XV. 668. d. *Porro*, in *ALEXIDIS* teſtimonio nil mutat ms. *A*. Epitoma vero, e omiſſis duobus prioribus verbis, ſola haec tria habet, γογγυλίδος ὀπτῆς τόμους. *Ibid.* μάλιστα ἡ διὰ νάπυος γινομένη. » Apud Heſychium lego, Ἁλμάδες· αἱ διὰ σι» νάπιος γογγυλίδες. « CASAUBONUS. — At nil opus eſt ut apud Heſychium vulgata ſolicitetur ſcriptura ἐκ σινάπιος: nam pro eo quod *Diphilus* διὰ νάπυος, percommode Gloſſographus ἐκ σινάπιος dicere potuit, quod idem valet, atque etiam paulo clarius & apertius dictum videri poterat. Vide Animadv. in Athen. T. II. pag. 270 extr. & ſeq. Licuerat etiam μετὰ dicere, quemadmodum apud Noſtrum II. 59. b. legitur de *cucurbita*, λεπτυντικωτέρα δ' ἐστὶν ἢ μετὰ νάπυος: ſed fortaſſe ibi ſuo arbitratu Epitomator μετὰ pro διὰ poſuit; qui tamen & hoc loco, in quo nunc verſamur, διὰ νάπυος tenuit, & loco modo citato, paulo ante adlata verba, tenuit iſta, εὐστομαχωτέρα δ' ἐστὶν ἢ δι' ὕδατος καὶ ὄξους λαμβανομένη, ubi δι' ὑδ. καὶ ὀξ. idem valet ac ἐκ vel μετὰ ὕδατος καὶ ὄξους.

AD CAP. IX.

καὶ σελινουσίης. Cum eam ſpeciem haberet hoc nomen, quaſi gentile eſſet, a Selinunte oppido ductum, maiuscula litera iniali pingebatur in ed. Caſ. At mox docet auctor, braſſicae quoddam genus ita dici a ſimilitudine quam cum *ſelino* (i. e. cum *apio*) habeat. Quo reſpectu commodius ab aliis formatur nomen σελινοειδὴς, quod & in latino ſermone tenuit Plinius, lib. XX. cap. XI. ſect. 33. *Criſpam* (braſſicam,) *quam ſelinoidea vocaverunt a ſimilitudine apii foliorum*, &c.

In his quae ſequuntur, Epitomator pro ἀνὰ πᾶσαν χώ- f ραν, ſuo arbitratu, ἀνὰ πᾶσαν γῆν poſuit: & διὰ τὴν πυκνότητα, pro διὰ τὴν οὐλήτοτα: deinde vero,

f pro κατὰ τὴν ἄλλην πύκνωσιν, in noſtro quidem ms. *Ep.* ſic ſcriptum, κατὰ τὴν πί: νωσιν, cum mendae ſigno.

»Θέοφραστος δὲ οὕτως γράφει· Τῆς δὲ ῥαφάνου (λέγω »δὲ τὴν κράμβην) ἡ μέν ἐστιν οὐλόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. In»cluſa notis parentheſeos, neque in Theophraſteis codici»bus leguntur, neque ſunt Theophraſti: ſed ea putavit »auctor inſerenda, ne falleremur in voce ῥάφανος, quae »apud Atticos *braſſicam* ſignificat, apud alios *raphanum*. »Itaque ſcribendum λέγει, non λέγω. Supple etiam »membrum, quod deeſt hic, ex libris Theophraſti: ἡ δὲ »λειόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. « CASAUBONUS. — Vide Theophr. Hiſt. Plant. VII. 4. De Atticorum uſu in vocabulo ῥάφανον conf. Noſtrum, I. 34. d. & quem ibi laudavi, Pollucem IX. 54. Paria habet Heſychius in Ῥαφανὶς καὶ Ῥάφανος, aliique Grammatici a viris doctis ad Heſychium laudati. Ex Athenaeo vero corrigendus Theophraſtus, apud quem l. c. pro vulgato οὐ λειοφύλλου, οὐλοφύλλου oportebat.

μεθ' ὃν χρόνον πάλιν ἐπιχωριάζει. »Theophraſtus au»ctor eſt, peregrina ſemina aſſumere naturam loci in quem »ſunt translata, anno ad ſummum quarto. Hoc vocat »ille μεταβάλλειν εἰς τὰ ἐπιχώρια: Athenaeus eleganter »uno verbo ἐπιχωριάζειν. Theophraſtum lege libro ſepti»mo Hiſtoriarum, cap. VI. & lib. VIII. cap. VIII. « CASAUBONUS.

a In *NICANDRI verſ.* 2. nemo facile dubitaverit, recte emendatum a nobis eſſe ἐνίβησε.

Ad *verſ.* 3. cum vulgo ſic legeretur,

ἣ οὖλαι, καὶ τύριος ὁ † Θαμνίτης πετάλοισιν,

haec adnotavit CASAUBONUS: »Si fas ducerem deprava»tae lectionis veſtigia floccifacere, dicerem legendum, ἡ »οὖλαι, σελίνοιο ἐειδομένη πετάλοισι. Videtur enim ſelinu»ſiam braſſicam deſcribere, quam dicebat modo Athe»naeus διὰ τὴν οὐλότητα ἐμφερῆ εἶναι τῷ σελίνῳ. Sed alio »nos vocat ſcriptura edita & librorum, qui habent Θαμνί»της. Puto verius Θαμνῖτις: caetera emendare non »poſſum; nunc quidem certe, cum animus curis aeger »ſarcoboris alio avocatur. *Tyrius color* hic interpretis ſom»nium eſt, aliud nihil. « — Ipſum Θαμνῖτις nobis obtulit ms. *A.* ſed in mendoſa ſcripturā τύριος ὁ nil mutat. Quod a Gallico interprete propoſitum eſt, ἡ δ' οὖλαι Θυρσώδης &c. an rei naturae conveniat, videant rei herbariae periti.

Suum ille inventum ita interpretatus eſt: *Il y a auſſi le choux a friſé qui prend la forme d'un thyrſe.*

Verſ. 4. »Ex libris emendatum eſt καὶ αὐχμηρῇσιν »ὁμοίᾳ: alii ἀλμυρῇσιν.« CASAUB. — Corrupte ἀμυρῇσιν ed. Ven. & Baſ. quod pro ἀλμυρῇσιν acceperat Dalecampius; vertens *halmyridi ſimilis.* Sed αὐχμηρῇσιν habet ms. *A.* pro quo non ſatis emendate αὐχμυρῇσιν expreſſum in ed. Caſ. At quonam referatur iſtud vocabulum, haud ſatis adparet. An oportebat αὐχμηρῇ συνομοίᾳ βατραχέῃ? Sed praeſtat, *Non liquet!* profiteri. Initio eiusdem verſus, ubi ἢ καὶ ἐπιφοιν. dabant ed. Ven. & Baſ. cum msto, importunum verſui καὶ tacite omiſit Caſaubonus.

Verſ. 5. »βατραχέη τε Κύμη τε κακόχροος. Prior dicta eſt »a colore quem βατράχεον Graeci dicunt; de quo dispu»tamus accurate in commentario noſtro DE Coloribus: »poſterior a loco, ubi plurima reperiebantur. Κύμη, [ni »forte Κυμῇ oportuit,] pro Κυμαίη: ut Πέρσης & Σκύ»θης, pro Περσικὸς & Σκυθικὸς, atque his ſimilia apud »poëtas paſſim.« CASAUBONUS. — Particulam τε ante Κύμη nec ferebat verſus, ob primam in Κύμη productam, & ignorabat vetus noſter codex. Verba iſta, Κύμη κακόχροος cum ſequentibus leguntur etiam in Epitoma.

Verſ. 6. »πέδιλα παλίμβολα ſunt *calceamenta vetera & »trita.*« CASAUB. — Immo: »ſunt *calcei interpolati*: non »*mutatorii*, ut cum interprete [Dalecampio] accepit Span»hem. ad Ariſtoph. Plut. 662.« RUHNKENIUS, *ad Timaei Lexic. Platon.* pag. 204. *Verſ.* 7. λαχάνοισιν ἐνέπουσιν, valet ἔπουσιν (i.e. λέγουσιν) ἐν λαχάνοις.

Μή ποτε δὲ ὁ Νίκανδρος μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην ἱερὰν οὖσαν. »Genus loquendi Grammaticis frequens quo»ties dubitanter aliquid pronuntiant. Nam ita Athenaeus »hoc loco: *Fortaſſe*, inquit, *Nicander braſſicam vocavit* »*μάντιν*, (id eſt *divinam*,) *quia ſacra habetur.*« [Malebam adiectâ ὡς particulâ, ὡς ἱερὰν οὖσαν.] »Id autem pro»bat ille teſtimoniis Hipponactis, Ananii, Teleclidis, Epi»charmi & Eupolidis: qui homines induxerunt *per braſ»ſicam* iurantes, ναὶ μὰ τὴν κράμβην, aut illi ſupplican»tes.« CASAUBONUS.

HIPPONACTIS iambi ſcazontes quum corruptiſſimi le- b gerentur in editis, monuit idem CASAUBONUS: »In ver»bis Hipponactis ſcribe,

»— ἢ ϑύεσκε Παν δώρ.«

b »Θαργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμάκου. »Sed dictio poſtrema non poteſt menda carere: reliqua ex »msstis certa: *cui pro ſacrificio offerebat Pandora Thargelio-* »*rum feſto enchytum.*« — In ms. *Ep.* deſinit teſtimonium in verbis ᾗ ϑύεσκε Πανδώρη. Reliqua ita, ut a Caſaubono prolata ſunt, emendata exhibet ms. *A.* Ἔγχυτον, *placentae* vel *libi genus;* quod & aliâs ἐπίχυτον: XIV. 645. c. d. *Pandora* fuit una e ſex filiabus Erechthei regis Athenienſium, quae cum ſorore Protogeneia pro patria ſe devovit & iugulandam hoſtibus praebuit. Vide Suidam in Παρθένοι. Quare recte πρὸ φαρμάκου habent libri; id eſt, *ante expiationem, priusquam patriae ſe devoveret.* Scilicet φαρμακὸς, ὀξυτόνως, (ut diſerte Ammonius confirmat, De Differ. Vocab. p. 142.) ſive φάρμακος antepenacute, (ut ſcribitur apud Heſych. h. v. & ſub voce Καδίνης νόμος) dicebatur Athenis qui aliâs κάθαρμα, ſcilicet *qui Thargeliorum feſtis diebus, expiandae civitatis cauſſâ, morti ſeſe devovit:* de quo uſu vocabuli omnes veteres Grammatici monuerunt, quorum cum ipſorum, tum aliorum auctorum teſtimonia collegit Meursius Atticar. Lection. lib. IV. cap. 4. & in Graecia Feriata, tit. Θαργήλια. Cui uſui vocabuli φαρμακὸς vel φάρμακος conſentaneum erat, ut τὸ φάρμακον (in neutro genere) diceretur ὁ καθαρμὸς, id eſt, *expiatio*, ſeu *devotio pro patria.* Quo quidem ſenſu poſitum nomen abſtractum τὸ φάρμακον, praeter hunc locum, nusquam alibi reperire mihi contigit, niſi apud Tzetzen, Chil. V. cap. 23. cuius haec ſunt verba, a Meurſio in Lect. Att. pag. 223. citata, εἰς καθαρμὸν καὶ φάρμακον πόλεως τῆς νοσούσης.

Etiam *Ananii* verſus, iambi ſunt ſcazontes: in quorum priore ſcripturam a nobis editam, Καὶ σὲ πολλὸν, dedit codex *A.* Epitoma item Καὶ initio habet, ſed reliqua brevius, Καί σε φιλέω, ναὶ μὰ τὴν κράμβην. *Ibid.* Τελεκλείδης, Πρυτάνεσι. »*Teleclidis* Πρυτανέων invenio men- »tionem apud Pollucem libro VII. cap. XXX.« Casaub.

c Ζήνων, ὁ Κιτιεὺς. Sic ſcripſi cum ms. *Ep.* ut aliâs. Hoc loco Κιτιεὺς edd. nec aliud e ms. *A.* enotatum. *Ibid.* ὡς Ἐμποδὸς φησιν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν. »*Em-* »*podum* nusquam commemoratum invenio: & ſuſpe- »ctum nimis quod hic legitur. Fors fuerat legendum, ὡς »καὶ ὁ Ποσειδώνιός φησιν. Errorem pepererit com- »pendium ſcripturae, ut aliis locis infinitis.« Casaubo-

NUS. — Auctoris nomen omisit Breviator: codex *A.* vero vulgatum tenet. *EMPODUM*, nonnisi ex hoc uno utique Athenaei loco notum, in Graecorum Historicorum numero recensetur Vossius, de Hist. Graec. lib. III. p. 362. nec immerito monet, Casauboni emendationem nimium quantum a scripturae vestigiis abire. Possis adiicere, *Posidonii* Ἱστορίας quidem saepius a Nostro citari, Ὑπομνήματα vero numquam, nec apud Athenaeum, nec apud alium auctorem. Nobis in mentem venerat Ἱππόβοτος: cuius & ἡ τῶν φιλοσόφων Ἀναγραφὴ, & libri περὶ Αἱρέσεων (*De Philosophorum Sectis*) a Diogene Laërtio passim laudantur. Et Hippobotum quidem Laërtius in ipsius etiam Zenonis vita testem adhibet, VII. 25. sed ubi de eiusdem iuramento *per capparim* loquitur, VII. 32. nullum citat auctorem, satis habens generali verbo uti φασὶ, *dicunt*.

AD CAP. X.

ὥς τι ἀντιφάρμακον. Cur ἀντιφάρμακον dicat, non nude φάρμακον, haud adparet: nisi fortasse simpliciter intellexit *remedium adversus debilitatem ex partu contractam*. Caeterum, quum continuo subiicit, Ἔφιππος γοῦν ἐν Γηρ. φησὶν, id est, *Ephippus quidem*, vel *Ephippus certe ait;* exspectasses in poëtae huius verbis aliquod indicium, e quo intelligeretur *brassicam puerperis veluti medicamentum quoddam dari solitam*. At nullum huius rei vestigium comparet, nisi quod in variorum ciborum numero, quos in *Amphidromiorum* sacris (quae quinto die a nativitate infantis celebrabantur) comedere vulgo solebant, *brassica* nominatur. Ad eadem verba, Ἔφιππος γοῦν ἐν Γηρυόνῃ φησὶν, Ἔπειτα πῶς; &c. adnotavit Casaubonus: »Quae hic pro *Ephippeis* »recitantur e *Geryone*, in libri secundi Excerptis tribue»bantur *Eubulo*. Sed *Geryonem* Ephippi saepius laudatum »invenias. De hoc autem errore diximus libro superiore »cap. XV. « — Vide ad VIII. 368. f. & ad II. 65. c.

Vers. 4. Cum superiori loco (II. 65. c.) perperam in ed. Ven. & Bas. ἐν οἷς ὀνομάζεται legeretur, monuit ibi Casaubonus: »ἐν οἷς νομίζεται recte meliores libri omnes, »non ὀνομάζεται; etsi constat Graecorum Ἀμφιδρόμια Ro»manorum *Nominalibus* fuisse affinia. Proprie ἀμφιδρόμια »dies est lustricus: quo die nomina imponi solita ex Sue»tonii Nerone clarum.« — In νομίζεται, quod hic edd.

d tenebant, rectè & hîc & ſuperiori loco conſentiunt libri noſtri mssti. *Verſ.* 5. Pro Χερρόννησίτου, cum hîc, tum pag. 65. Χερρόννησίτου ſcribitur in noſtro ms. *Ep.* geminatâ *ν* literâ, ne id quidem per ſe male; ſed in hoc verſu non ferendum, quia ſpondeum pedem inducebat in quartam ſenarii regionem.

Verſ. 6. Vetus error erat ἠγκαλισμένην, quem hîc tenet codex mssrus uterque. Rectè vero monuit CASAUBONUS: »Lego ex libro II. ἔψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσ»μένην. Expoſuimus libro II. cap. XXIV.« — Nempe ad II. 65. c. haec adnotaverat doctus Animadverſor: »Probo »ut eſt editum,

»ἔψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην:

»non autem ἠγκαλισμένην: *braſſicam coquere oleo ita irrora»tam ut ſplendeat.* ἀγλαὰ dicuntur *quae nitent* & ſunt λαμ»πρὰ, ut oleum & oleo uncta aut adipata. ἐλαίῳ ἀγλαΐζειν »*ungere:* ut,

»— *Nunc nunc impenſius unge,*

»*unge puer caules.*

»Ariſtophanes, [apud Pollucem, VI. 62.] ἵν' ἐπαγλαΐσῃ »τὸ παλημάτιον, καὶ μὴ βίττων [βήττων] καταπίνῃ.« — Eâdem ſententiâ paulo poſt in Antiphanis & Diphili teſtimonio habes ῥαφάνους λιταρὰς. In ἔψειν hîc nil mutant libri.

Verſ. 7. Rectè vulgo ἀρνίων legebatur ſuperiore loco.

Verſus 9. conſentiente mſto *A.* ſic hoc loco editur:

κοινῇ τε χναύειν τευθίσιν σπτίδια.

Ubi neſcio quid ſit quod CASAUBONUS monuerit: »Ibi »(nempe II. 65. d.) melius:

»ὁμοῦ τε χναύειν τευθίσιν σπτίδια.«

Atqui ibi non τευθίσιν legitur, ſed μαινίσιν. Quod autem ὁμοῦ ibi ſcribitur, non video cur id melius iudicemus, quam quod hîc, κοινῇ. Quemadmodum ὁμοῦ σπίνοις idem valet ac ὁμοῦ σὺν σπίνοις, ſic κοινῇ τευθίσιν valet ὁμοῦ σὺν τευθίσιν, nec minus commode hoc dici potuit quam ὁμοῦ τευθίσιν. Et κοινῇ cum codice *A.* tenet etiam ms. *Ep.* in quo quidem corrupte dein τ' ἐναύειν ſcribitur. *Sequenti verſu,* in πιλεῖν conſentiunt h. l. mssti editique: de quo verbo vide notata ad II. 65. d. Etiam ἐπιστρόφως h. l. tenent libri omnes.

e *Antiphanis* & *Diphili* teſtimonia, quae ſequuntur, deſunt Epitomae. In *ANTIPHANIS verſ.* 1. voculam σὺ, cum nec in ed. Ven. & Baſ. nec in mssrus (certe non in noſtro

ms. *A.*) compareret, tacite in ſua edit. adiecit Caſaubo- e
nus: quam lubens ego tenui, uncis tamen incluſam, utpote ex coniecturâ adiectam, cum & aliud quid eius loco ponere potuerit poëta. Pronomen τοῖς vero, quod in ms. *A.* inter voces γύναι & σκόροδα interſertum eſt, recte abiecerunt editores.

Verſ. 2 & 3. In ed. Ven. & Baſ. duo verba πράγματ' ἐλευθερίου ſic ſcripta erant, quaſi ambo ad ſecundum verſum pertinerent, tum in voce Τάριχος indicabatur novi verſus initium. In ed. Caſ. ſecundus verſus finitur in voce πράγματα, tertius vero ab his incipit, ἐλευθερίου τάριχος. Tum vero in Animadv. ait idem CASAUBONUS: »In ecloga Antiphanis neſcio quid ſint πράγμα»τα ἐλευθερίου τάριχος. Sed melius mssti, πέμματ' ἐλευ»θερίου. Suſpecta item alia nonnulla.« — Quam ſcripturam e msstis enotatam ſe reperiſſe vir doctus ait, eamdem in codice eo quem *ms. Par. B.* inſignire conſuevimus, hodie reperiri teſtatur Villebrune. At editam ſcripturam πράγματα unice tuetur vetus noſter codex *A.* & rectiſſime quidem, ut facile ſibi perſuadebit quisquis & totam hanc eclogam attente perlegerit, & cum ea proximam Diphili, ubi idem rurſus vocabulum occurrit, contulerit. Tum vero manifeſtum mihi videbatur, vocem ἐλευθερίου in duas eſſe dirimendam, ἐλευθέρι' οὐ: ut ſint πράγματα ἐλευθέρια, *res libero viro dignae*, non quas adpetat muliercula aut homo mollis & delicatulus. Denique pari ratione (*verſ.* 4.) quae ſic vulgo inepte ſcribebantur, κατατεπλησμένου δὲ θρυμματὶς, ea in hunc modum fuerunt digerenda, κατατεπλῆσμέν', οὐδὲ θρυμματὶς τεταραγμ. Sic plana & perſpicua omnia. Ab hac tam certâ, quam ſimplici, emendandae huius eclogae ratione prorſus aberrans TOUPIUS, (Emend. in Suid. Part. III. p. m. 464.) cum corrigere interpretarique ea, quae vulgarem captum ſuperare ait, vellet, intacta reliquit quae prave ſcripta erant, probam ſcripturam corrupit. Nam de voce πράγματα vel πέμματα (in fine *verſ.* 2.) ſecurus, *tertium* & *quartum verſum* ſic ſcribendos cenſuit:

Ἐλευθερίου τάριχος, ἐν δ' ἡδύσμασιν
ἀρνεῖα, κατατεπλησμένου δὲ θρυμματίς.

Quem ſi audis, ſicut ἐλευθερίου τάριχος eſt *ſalſamentum libero homini dignum*, (*such as a Gentleman can eat:*) ſic κατατεπλησμένου θρυμματὶς, eſt *aliquid ex cupediarum ſive pla-*

e *centarum genere, quod iucundum etiam ei eſt qui ventrem iam repletum habet.* (*what a Man may eat when his belly is full.*)

Verſ. 5. τεταραγμένη. De hoc verbo cf. VII. 324. a. & ibi notata. *Eodem verſ.* quod ait λοπάδες, id cur in λεπάδες mutatum Toupius voluerit, non video: idem enim valet utrumque. *Verſ.* 6. ἐψοῦσι, ut alibi, ſic hic dedit ms. *A.* non ἕψουσι, ut erat editum. *Poſtremus verſiculus* recte curatus erat a CASAUBONO. »Cum ſcribere»tur (inquit) ἔτνος ϑαῦμ' αὐτοῖς πίσινον, fecimus ἔτνος »ϑ' ἅμ' αὐτοῖς πίσινον: perſpicue & vere.« — Mendoſum ϑαῦμ' cum ed. Ven. & Baſ. tenet ms. *A.*

DIPHILI verſ. 1. cum ſic legeretur, Ἥκει φέρομεν αὐτὸ μετὰ πάντα τἀγαθά, adnotavit CASAUBONUS: »Οἶκοι φέρωμεν ſcribo, non Ἥκει φέρομεν. Caetera »auxilium flagitant librorum.« — Auxilium hactenus nobis praeſtiterunt optimae noſtrae membr. *A.* quod pro αὐτὸ μετὰ peropportune αὐτόματα dederint: unde in promtu erat nullâ mutatâ literâ perſanare primum verſum, ſic ſcribendo, Ἥκει φερόμεν' αὐτόματα &c.

f *Verſ.* 2. Pro vulgato σαρκίδια, breviorem nominis formam σαρκία omnino deſiderabat metrica ratio. *Tertius verſus* ita abrupte ubique ſcribitur, ut nos edidimus: quo pacto ſupplendam coniectaverimus lacunam, ſub contextu indicavimus. In fine *quarti*, etiam in contextu ponere vocem auſi ſumus, quae praetermiſſa nobis viſa erat: nec tamen absque dubitationis notâ eam adiecimus. Eodem *verſ.* 4. mireris qua fiduciâ vocem πέμματα tacite in contextu poſuerit Caſaubonus; ubi πράγματα cum editione Ven. & Baſ. non modo vetus noſter codex *A.* tenet, ſed & alii recentiores Pariſienſes codices, ut ex Villebrunii ad hunc locum Notâ intelligo. Denique initio eiusdem verſus, in verbis καὶ τοῖς vix dubitari poſſe exiſtimavi quin lateat cibi alicuius nomen: quae ſi vera coniectura, quisquis recordatus fuerit quam ſaepe iam & literam β cum κ, & λ cum α, a librariis noſtris permutatas viderimus, adſentietur nobis, perquam eſſe probabile, βλίτοις hic ſcriptum oportuiſſe; quod eſt vile & inſipidum oleris genus.

Πολύζηλος δ' ἐν Μουσῶν γοναῖς. »POLYZELI comici Mou»σῶν γοναὶ, a *Muſarum nativitate* ſunt appellatae. γοναὶ, »*partus, nativitas.* Docuerat idem poëta & Διονύσου γο»ναὶς, & Ἀφροδίτης γονάς: quo titulo fabulam ediderat

»& Nicophron poëta antiquus, ſicut Araros Ariſtophanis »filius Πανὸς γονάς. In Stobaei marginibus notare memi»ni Ἑρμοῦ γονὰς Polyzeli: cuius dramatis meminit aliquot »locis Iulius Pollux. Alius ab iſto eſt Polyzelus hiſtori»cus.« CASAUBONUS.

AD CAP. XI.

Σεῦτλα. Τούτων φησὶν ὁ Θεόφραστος εὐχυλότερον a εἶναι &c. Vide THEOPHRASTI Hiſt. Plant. VII. 4. p. 137. ed. Heinſ. Pro εὐχυλώτερον, quod & h. l. & pag. ſq. e. in ed. Caſ. erat, revocavi meliorem ſcripturam per o breve, quam recte dabant ed. Ven. & Baſ. De vocabulo σεῦτλα notabis, e communi Hellenismo illud eſſe, & ab Atticis pro peregrino habitum, quippe qui τεῦτλον, frequentius vero etiam τευτλίον, & in plurali maxime numero τευτλία uſurpabant. De quo dicam ad XI. 503. a. Vide interim XIV. 621. e. & Moerid. p. 362. & Thomam Mag. pag. 843. cum utriusque Interpretibus; denique Etymol. M. pag. 711. l. 46.

ἡ δὲ σευτλὶς ἕτερον, φησὶ, τοῦ τεύτλου ἐστί. Hoc apud Theophraſtum, hodie quidem, nusquam legi monuit BODAEUS ad Theophr. pag. 778. a. Quare videndum ne fortaſſe φασὶ, *aiunt*, non φησὶ, ſcripſerit auctor noſter: quae verba frequentiſſime a librariis permutari ſolent.

Δίφιλος ὁ κωμῳδιοποιὸς (ſic h. l. non modo ms. *A.* ſed & *Epit.*) - - ἐπιτιμᾷ τινι, ὡς κακῶς λέγοντι καὶ τὰ τεῦτλα τευτλίδας καλοῦντι. Quum τευτλίδας καλῶν in ed. Caſ. legeretur, monuit CASAUBONUS in Animadverſionibus: »Volui editum καλοῦντι. Teſtificor ta»men fidei mei cauſſa, legi in quibusdam optimis etiam »msstis, ut fuit prius editum, καὶ τὰ τεῦτλα τουταί»νας καλῶν.« — Et τουταίνας quidem eſt utique vetus librorum ſcriptura, quam cum editionibus Ven. & Baſ. etiam codex noſter *A.* (in quo quidem ſic, τοῦ ταίνας) & ms. *Ep.* tenent: ſed vix dubitari poteſt, eſſe illud vocis monſtrum ex τευτλίδας natum. Tum vero etiam καλῶν tenet uterque vetus codex: quod hactenus defendi forte potuiſſet, ut ſtatueremus eſſe haec ipſa poëtae verba ab Athenaeo adpoſita »καὶ τὰ τεῦτλα τευτλί»δας καλῶν.« Quae verba ſi ad ſenarii leges redigi potuiſſent, nominativum καλῶν non eram mutaturus: nunc

Casaubono obsecutus, καλοῦντι scripsi. Intelligo tamen, vel sic poëtae tribui fortasse posse, si partem versus trochaici tetrametri esse statuas:

— — — καὶ τὰ τεῦτλα τευτλίδας καλῶν.

σπαστὸν, καυλ. »Betarum genus unum ex Eude»mo appellatur παστόν. Imo vero σπαστὸν, ut in omni»bus antiquis.« Casaubonus. — Sic sane & uterque no
b ster vetus codex. Iidem codices, paulo post, recte καὶ ἑλμίνθων φθαρτ. dedere.

AD CAP. XII.

c *Numenii* testimonium praetermisit Breviator, simulque reliqua omnia quae toto hoc capite leguntur. In *vers.* 1. corrupte ὅσσας παρὰ τά τ' scribitur in cod. *A.* ut in ed. Ven. & Bas. quod perspecte Casaubonus in ὅσσ' ασπαρτα τά τ' mutavit. *Vers.* 3. αὐχμηρὸν σκόλυμον. Sic libri omnes foeminini generis faciunt nomen σκόλυμος, quo alii utuntur pro masculino, ut Theophr. VI. 4. & Aristot. Probl. Sect. IV. num. 26. Ad *Vers.* 4. quum sic scriptus legeretur,

ῥάφιν τ' ἔμπεδον καὶ καυλίδα τ' ἀγροιῶτιν,

monuit Casaubonus: »Scribe,

»ῥάφυν τ' ἐμπέδιον, καὶ καυκαλίδ' ἀγροιῶτιν. »*Caucalis* ab aliis vocatur δαῦκος ἄγριος, teste Dioscori»de. Eadem sententia olim Gesneri.« — In vulgata scriptura nil mutant veteres membranae: sed mendosam arguebat luxatum metrum. Nisi ignotum alioqui nomen esset ἡ καυλὶς, staret utcumque versus insertâ ante καὶ particulâ ἤ. Sed probabile omnino est, quod Casaubono placuit, καὶ καυκαλίδ'. De ἐμπέδιον, quod ab eodem propositum, dubitare hactenus licet, quoniam nusquam alibi, quod sciam, vocabulum ἐμπέδιος occurrit. ῥάφυν lubens accepturus eram, si opus esset: & recte quidem sic bis scriptum vidimus pag. 369. b. Sed & ῥαφὶς, per *iota*, apud Hesychium exponitur ἄγριόν τι λάχανον λαμφανῶδες: similiterque ῥαπὶς, λαμφάνη. Illud quidem differt, quod ibi acute scribitur vox, quae hîc penacute.

»*Nicandri primum & secundum versum* ita scribo:

»Ἐν δέ τι καὶ μαράθου καυλὸς βαθὺς, ἡ δ' ἔτι ῥίζαι
»πετρίου, σὺν δ' αὐτὸς ἔτ' αὐχμήεις σταφυλῖνος.

»Hoc est: *Cum istis erat feniculi caulis profundus, & radices*

»*petroſelini*, (ſic interpretor hîc τέτριον) *& cum his amplius* c
»*ſquallida paſtinaca.*« CASAUBONUS. — Mihi *verſ.* 1. Ἐν δ' ἔτι potius ſcribendum videbatur. Recte vero μαράθου: nec aliter ms. *A.* & ed. Ven. & Baſ. non μαράτου, ut erat in ed. Caſ. Eſt autem μαράθου καυλὸς βαθὺς, *feniculi caulis craſſus:* vide Plin. XX. 22, 96. Tum pro οὐδέ τι, quod habebant edd. cum msstis, rurſus omnino ἐν δ' ἔτι, ſicut initio verſus, ſcriptum oportebat. Denique ῥῖζαι, circumflexo accentu, dedit ms. *A.* *Verſ.* 2. πετρίου, quod vulgo hic legebatur, nec verſus ferebat, nec Graecorum uſus. πετραίου haud dubie oportuit: quod adiectivum nomen refertur ad ſubſtantivum μαράθου, ut intelligatur *feniculum ſylveſtre*, quod Plinius l. c. *brachiali* ait *eſſe craſſitudine, naſcique in calidis, ſed ſaxosis.* Dein ſpecioſum utique eſt, quod voluit Caſaubonus, ἔτ' αὐχμήεις, quod valet idem ac αὐχμηρὸς apud Numenium: ſcilicet *aridus*, vel in *arida terra creſcens;* non *ſquallidus*, ut acceperat ipſe. Sed neſcio an eâdem ſententiâ ἐπ' αὐχμεῖνν (ſcil. γινόμενος) pro ἐπ' αὐχμηρὴν, nempe γῆν, poſuerit Nicander: quamvis alibi utique nusquam, quod ſciam, vocabulum illud ἢ αὐχμεῖν reperiatur. Pro σὺν δ' αὐτὸς, malles σὺν δ' αὐτοῖς, ſi ferret verſus: nunc αὐτὸς ἐπ' αὐχμεῖνν γινόμενος intellexi quaſi eſſet αὐτόματος, *ſponte in arido ſolo creſcens.*

Poſtremo verſu, cum & in edd. & in Msto legeretur,

ἠδ' ὅπερ ὄρνιθος καλέεται γάλα:

metri ratio neceſſario poſtulabat, ut CASAUBONO pareremus monenti: »Scribe καλύεται: non καλέεται.«

Μνημονεύει τοῦ σταφυλίνου καὶ Θεόφραστος. Vide BODAEUM ad Theophr. p. 1117. med. in marg. & p. 1119. b.

Φαινίας. Sic h. l. ms. *A.* ut fere conſtanter alibi, non Φανίας. Paullo poſt vero, ubi in eodem codice Φανίας ſcribitur ſicut in editis, librarii incuriâ id admiſſum videtur. Caeterum & haec ſcriptura paſſim cum apud Noſtrum tum apud alios occurrit auctores. Vide ad I. 6. c.

Ibid. Κατὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τοῦ σπέρματος φύσιν ὁ καλούμε- d
νος σὴψ, καὶ τὸ τοῦ σταφυλίνου σπέρμα. »Iam ante, li-
»bro II. cap. XII.« [ad II. 51. e. ubi nos quidem nonnulla, quae de *Phania* vel *Phaenia* adnotavit doctus Animadverſor, conſulto praetermiſimus, in Indice Auctorum olim adponenda] »praediximus, PHANIAE Peripatetici plera-
»que omnia, quae ſunt in hos libros relata, aut ſuapte

d » ſponte obſcura eſſe, aut vitio librariorum, ſaepe etiam » utrumque. Idem dixerim de verbis hoc loco deſcriptis: » ſunt enim & difficilia ad intelligendum, &, ut arbitror, » corrupta. Quid enim ſignificant verba quae adſcripſimus? » Nam, ut eliciatur ex iis ſententia quam interpretes ex- » preſſerunt, multa mutatione opus; nec tamen ea ſenten- » tia placet.« CASAUBONUS. — DALECAMPIUS ſic interpretatus erat: *Eius plantae quam paſtinacam vocant, ſemen aiunt contra ſepas eſſe utile.* Cuius interpretationem, quamquam immane quantum a conſentiente librorum ſcriptura abeuntem, ſequi non dubitavit Gallicus interpres, ita quidem ut quam fieri poſſet leviſſimam Graecis verbis mutationem adferret, quae in hunc modum corrigenda cenſuit: κατὰ δὲ αὐτοῦ τοῦ δήγματος, φασὶ, τοῦ καλουμένου σηπὸς, καὶ τὸ τοῦ σταφυλίνου σπέρμα: id eſt, *contra ipſum morſum, aiunt, ſepis qui vocatur* (id eſt, *viperae*) *etiam paſtinacae ſemen;* ſubintellige, *utile eſſe.* Cui emendationi interpretationique negari non poteſt inſignem veri ſpeciem ex Dioscoride accedere, qui lib. III. cap. 54. editionis qua utor, Colon. 1529. (aliis cap. 59.) tradit, ἁρμόζειν τὸν τοῦ σταφυλίνου καρπὸν (id vero eſt τὸ σταφυλίνου σπέρμα) πρὸς θηρίων δήγματα καὶ πληγάς: id eſt, *contra venenatorum animalium morſus ictusve utile eſſe ſemen paſtinacae.* σῆπα autem Graecis *viperam* dici, cuius morſus inprimis venenatus eſt, cum idem Dioscorides docet lib. V. cap. 14. meae edit. (al. cap. 22.) tum alii multi auctores, quos laudavit H. Stephanus, Theſ. T. III. pag. 775. Sed utcumque ſpecioſa, multum tamen abeſt ut certa ſit iſta emendatio: videndumque ne in voce σὴψ lateat aliud nomen, quo granorum aut ſeminis aliquod genus ſignificetur.

Πεταςώδη τὴν τῶν σπερμάτων ἀπείληφε φύσιν, &c. » Πε- » ταςώδης σπερμάτων φύσις, eſt illud quod ſolent σκιά- » διον appellare rizotomi in foeniculaceis. At illa quis in- » telligit, σκιὰς ἥν ἔνιοι μυηφόνον? Ex veterum monu- » mentis qui plantas nobis deſcripſerunt, aconiti ſpeciem » novimus, cui e re nomen indidêre Graeci *myophono* vel » *myoctono.* An haec alio nomine σκιὰς fuerit adpellata ne- » ſcio: hoc quidem Phanias dicere voluit, niſi eſt hic men- » dum; ut mox δρακόντιον, ὃ ἔνιοι ἄρον ἀρωνία: poſtre- » ma vox tollenda, aut certe emendanda.« CASAUBONUS. — His in ed. Caſ. 2. & 3. haec adiiciuntur, uncis incluſa: » *Ioſephus Scaliger* ſuperiora verba ita emendabat: σκιὰς, ἥν

» ἔνιοι μυιοσόβην: acute & vere, ut equidem censeo. « — d
Quod πετασώδη φύσιν ait PHAENIAS, τὴν φύσιν hîc de *forma* & *habitu* intelligendam esse adparebat. Quod autem adiicit τῶν σπερμάτων, id eo pertinet, quod planta πετασώδης intelligi etiam alioqui ea possit, quae *folium* habeat amplum, φύλλον μέγα ὡς πέτασον, ut ait Dioscorides, citatus ab H. Steph. Thes. III. 255. a. Hîc autem agitur de plantis, quae *umbelliferae* dicuntur, id est, quarum cauli quae insidet florum ac seminum corona, eam formam habet ut *petasi* (i. e. pilei) aut *umbellae* (σκιαδίου) speciem referat. Quod deinde ἄννισον ait, idem valet ac ἄνισον simplici λ literâ, *anisum*. ἄννησον vero, quod est in ms. *A*. poterat etiam ex ἄννηθον, (*annethum* vel *anethum*) corruptum videri. Utraque quidem planta umbellifera est, cum anisum, tum anethum; & de σταφυλίνῳ loquens Dioscorides loco paulo ante citato, ait, *caulem eius habere* σκιάδιον ἀνήθῳ παραπλήσιον, *umbellam anetho similem*. Quod paulo post sequitur, κόριον, idem valet ac κοριάννον, *coriandrum*, quae & ipsa umbellifera planta. Cur in κάριον mutatum voluerit Gallicus interpres, nulla caussa fuerat. Dein, quod edidimus σκιὰς ἣν ἔνιοι μυηφόνον, id ipsum habet noster codex, itemque recentiores Parisienses, teste Villebrunio; non, ut olim editum, μιηφόνον. Vix autem dubitari potest, quin μυοφόνον scriptum oportuerit, quemadmodum & apud Theophrastum lib. VI. cap. 1. & 2. (Vide tamen quae de voc. ὑληβάτας infra notamus, p. 374. f.) De σκιὰς vero quid faciamus, tenendum-ne id vocabulum, an in ἀκόνιτον, aut in ἀκοντιὰς, sive in aliquid aliud mutandum, haud ita in promtu ratio est. Vide Interpp. Hesychii in Μυόφωνον, & in Ἀκοντιάς. Nec de voce ἀρωνία, quae mox subiicitur, satis certum, quid statui debeat. Vide viros doctos ibid.

Τὸ δὲ καρωτὸν καλούμενον &c. » In tractatu de *pasti-* e
» *naca*, post alia omnia scribit dipnosophista, Τὸ δὲ κάρ-
» τον καλούμενον, μέγας δ' ἐστὶ καὶ εὐαυξὴς σταφυλῖνος,
» εὐχυλώτερόν ἐστι τοῦ σταφυλίνου. Ex quibus verbis liquet
» nobis, pastinacae speciem aliquam, aut aliud quoddam
» affine genus φυτοῦ, cognitum fuisse antiquis sub καρτοῦ
» vel κάρτου appellatione. Viri docti qui sciebant, *carotas*
» dici hodie nobis sativae pastinacae speciem quandam,
» coniecturâ ducti, scripserunt hîc καρωτόν. [DALECAMPIUS, in versione: » *quem caroton dicunt*; tum in Nota:

c » Nos adhuc *carotes.* «] » Quam ſcripturam nos quoque » invenimus in quibusdam veterum exemplarium. Eſſe » tamen eam veram & antiquiſſimam γραφὴν, vis adduci » poſſum ut credam. Nam *carotum* in tractatione planta- » rum neque Latinus, neque Graecus, ſi hunc ſolum ex- » cipias, auctor ullus nominat. *Cartum* invenio etiam alibi: » velut apud Galenum, Methodi lib XII. ubi *ceparum* ita » cognominatarum clara mentio. κρόμυα, inquit, τὰ κάρ- » τα καλούμενα μετὰ ἄρτου ἐδίδουν ἐσθίειν. Memini etiam » legere haec verba in Geoponicorum libro ſecundo: [cap. » 6. ſect. 32.] Κύτειρον, ἣν τινες ζέρναν καλοῦσι, φύλλα » ἔχει ὅμοια κάρτῳ ἀρτιφυεῖ, ἰσχνὰ, καὶ καυλίον ὥσπερ » σχοίνου, ἰσχνότερον. Graeci κάρτον vocant, quod fuerit » *decorticatum.* Solent olitores, quarum plantarum radices aut » bulbos optant fieri grandiores, has ſaepe tondere. Uni » harum videtur nomen pluribus commune adhaeſiſſe ſeu » proprium: quod in multis factum ignorat nemo. Porro » τὰ κειρόμενα, quae tondentur, commemorat Artemi- » dorus libro primo, capite 69. Verum de hac re cenſeo » referamus ad rhizotomorum & botanicorum ſenatum. » Qui καρωτὸν ſcribunt, quomodo eam dictionem inter- » pretabuntur? Fortaſſe aliquis dicat, καρωτὸν idem eſſe » ac κεφαλωτὸν, *capitatum*: quia κάρα Graecis uſurpatur » pro κεφαλή. Id vero locum nullum habet: cum ſtatim » [initio capitis ſeq.] κεφαλωτὸν & καρτὸν, vel ut ipſis » placet, καρωτὸν, ſeparentur, ut non parum differentia. » Et vero poëtica dictio ac vulgo incognita, quì potuit in » vulgi uſum hoc verbi parere? Eſt quidem in libris Me- » dicorum frequens vox καρωτικός: ſed quae originem » aliam habeat, & ſignificationem ab hoc loco alieniſſi- » mam. Ne pernegemus tamen poſſe etiam ſic accipi vo- » cabulum καρωτὸν, faciunt quae dicemus paullo poſt [ad » pag. 372. c.] de rapa quae dicebatur *caro*: (& multo » magis, [haec poſtliminio ex Caſauboni ſchedis adiecta in ed. Caſ. 2. & 3.] » quod in Apicii κνπουρικοῖς, ſive li- » bro tertio, *carotarum* expreſſa mentio: capite enim ulti- » mo docetur praeparatio *carotarum & paſtinacarum.*) Qua- » re, ut diximus, de hoc loco Crateuarum iudicium eſto. » (Apud Artemidorum, eo quem modo indicavi loco, » κεφαλωτὰ καὶ σταφυλῖνος, *capitata* & *paſtinaca*, recen- » ſentur inter illa quae ſunt τρόφιμα & alendi vim habent.) « CASAUBONUS. — Mirum vero quam in re plana miſerè

se torserit vir eruditissimus. Quod si, ut ipse profitetur, e scripturam καρωτὸν e libris msstis enotatam reperit, (quam eamdem & vetus noster codex *A.* agnoscit) quid obstabat quo minus eam probaret reciperetque? At editam scripturam κάρτον sive καρτὸν firmat, inquit, & Galenus, & locus e Geoponicis citatus, rursusque ipse Athenaeus, apud quem mox iterum τοῦ κάρτου sive καρτοῦ legitur. In quo magis etiam mireris, non vidisse doctum Animadversorem, *tonsile* sive *fictile porrum* (id enim est τὸ κάρτον vel καρτὸν illud) nihil cum *pastinaca*, & quae sunt eius generis, commune habere. Nempe si maturius ei occurrisset Apicii testimonium, aliter de hoc loco erat iudicaturus. Recte vero Salmasius Exercit. Plin. pag. 704. docuit, esse καρωτὸν veram haud dubie loci huius scripturam. Nec vero Graecum origine nomen, sed latinum: nam sicut apud neminem veterem scriptorem Graecorum occurrit, sic diserte Neophytus monachus in Herbario, ab eodem Salmasio laudatus, scribit: Σταφυλῖνος ἄγριος, οἱ δὲ κέρας κόμην καλοῦσι, Ῥωμαῖοι καρωτόν. *Mox* pro εὐαξὴς, quod dein in editis omnibus (ac nescio an & in ms. *A.*) legitur, correxi εὐαυξὴς praeeunte Casaubono in superiore Animadv.

AD CAP. XIII.

ΚΕΦΑΛΩΤΟ'Ν. Τοῦτο καὶ πράσιον καλεῖσθαι - - - καὶ εὐχυλότερον εἶναι τοῦ καρτοῦ. De *porro* hic agitur: quod cum aliàs constanter πράσον a Graecis nominatum reperiatur, hic apud Nostrum vocatur πράσιον, quo nomine aliàs marrubium herba intelligitur. Et πράσιον quidem hic cum editis agnoscit ms. *Ep.* pro quo in ms. *A.* permutatis (ut solet) ι & ει vocalibus, πράσειον scribitur. Deinde licet κάρτου *penacute* vulgo hic scribatur, (in Epit. quidem deest illa vox: sed ex ms. *A.* nihil discrepantiae ab edita scriptura enotatum:) quemadmodum & in locis ex Galeno & e Geoponicis a Casaubono paulo ante citatis; tamen cum Salmasio Exercit. Plin. p. 703. καρτοῦ scribendum putavi, ut esset adiectivum verbale a verbo κείρω, *tondeo*. *Porrum* enim, ut docet Plinius, lib. XIX. 6, 33. partim *in capita nutriebatur*; quod Romanis *capitatum*, κεφαλωτὸν Graecis dicebatur: partim ita se-

e rebatur, ut esset *sectivum*, quod *sectile* alii, alii *tonsile* vocant; id vero Graece καρτὸν sonat.

καλεῖσθαί φησιν γηθυλλίδας. Quod hic τηθυλλίδας habet ms. A. nonnisi per librarii incuriam factum videtur: nam (ut taceam nusquam alibi legi id vocabulum) cum continuo subiiciat Deipnosophista, idem nomen apud *Eubulum* reperiri, in ipso Eubuli testimonio, quemadmodum & deinceps constanter, idem codex scripturam γηθυλλ. tenet. Vetus tamen is error fuerat: quem quum in suo etiam exemplari admissum corrigere non auderet Epitomator, sic scripsit, καλοῦσι δὲ αὐτὰ καὶ τηθυλλίδας ἢ γηθυλλίδας: Eubuli autem testimonium omisit idem Breviator; & reliqua etiam, quae sequuntur, brevissime expedivit.

f In *Eubuli vers.* 3. quum ἔψυσαν αὐτὴν praefixâ mendae notâ legeretur in ed. Ven. & Bas. quod & vetus codex *A.* tenet, suo de ingenio Casaubonus tacite in editione sua ἔψυσα δ' αὐτὴν correxit: si modo corrigere id erat. Multo probabilior, immo certa nobis visa est Dalecampii ratio, qui sic interpretatus erat illum versum, *quam offendi elixantem gethyllida:* id est, ἑψοῦσαν, quod recipere non dubitavi. In fine eiusdem versus, recte γηθυλλίδας in plur. num. dedit ms. *A.*

Οἱ δὲ τὸ γήθυον. Perinde & γήτειον & γήτιον & γήθυον formari hoc nomen, monitum est ad II. 68. e. qui locus cum hoc conferendus. γήθιον nusquam memini reperire, nisi hoc loco in editis, ubi mox rursus γήθια. Sed γήθυον & γήθυα habent nostri mssti: &, sic apud Athenaeum (nempe in Epit.) hoc loco scribi, differte adnotavit Eustathius ad Iliad. σ'. p. 1211. l. 10.

Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ. »*Phrynichi* fabula, ubi γηθύων »fecerat mentionem, Κρόνος hic inscribitur: apud Hesy»chium in Σελλίσαι, est Κρόνιος. Sed Pollux lib. VII. cap. »XXX. Φρύνιχος, ait, ἐν Κρόνῳ καὶ ἀλεκτρυοπωλητήριον »εἴρηκε.« Casaubonus.

τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἐπιθυλλίδας λέγεσθαι. »Auctor est »Athenaeus, *Didymum* scripsisse, *gethyum* herbam am»pelopraso similem, etiam ἐπιθυλλίδα fuisse vocatam. Sed »iure docti eam vocem damnarunt, & scripserunt τὰ δ' »αὐτὰ καὶ γηθυλλίδας λέγεσθαι: [nempe ita hunc locum vertit Dalec. quasi sic scriptum.] »quamquam re»clamant mssti.« Casaubonus. — Cum Dalecampio

γηθυλλίδας h. l. corrigendum cenſuit BODAEUS ad Theophr. p. 786. cui ſuffragatur SCHNEIDERUS ad Nicandri Alexiph. p. 218. Et ſic ſane ſuadere videntur reliquorum omnium Grammaticorum teſtimonia, quae collecta dedit idem Schneiderus l. c. quorum nemo, non magis quam aliorum Graecorum ſcriptorum quisquam qui ſuperſunt, nomen ἐπιθυλλὶς novit. At editam h. l. ſcripturam non modo veteres membr. *A.* tenent, ſed & in ſuo exemplari repererat Epitomator, a quo & Euſtathius accepit. In *EPICHARMI* teſtimonio recte γαθυλλίδας, a Doricâ formâ, dedit codex ms. uterque.

»In *Ariſtophaneis* verbis, ἐχούσας σκοροδόμητον »φύσιν, ſcribo, σκοροδόνητον, vel σκοροδόδμητος: quidam »σκορδομίμητον.« CASAUBONUS. — Editam olim ſcripturam tenet ms. *A.* In Epit. deeſt teſtimonium. σκοροδομητὸν acute ſcribendum cenſuerat H. STEPHANUS in Ind. Theſ. exponens *ex allio aedificatus* vel *fabricatus*. σκοροδόδμητον probavit PIERSON ad Moerin pag. 115. eâdem puto notione. Nobis placuit σκοροδομίμητον, i. e. *quae allii naturam prae ſe ferunt*: quam haud dubie veram ſcripturam iudicaverat TOUP in Emend. in Suid. Part. I. pag. 11. ſuffragante BRUNCKIO in Fragm. Ariſtoph. pag. 216.

τῇ θυσίᾳ τῶν Θεοξενίων. »In multis Graeciae locis feſtum celebrabatur nulli privatim Deo ſacrum, ſed in univerſum omnibus. *Theoxenia* eum diem vocabant. Heſychius: Θεοξένια, κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς. Athenis autem potiſſimum videntur Θεοξένια celebrata: nam inter propria reipublicae illius inſtituta hoc fuit, quod θεοὺς ξένους colerent quam plurimos. Heſychius: Θεοὶ ξενικοί· παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. Inde illa ara θεοῦ ἀγνώστου, de qua D. Paulus in Actis. Sed videntur *Theoxenia*, quorum hîc mentio, *Apollinis* honori peculiariter fuiſſe conſecrata. Apollo enim Delphorum ſummum erat numen. Et alibi quoque Theoxenia eidem Deo ſacra, ut apud Pellenenſes, de quibus in Achaicis Pauſanias: [VII. 27.] »Ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ἱερόν. τὸ δὲ ἄγαλμα χαλκοῦ πεποίηται. καὶ ἀγῶνα ἐπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι.« CASAUBONUS. — Confer Corſini Faſtos Attic. T. II. pag. 337. & Hemſterh. ad Heſych. in Θεοὶ ξενικοί.

AD CAP. XIV.

b In ποτὲ & in ὑπομιμνησκόμεθα nihil, quod sciam, mutant libri. Malles tamen τότε, & ὑπεμιμνησκόμεθα, quemadmodum in Animadv. legit CASAUBONUS, sic scribens: »Sequitur καὶ ὑπεμιμνησκόμεθα ὧν ἐν Ὥραις ὁ χα»ρίεις Ἀριστοφάνης εἶπεν, ἐπαινῶν τὰς καλὰς Ἀθήνας. Ar»gumentum fabulae huius ex titulo apparet: continebat »enim encomium agri Attici a situs commoditate & opti»mo frigoris & caloris temperamento, item a praestan»tia & copia optimarum frugum. Similiter eamdem ur»bem laudavit Euripides: [apud Plutarch. de Exilio pag. »604. ed. Francof.]

»Εἰ δ' αὖ πάρεργον, inquit, χρή τι κομπάσαι, γύναι;
»οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὐ συγκεκραμένον,
»ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπίτνει.

»Aristides in Panathenaico: Ἀλλὰ μὴν τόν γε ὑπὲρ γῆς »ἀέρα καὶ τῶν Ὡρῶν κράσιν οὕτω σύμμετρον εἴληχεν, ὥστ' »εἰ τῷ λόγῳ μετρίως εἰπεῖν ἦν, εὔκτὸν ἂν ἦν. ἴσην γὰρ »ἁπάντων ἀτέχει τῶν δυσχερῶν, καὶ μετέχουσα τῶν ἀγα»θῶν τῆς δυνάμεως ἑκάστης, ἃ λυπηρὰ πρόσεστιν ἑκάσταις »πέφευγε. τεκμαίρεσθαι δ' ἔξεστιν οὐ μόνον τοῖς ἀφαίοις, »νικῶσι καὶ παρὰ τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ τοσοῦτο τοῦ παντὸς »ἔτους κατέχουσι χρόνον. Postrema verba summatim id »aiunt, quod pluribus persequitur ARISTOPHANES hoc »loco. Ex hac fabula sunt duo hi versus, quos profert »Pollux libro VII. cap. 2. [sect. 13.] explicans quid sit »πρᾶσιν αἰτεῖν:

»Εἰ μὴ κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν,
»ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν, μένειν.

»Memunt & aliis locis: item Harpocration, aliique ve»terum, & Hesychius in Ἀρᾶς ἱερόν. « — Comici ipsum hunc locum respexit auctor noster infra, XIV. 653. f. Ὄψει δὲ χειμῶνος μέσου σικυοὺς, βότρυς, ὀπώραν, &c. Quum veluti soluta oratio vulgo adposita esset haec ecloga, perspecte BRUNCKIUS monuit in Comici Fragm. p. 275. fuisse olim iambicos versus tetrametros: quorum bonum numerum idem vir praestantissimus ad metri leges exactos repraesentavit. Nos, quoniam longiores, unumquemque in duo hemistichia tributos dedimus. Cum vel in secundo vel in tertio versu lacuna esset, lacunam in tertio notavit *Brunckius*, sic scribens:

πωλεῖ κίχλας, ἀπίους, σχαδόνας . . . . . .

Quo factum, ut nec quartum nec quintum versum ad iustos numeros redigere potuerit, utque in fine secundi versus verba ὦὐτὸς δ' ἀνὴρ, quae recte dabant libri, in ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ mutare cogeretur. Nobis, lacunam initio secundi versus statuentibus, nihil quidquam in verbis fuit mutandum. *Versu* 3. minus recte quidem ὦυτὸς scribebatur in edd. & in ms. *Ep.* & magis etiam corrupte ωυετος (absque accentu) in ms. *A*. Sed in promtu erat ὦὐτὸς corrigere, quod ὁ αὐτὸς valet.

Vers. 4. πύον, χόρια. Vide Animadv. ad III. 104. f. & c ad VII. 311. d. *Ibid.* χελιδόνας. *Pluralem* desiderabat metri ratio, quo ultima syllaba longa fieret. *Ibid.* τέττιγας, ἐμβρύεια. »De *cicadarum* esu multa diximus in »superioribus libris. [Vide Animadv. T. I. pag. 368. ad »II. 55. a. Adde IV. 131. e.] Sequentem vocem mutare »possumus, cum Dalecampio, in νέβρεια: supple κρέα, »quae vox omitti solet. « Casaubonus. — Nempe *hinnulorum carnes* interpretatus erat Dalec. Quae haud incommoda foret emendatio, si conveniret metro. Consultius haud dubie fuit retinere quamvis ignotum alioqui vocabulum ἐμβρύεια: quod hariolando utique magis, quam certâ ratione, de *vulvâ fuillâ electitiâ* aut *exfectitiâ* intelligendum putavi; quae apud Lucianum in Lexiphane cap. 6. τοκάδος ὗος τὸ ἐμβρυοδόχον ἕντερον vocatur. Vide Nostrum lib. III. pag. 101. a.

Vers. 5. »Addit ὑρισσοὺς δ' ἴδοις ἂν νιφομένους. He»sychius: 'Υρισσός· φορμός. Aliis ὑρίσκος vel συρίσκος: quas »voces explicamus libro tertio, capite quarto. « Casaub. — Vide ad III. 76. d. ubi οἱ σύριχοι sunt *canistri* vel *sportae quibus venduntur fici*. Idem autem valet συρισσὸς & ὑρισσὸς sive ὑρισός. Apud Suidam & Hesychium ὑρισσὸς geminatâ sibilante scribitur: sed apud eumdem Hesychium est diminutivum ὑρισίδα simplici σ literâ. Atque sic scriptum h. l. vocabulum ὑρισοὺς mediâ brevi postulabat metrum; quemadmodum etiam scribitur in membr. *A*. ubi quidem duplicem statim σσ in medio posuerat scriba, sed earum alteram rursus erasit. Breviator, illam vocem omittens, sic scripsit suo arbitratu, ἰδοις δ' ἂν νιφόμενα σύκα ὁμοῦ τε μύρτα. De verbo νιφομένους Gallicus interpres monuit, alienum ab hoc loco videri; quare in στιφόμενους, *stipatos*, *fartos*, mutatum voluit. Etiam Dalecampio scru-

c pulum moviſſe idem verbum videtur; quare ait: » *Nivem* » appellat florem mellitum, qui, velut ſitus, ficis inſidet, » ac tamquam efflorescit. « At ſicut initio dixerat poëta, *media hyeme omnia abunde Athenis ſuppetere*: ſic hîc ſignificat, *ipſam nivem, quae ſubinde incidit, non impedire quo minus ſimul frugum omne genus adſit.*

Verſ. 6. ἔπειτα κολοκύντας ὁμοῦ ταῖς γογγυλίσιν ἀροῦσιν. » Videtur dure dictum, *cucurbitas & rapas arare*, pro » arvum arare ubi cucurbitae & rapae ſerantur. Videa- » mus num aliud hîc lateat. Atque adeo fortean poëta ſcri- » pſerat, ταῖς γογγυλίσι καροῦσι. *Videas*, ait, *eodem tempore* » *cucurbitas & rapas quae capitatae dicuntur.* Καροῦς quasdam » rapas olim dictas fuiſſe, teſtis Galenus libro De bonis & » malis Succis: μέσαι ῥίζαι εὐχύμων καὶ κακοχύμων αἵ τε » τῶν ἄρων εἰσὶ καὶ τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας ὀνο- » μάζουσι, καὶ τῆς καλουμένης καροῦς. Sed cogitemus am- » plius de hoc loco: nam, quid opponi poſſit, non igno- » ro. « Casaubonus. — Vulgatum tuetur codex mstus uterque. Si quid mutandum cenſuiſſem, equidem αἱροῦσι (*capiunt*) ſuaſurus eram.

Verſ. 7. » Subiicit comicus: ὥστ' οὐκ ἔτι οὐδεὶς οἶδ' » ὁπηνίκα ἐστὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. *Nemo ſcit quaenam ſit* » *anni tempeſtas.* Tanta coeli clementia eſt, ut perpetuum » ver agi Athenis videatur. πηνίκα & ὁπηνίκα de *anni par-* » *te* uſurpatur, ut hic; vel de parte diei, ut in Avibus » eiusdem poëtae:

» — Πηνίκ' ἔστιν ἄρα τῆς ἡμέρας;
» Ὁπηνίκα; σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν. «

Casaubonus. — Nullo negotio ad legitimos numeros redigebantur verba iſto verſu comprehenſa. Modo commodo loco vel apoſtrophus adhibendus erat, vel craſis. Pro οὐκ ἔτ' οὐδεὶς, ſcripturam οὐκ ἐτ' οὐδεὶς praeivit ms. *Ep.* οἶδ' ὁπηνίκ', ut erat editum, ſic dedit ms. *A.* ubi Breviator οἶδε πηνίκ', quod perinde eſt. Pro τοῦ ἐνιαυτοῦ rurſus recte τοὐνιαυτοῦ ms. *Ep.*

Verſ. 8. » Porro ait: μέγιστον ἀγαθὸν εἴπερ ἔστι δι' » ἐνιαυτοῦ ὅτου τις ἐπιθυμεῖ λαβεῖν. Ante μέγιστον collo- » canda interpunctio. Poſtquam prior qui in his verbis lo- » quitur, felicitatem agri Attici deſcripſit, ſubiicit alter: » *Maximum id quidem bonum eſt, ſi liceat toto anno ea quae* » *optes conſequi.* δι' ἐνιαυτοῦ, pro δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ: de » quo genere loquendi ipſe Athenaeus monuit libro ſeptimo.

» [p. 276. d.] « CASAUB. — *Post ἑνιαυτοῦ* omisit vir doctus in Animadv. voculam *τοῦ*, quam praetermisit quidem etiam Epitomator, ut ad sensum minus necessariam, sed cum editionibus omnibus agnoscit vetus codex *A*. Atqui erat ea quidem manifeste corrupta, quippe nec ad sensum nec ad versum apta: nempe pars vocis interciderat, quam certissimâ ratione a nobis restitutam putavi, *τοῦτο* pro *τοῦ* scribentibus. c

Vers. 9. » Ait alter, *Κακὸν οὖν μέγιστον*. Scribe *κακὸν* » *μὲν οὖν μέγιστον. Imo vero magnum id malum est.* « CASAUBONUS. — Atqui ipsam illam *μὲν* particulam, quae desiderabatur in editis, adiectam dedit uterque codex mstus.

Vers. 11 *sq.* » Additur, *ἐγὼ δὲ τοῦτον ὀλίγον χρόνον* » *φήσας ἀφειλόμεν ἄν*. In Aristophanis *Ὡραις* fabulâ, » unde haec sunt, Dii inducebantur tempestatum anni au- » ctores: in his erat, ut videtur, *Aeolus* aut quicunque » alius ista proferebat verba, quibus hoc ait: *posse se, breve* » *tempus flantem, adimere Athenienſibus* descriptam modo fe- » licitatem & *εὐαερίαν*. Legimus autem, *ἐγὼ δὲ τούτων* » *ὀλίγον χρόνον φυσήσας ἀφειλόμην ἄν*. Qui deinceps » sequitur versus, habet hanc sententiam: *atque adeo id* » *facio in omnibus urbibus praeter Athenas: ubique enim aspe-* » *ratur aër, & immitis hiems sentitur.* Scribo vero: *κἄ-* » *γω γε ταῖς ἄλλαις πόλεσι δρῶ* [nempe, pro vulgato » *δρῶν*] *ταῦτα πλὴν Ἀθηναίων.* » CASAUBONUS. — In edita olim scriptura nil mutat ms. *A*. Epitomator vero ipsos illos duo versus, ut nimis corruptos, praetermisit. Equidem cum ADAMO, quem h. l. Villebrunius laudat, *Boreae* potius, quam *Aeolo*, istas dicendi partes adsignandas existimavi; quare etiam nota *B*. illas partes insignivi. Celebratur sane & alioqui *Boreae cum Athenienſibus adfinitas, in eosque eam ob cauſſam favor.* Vide omnino Herodot. VII. 189. & ibi a viris doctis notata. Caeterum interpretationem Casauboni adoptans, in verbis quidem constituendis (*vers.* 11.)

Ἐγὼ δὲ τοῦτ', ὀλίγον χρόνον φυσῶν, —

BRUNCKII rationem secutus sum, cum alioqui commodiorem, tum & metro unice aptam. *Versu* 12. vero, utroque viro praeeunte, δρῶ correxi; tum *πλὴν Ἀθηνῶν*, cum Brunckio, pro *πλὴν Ἀθηναίων*, quod metrica lex respuebat.

Vers. 14 *sq.* » Ubi dicit poëta, *ἀπέλαυσαν ἄρα σέβοντες* d

d »ὑμᾶς, interpres [Dalecamp.] ἀπήλασαν legit, vel ἀπέ»λαυσαν putavit esse ab ἀπελαύνω. Utrumque tantidem »facere debemus: errat enim; nam vertere debuerat, *Er»go illi hoc suae in vos pietatis fructum perceperunt, ut ais.* »Ἀπολαύειν, & poëtarum verbum ἀπαυρᾶν, uno verbo »latino exprimi non possunt multis locis: ut cum ait idem »poëta in Avibus, Ἀπέλαυσα γὰρ νὴ τὸν Δι' ἐλθὼν ἐν»θαδί: quod vernaculo sermone eleganter dixeris, *J'ay »bien gaigné d'être venu icy.*« Casaubonus. — In fine *vers.* 14. τί ἢ τί, quod vulgo hic scribitur, aut τίη τί, quemadmodum Bruncknius scripsit, quod aliàs *quamobrem*, vel *qui sic* sonat, quid hoc loco valeret, parum perspexi. Quare ὅτι ἢ δὴ legendum suspicatus sum, quod valet, *quod nimirum.* Duos postremos versus Bruncknius oratione in hunc modum distinctâ scripserat:

ἀπέλαυσαν ἄρα σέβοντες ὑμᾶς, ὡς σὺ φὴς. τίη τί
Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποίηκας ἀντ' Ἀθηνῶν.

Epitomator *postremo versu* non, ut editum, πεποίηκας scribens, sed πεποιήκασ' in tertia persona pluralis numeri, in exemplari - ne illam scripturam repererit, an suo iudicio ita scripserit, nescio: reliquam quidem plenioris operis rationem hoc loco non admodum religiose servavit. Nam post ista verba *vers.* 10. οὐδ' ἂν ἐδαπανῶντο. sic perrexit: εἶτ' ἐπάγει: Ὅτι σέβοντες τοὺς θεοὺς Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποιήκασ' ἀντ' Ἀθηνῶν. Id est: *Deinde subiicit auctor: Colentes Deos civitatem suam Aegyptum fecerunt* (nempe *Athenienses*) *pro Athenis.* De *Aegypto*, quae cum hoc loco commode contuleris, habes apud Nostrum lib. V. pag. 196. d. e.

ἐτύγχανον δὲ οὖσαι τῶν συντεθειμένων ὑπὸ τῶν &c. »*Com»positae*, συντεθειμέναι. Fortasis, ἀποτεθειμέναι, *repositae*, »*conditae.*« Dalecampius. — At nil opus videtur solicitare vulgatum. *Ibid.* εἰ καὶ τὴν χρῆσιν ταύτην. Sic recte ms. *A.* (In *Epit.* ista verba desunt.) Perperam ταύτης edd.

e σικύας ὀνομάζων τὰς κολοκύντας. Conf. lib. II. cap. 53. nostrae edit. *Nicandri primus versus* quum in editis sic scriberetur:

Αὐτὰς μὲν σικύας τμητῶν ἀνακλώσμασι πείραις,

haec adnotavit Casaubonus: »Lego τμητῶν ἀνὰ κλάσ»μασι πείραις: pro ἀναπείραις, ut κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον »ἐτελλε. Vult Nicander, *cucurbitas transfigi fractorum ligno-*

» *rum acutis ſurculis.* Interpres abſurde emendat *σπείραις.* « e [*Cucurbitam conciſam in flexuoſas ſpiras:* Dalec.] » Si pu- » tarem aliquid mutandum eſſe, ſcriberem:

» Αὐτὰς μὲν σικύας γε μίτων ἀνὰ κλώσμασι πείραις. » *μίτου κλώσμα, fili* eſt periphraſis. Vel ſic, *τμητὰς ἀνὰ* » *κλώσμασι πείραις*: & fortaſſe haec vera lectio; nam » paullo poſt *σικύης ὄρμους* vocat *fruſta cucurbitae, per quae* » *filum transmiſſum.* « CASAUBONUS. — Nil expeditius viſum nobis erat, niſi ut *τμητῶν* (quod uterque quidem mstus cum edd. tenet) in *τμήττων* mutaretur, idem valens ac *τμήσσων*, quod eſt a Gallico interprete propoſitum: niſi *τμήγων* malueris, quod thema Etymologus (pag. 273. 27.) ſtatuit, unde alia tempora quae magis in uſu ſunt deriventur, *τμήξω*, *ἔτμηγα*, *ἔτμαγον*. Verba iſta, *ἀνὰ κλώσμασι πείραις*, ſic diſtincta ut voluit Caſaub. ſcribuntur in ms. *Ep.* Initio verſus, lubens tenui editum Αὐτὰς *μὲν*, licet Αὐτὰς *μὴν* communi conſenſu praeferant ambo noſtri codices.

Verſ. 2. Pro *ξήραινον*, quod erat editum, recte *ξήρανον* dabant iidem mssti. *Verſ.* 3. *περιχανδέα χύτρον*. Quum dein (*verſ.* 6.) dicat, *τῇ ἕνι* in foeminino, monuit CASAUBONUS: » Figura eſt in *τῇ*, quam *πρὸς τὸ συν-* » *μαινόμενον* vocant; nam praeceſſit *χύτρον*: niſi legas *πο-* » *λυχανδέα χύτραν*. Aliter tamen mssti. « — Sane hîc *περιχανδέα χύτρον* tenent ambo noſtri codices; illic vero ad *τῇ* nulla varietas ex ms. *A.* adnotata. In *Epit.* vero deſinit haec ecloga in verbo *ῥοφέωσι* verſ. 4. Eodem *verſ.* 4. recte *ἀεργέες* habent editi, ubi *ἀεργὲς* ms. *A.* In fine vero, pro *μέτρια*, tacite CASAUBONUS in ſua editione *μέτρῳ* correxit, quod verſus utique deſideraſſe videtur. Quae ſequuntur corrupta & obſcura, doctioribus expedienda relinquo. In Graecis tenui conſentientem codicis Msti cum editis ſcripturam: Latinam Dalecampii verſionem ſubieci.

AD CAP. XV.

κνιστοῖς λαχάνοις. » Deinceps commemorantur *gallinae* a » *cucurbitis impoſitae & κνιστοῖς λαχάνοις.* Scribebam » *κνηστοῖς* cum Epit. & Euſtathio, [ad Iliad. λ'. pag. 819 » extr.] cuius ſunt verba: Ὅτι δὲ καὶ λάχανα κνηστὰ » ἐκαλοῦντο τὰ σύγκοπτα, ἐκ τοῦ κνῶ, κνήσω, τὸ κόπτω·

a » καὶ κνιστὸς δὲ ποιός τις ἄρτος παρὰ Ἴωσι, διὰ τὸ κνᾶ-» σθαι, ὡς εἰκὸς, καὶ οὕτω διαδίδοσθαι, ἐν τοῖς τοῦ Ἀθη-» ναίου δηλοῦται. Sed & κνιστὰ olera per ι in Heſychio » nominatim expoſita invenias: & extat verbum κατακνί-» ζεσθαι ea notione poſitum paullo poſt [pag. 376. d.] in » inſiciorum deſcriptione.« CASAUBONUS. — Utroque modo ſcribi poterat: ſed κνιστοῖς, & dein κνιστὰ in Ariſtophanis teſtimonio, cum editis tenet ms. *A.* In *Epit.* nonniſi ſemel occurrit ea vox, ubi Comici teſtimonium adfertur: ibique noſter ms. *Ep.* in contextu quidem κνηστὰ habet, ſed altera ſcriptura ſuperne inter lineas notata eſt. *Mox* deinde recte editiones vett. cum ms. *A.* νῦν μόνως habent, quod nil neceſſe erat ut in νῦν μόνον a Caſaub. mutaretur. Vide ad pag. 366. a. Duo iſta verba deſunt *Epit.* *Ibid.* ὧν ὁρῶ περιφερομένων πλῆθος. » Melius περι-» φερόμενον.« CASAUB. — Vulgatum tenet Ms. cui cur praeferamus id, quod Caſaubonus maluerat, nullam equidem cauſſam video.

CHRYSIPPI verba parentheſeos notis includenda curavi, quo facilius connexio ſequentium, ἀλεκτρυόνας δὲ &c. cum ſuperioribus in oculos incurreret. In illis, verbum φασὶ (quo carent edd. & ms. *A.*) ſuo nomine adieciſſe Epitomator videtur perſpicuitatis cauſſâ. *Ibid.* Pro μελαινῶν, ſcribitur κελαινῶν in ms. *Ep.* vox poëtis fere propria.

b Quod ait auctor, ἀλεκτρυόνας δὲ καὶ ἀλεκτορίδας τοὺς ἄρρενας, intellige e ſuperioribus, νῦν μόνως ἡ συνήθεια καλεῖ: *hodiernus uſus* (inquit) *nomina* ἀλεκτρυὼν & ἀλεκτορὶς *nonniſi de maribus dicit.* At merito monuiſſe H. STEPHANUS (Theſ. II. 607. e.) videtur »depravate hic » legi ἀλεκτορίδας pro ἀλέκτορας, quum vel ipſa ter-» minatio plane repugnet.« Sane ἀλεκτορὶς, quemadmodum a veteribus de *gallina* dicebatur, velut ab Epicharmo apud Noſtrum II. 57. d. ab Ariſtotele aliisque, ſic ne a recentioribus quidem de *gallo* uſurpari potuiſſe videtur. Quare aut ἀλέκτορας hoc loco, aut diminutive ἀλεκτορίδια vel ἀλεκτόρια ſcriptum oportuerit. Conf. Ducangii Gloſſar. in Ἀλέκτωρ, & eiusdem Append. in Ἀλεκτορὶς.

Ex *HOMERI* teſtimoniis, quae mox adferuntur, primum legitur Odyſſ. β'. 181. alterum Iliad. ξ'. 290. tertium Iliad. ι'. 323 ſq. ubi de ſcripturâ κακῶς δέ τε οἱ, quae hic habetur, vide Var. Lect. in ed. Barn. & Ern. & confer

Scholiaſten Venetum, quem Villoiſoni ſtudio debemus, ad vs. 324.

» Citatur *MENANDER* ἐν Ἐπικλήρῳ πρώτῃ. Docuerat c » is poëta & *priorem* & poſteriorem *Epiclerum*. Illius men- » tio hîc; poſterioris apud Harpocrationem: Ὅρος, inquit, » σκεῦός τι γεωργικὸν παρὰ Μενάνδρῳ ἐν δευτέρῳ (ſcribe » δευτέρᾳ) Ἐπικλήρῳ. « CASAUBONUS. — Eſt enim Ἐπίκληρος, foemininum nomen, *orbam haeredem* ſignificans. Conſentaneum eſt autem, ut ſtatuamus, fuiſſe alteram iſtarum fabularum alterius inſtauratam emendatamque editionem.

Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα. Hanc verborum transpoſitionem neceſſario requirere videbantur teſtimonia continuo ſubiecta: in quibus ſola forma ὄρνιθα occurrit; non item altera, ὄρνιν. Sic vero etiam ſcripſit Epitomator: αἰτιατικὴ δὲ τοῦ ὄρνις, οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα.

Ξενοφῶν δ' ἐν δευτέρῳ Παιδείας. Immo ἐν πρώτῳ. d Exſtat ſane locus lib. I. cap. 6. ſect. 39. ubi ἐν τῷ ἰσχυρ. χειμ. legitur, praemiſſâ praepoſitione.

Μένανδρος, Διδύμαις. » Harpocration: Ἐκωμῳδοῦντο οἱ » Ποτάμιοι, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους· ὡς » ἄλλοι τε δηλοῦσι, καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις. « CASAUB.

In *ALCMANIS* teſtimonio (quod cum *Eupolidis* & *Cratini*, quae ſequuntur, teſtimoniis omiſit Breviator) perſpicuum eſt, & corruptum eſſe quod in ms. *A.* ſcribitur ὄρνιθος, & recte ab editoribus emendatum ὄρνεις. e

Ad *EUPOLIDIS* teſtimonium, quum κρείους με ἐγκ. *verſ.* 1. legeretur, & *verſ.* 2. ὁμοίως, haec notaverat CASAUBONUS: » Οὐ δεινὸν κρείους με ἐκγεννᾶν τέκνα; » Athenienſes κρείους vocabant *conchas aſperas*. [vide III. » 87. b. & ibi not.] Ita autem videtur Eupolis adoleſcen- » tem quendam appellaſſe, a morum aſperitate & inſua- » vitate. Eius pater eſt qui iſta pronunciat. In ſequenti » verſu non recte, ὄρνεις δ' ὁμοίως. Scribe ὄρνεις δ' » ὁμοίους τοὺς νεαττοὺς τῷ πατρί. « — GROTIUS in Excerpt. 499. emendationem ὁμοίους (*verſ.* 2.) merito adoptans, praeterea coniunctionem δ' (quod & nobis viſum) in δ' mutavit: priore vero verſu ſic ſcribens,

Οὐ δεινὸν οὖν κρείους με μὲν γεννᾶν τέκνα,

a Caſauboni interpretatione longiſſime receſſit. Sic enim latine convertit, *Nonne grave eſt, partus quod mei plus me*

e *valent*. Et in Notâ ait: »κρείους τέκνα eſt conſtructio πρὸς »τὸ σημαινόμενον. Conqueritur enim civitas Athenienſis, »quod *cives gignat nimium eminentes*.« — Sed, pro κρειοὺς legendum eſſe κριοὺς (id eſt *ingratos*) perſpecte Valckenarius docuit ad Phoeniſſ. pag. 20. ad proverbium provocans omnibus paroemiographis & Grammaticis memoratum, quod in *ingratos filios* dicebatur, Κριὸς προφεῖα ἀπέτισεν. Praeterea vero & Κριὸς ἀσελγόκερως dicebatur *ferox & petulans homo*. Vide Heſychium eiusque Interpp.

AD CAP. XVI.

Τὸν δ' ἀλεκτρυόνα - - οἱ ἀρχαῖοι καὶ Ϡηλυκῶς εἰρήκασι. Potuerat Τὸ δ' ἀλεκτρυὼν dicere; id eſt, *Vocabulum ἀλεκτρυὼν*, quemadmodum ſupra (lit. b.) τὸ ὄρνις dixit. Nunc quod ait Τὸν δ' ἀλεκτρυόνα - - καὶ Ϡηλυκῶς εἰρήκασι, idem eſt ac ſi dixiſſet: *Pro eo quod nos nonniſi* τὸν ἀλεκτρυόνα *in maſculo genere uſurpamus, e contrario veteres etiam* τὴν ἀλεκτρυόνα *gallinam dixerunt*. Similiter vero rurſus p. 374. b. ait, Θεόπομπος - - ἐπὶ Ϡηλείας ἔταξε τὸν ἀλεκτρυόνα: ubi Theopompus ἀλεκτρυόνα τίκτουσαν dicit.

In *Cratini verſ.* 1. nulla verborum diſtinctione in edd. ſcribitur, Λήδα σὸν ἔργον δεῖ σ' ὅπως &c. Monuit vero Casaubonus: »Diſtingue, Λήδα, σὸν ἔργον. δεῖ σ' ὅπ. »*Leda, tuae nunc ſunt partes: faciendum tibi ut decenter gal*»*linae mores aſſumas*. De *Ledae partu* nota fabula.« — Cum Νέμεσις fuerit titulus dramatis, e quo decerpti iſti verſus, videtur illam famam ſecutus poëta, quae ovum, quod Helenam includebat, a *Nemeſi* quidem partum, a *Leda* vero excluſum perhibebat. Vide Apollodori Biblioth. III. 10, 7. De *Nemeſi* conf. ſupra, VIII. 334. c. d. *Eodem verſ.* εὐσχήμονος pro vulgato εὐσχημόνως ſcripſi, praeeunte Valckenario, ad Phoen. pag. 166. Pro διοισεις (*verſ.* 2.) eſt διοίσει in ms. *A*.

Verſu 3. Cum in editis ſic ſcriberetur,

ἐπὶ τῷδ' ἐπωάζουσαν ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν,

monuit Casaubonus: »Verſus pede uno longior eſt, »quam oportuit. Scribe:

»ἐπὶ τῷδ' ἐπωάζουσαν ἐκλέπτειν καλόν.«

At difficultatem multo felicius expedivit idem Valckenarius, ἐπώζουσ' ſcribens, caeteris nil mutatis, quem ſecuti ſumus: cuius emendationem hactenus etiam noſter

ms. *A.* tuetur, quod *nominativum* ἐπωάζουσα habet. Verbum autem ἐπωάζειν ab Atticis in ἐπῴζειν contrahi, docuit ille ex Hesychio & aliis.

Qui in *ANAXANDRIDIS verſ.* 1. memorantur κάπροι, f non cum Dalec. *apros* interpretatus ſum, ſed *porcos:* proprie *verres* ſic dicuntur. Ariſtophanes Grammaticus, apud Euſtath. ad Od. ξ'. pag. 532. l. 43. Τῶν συῶν οἱ μὲν τέλειοι καὶ ἐνόρχαι, κάπροι.

μὴ κεκριμένον ἐν τοῖς πρώτοις. »Hoc eſt, ut paullo poſt »loquitur, μὴ τυχὸν νίκης: *quam fabulam cum docuit poë»ta, iudicum ſententiâ victus eſt;* aut, *primâ palmâ excidit.«* CASAUBONUS. — *Ibid.* ἐκθήσομαι ὑμῖν - - εἰς κρίσιν. a Sic ms. *A.* ubi ἐς κρίσιν edd.

εἰς τὸν λιβανωτὸν, *in vicum vendentem thus & odores*, ut b ait Horatius. Vide Toupii Cur. Noviſſ. p. 214. *Ibid.* καὶ οὐ μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί. Vide Caſauboni Animadv. ad III. 110. b. *Ibid.* ἐκ Καμίρου. Non improbo Καμείρου, quod habent editi: nam & haec ſcriptura paſſim in veterum ſcriptis reperitur. Sed Καμήρου, quod eſt in noſtro cod. *A.* ex Καμίρου potius ortum videri debuit, quae eſt probatior ſcriptura; eamdemque apud Homerum etiam in Catalogo (Iliad. β'. 656.) plures probatiſſimi libri exhibent. (In ms. *Ep.* deeſt poſtrema pars narrationis de *Anaxandride.*) *Ibid.* πῶς ὁ Τηρεὺς περιεσώθη. Sic vetus codex mstus; ignorans καὶ particulam, quam poſt πῶς inſertam habent edd. *Ibid.* καὶ ἄλλα δράματα τῶν ὁμοίων τοῦ αὐτοῦ. »Deeſſe aliquid videtur. Sen»tentia talem aliquam lectionem deſiderat, καὶ μὴ ἡφά»νισται, ὥσπερ ἄλλα δρ.« CASAUBONUS. — At quid impedit quo minus e ſuperioribus verbis intelligamus, ὥσπερ καὶ ἄλλα περιεσώθη. Quod autem ait, ἄλλα δράματα τῶν ὁμοίων, non ὅμοια: intelligere debemus τινὰ τῶν ὁμοίων.

ἐπὶ τῆς Σηλείας ἔταξε τὸν ἀλεκτρυόνα. Diceres, τὴν ἀλεκτρ. ſcriptum oportuiſſe: ſed ſimiliter haud multo ante (p. 373. e.) locutum Deipnoſophiſtam noſtrum vidimus.

[Ἔνιοτε] πολλαὶ &c. Negleto prorſus metro, cum in c editis, tum in utroque noſtro codice msto, ſic ſcribebatur illud fragmentum:

Πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων
ὑπηνέμια βία τίκτουσιν ὠὰ πολλάκις.

Voce βία (ut eſt apud Suidam in Ὑπηνέμια) ad ſuperiorem verſum reiectâ, poſteriori ſenario ratio conſtabat.

Initio adieci (uncis quidem incluſam) vocem Ἐνίοτε, a qua initium capit haec ecloga apud eumdem Suidam l. c. Conf. TOUPIUM, Emend. in Suid. P. III. p. 523. BRUNCKIUS, quoniam in eadem ἥπατι ſimul ſtare non poſſe duo adverbia ἐνίοτε & πολλάκις exiſtimaverat, aliam iniit rationem in Fragm. Ariſtoph. p. 234 ſq.

Ἐν δὲ Νεφέλαις διδάσκων &c. Commode facturus erat auctor noſter, ſi praemiſſo articulo ὁ διδάσκων dixiſſet, id eſt, *in Nubibus is qui docet ſenem* &c. Nunc διδάσκων ad ipſum poëtam refertur, *Ariſtophanes in Nubibus ubi docet ſenem* &c. Ne ſic quidem male.

d Λέγεται δὲ καὶ ἀλεκτορὶς, καὶ ἀλέκτωρ. ἀλεκτορὶς familiariſſimum veteribus & proprium nomen erat, ubi de *gallina* loquebantur. Sic quidem conſtanter Ariſtoteles: puto & alii e vetuſtioribus. Conf. ſupra ad pag. 373. b. Quare nil neceſſe eſſe exiſtimavit auctor, ut huius uſus exempla adferret. Mas vulgo ἀλεκτρυὼν dicebatur: ἀλέκτωρ vero magis poëticum nomen, cuius teſtimonia nonnulla hic adponuntur.

Σιμωνίδης ἱμερόφων' ἀλέκτωρ ἔφη. »Σιμωνίδης, ἱμερόφωνος ἀλέκτωρ. Cenſeo verius ἡμερόφωνος, *dici nuntius.* »Vocem ἱερόφωνος legas apud Alcmanem, eo loco quem »paulo poſt deſcribimus.« CASAUBONUS. — At non ἱμερόφωνος, ſed ἱμερόφων' ſcribitur cum in editis, tum in ms. *A.* e quo certe nulla varietas enotata. (In *Epit.* haec deſunt.) Reperiri autem vocab. ἱμερόφωνος (pro *dulciloquus*) in Anthologia, adnotavit H. Stephanus, Theſ. T. I. p. 1938. b. Tenuitque illud h. l. Dalecampius, *dulci voce amabilis* latine reddens. At equidem facile Caſaubono adſentior, (cui idem quoque H. STEPHANUS praeiverat, in Theſ. T. I. pag. 1460. g.) mendoſam eſſe hoc loco, ubi de *gallo gallinaceo* agitur, ſcripturam per ι, & ἡμερόφων' potius ſcriptum oportuiſſe.

Κρατῖνος, Ὥραις· Ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν κανα-χὼν ὁλόφωνος ἀλέκτωρ. Cum ὁλόφωνος eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribe ὁλόφωνος: *qui totus vox* »*eſt, praeterea nihil*; ut de luſcinia dixit olim Spartanus »quidam: vel, *qui toto veluti corpore cantat:* attollit enim »ſeſe gallus gallinaceus cantaturus. Cratini hunc locum »puto Heſychium reſpexiſſe cum ſcriberet, Ὁλόφωνος, ὁ »ἀλεκτρυών, ἢ ἀπὸ τοῦ λόφου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ᾄδειν ὅλον »αἴρεσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι. *CRATINI* fabulam Ὥρας non

» ſemel auctor laudat: citatur ab auctore & Harpocratio- d
» ne in deſcriptione ξυστίδος: nec non Heſychio in Κί-
» τιον & Μυσικάρφι: Polluce lib. VI. cap. 2. & lib. VII.
» 30. & ſaepius alibi. Sed videtur fabula haec fuiſſe in-
» ſcripta Πυλαῖαι ὧραι, ſi recte capio verba Ariſtophanei
» Scholiaſtae, qui ad Aves, [vs. 767.] Κρατῖνος, inquit,
» δηλοῖ Χείροσι (καὶ) Πυλαίαις ὥραις.« CASAUBONUS. —
In Scholiis ad Comici locum cit. hodie editur Χείροσι, Πυ-
λαίαις, Ὥραις: ubi Πυλαία oportebat, ſicut in Schol. ad
Pac. 733. In ms. *A.* ολόφωνος ſcribitur neglecto ſpiritu ini-
tio vocis. ὁλόφωνος, ut apud Heſychium legitur, ſic &
in Photii Lexico mſto: exponiturque ὁ ἀλεκτρυών. Quod
autem ſtatim adiicit Heſychius, ἢ ἀπὸ τοῦ λόφου, cum ni-
hil commune cum vulgata ſcriptura habeat haec interpre-
tatio, haud improbabiliter ſtatuit PALMERIUS, Exercit.
pag. 510 ſq. aliam ſcripturam hîc ob oculos habuiſſe Glos-
ſographum, ὁ λοφωτὸς, *criſtatus, criſtâ inſignis.* Quod
vero ὁ Περσικὸς ait poëta, familiare id *galli gallinacei* epi-
theton eſt, qui e Perſide olim in alias regiones traductus
fuiſſe perhibebatur, ut docet Menodotus apud Noſtrum,
XIV. 655. a. Inde plus ſemel Περσικὸς ὄρνις apud Ariſtoph.
in Avib. 485. 708. 834.

Οἱ δὲ Δωριεῖς, λέγοντες ὄρνιξ, &c. Vide Maittaire,
Dialect. p. 179. ubi plura illius formae exempla collecta.

Ἀλκμὰν δὲ διὰ τοῦ σ τὴν εὐθεῖαν ἐκφέρει. *ALCMAN ve-
ro*, (inquit; intellige, *licet Dorico idiomate ſcripſerit, tamen*)
per σ effert nominativum caſum, ὄρνις. *Ibid.* Ἁλιπόρφυρος
εἴαρος ὄρνις. Recte εἴαρος dedit ms. *A.* pro ἔαρος, quod
editum erat. Adnotavit h. l. CASAUBONUS: »An vera
» haec eſſet lectio, ἁλιπόρφυρος ἔαρος ὄρνις, aliquando du-
» bitavi: memineram enim ſcripſiſſe alicubi eundem Alc-
» manem, ἁλίβαπτος πορφυρᾷ ὄρνις. Heſychius: Ἁλίβα-
» πτον πορφυρᾶν ὄρνιν, Ἀχαιοὶ καὶ Ἀλκμάν. Sed commo-
» dum venit poſtea in mentem loci cuiusdam Antigoni,
» quem hîc adſcribam. Hiſtoriarum enim Mirabilium tme-
» mate XXVII. poſtquam dixit alcedonum mares cerylos
» vocari; atque hos, ubi conſenuerint, ſolere foeminas in
» alas receptos geſtare; addit: καὶ ἔστι τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀλκ-
» μᾶνος λεγόμενον τούτῳ συνῳκειωμένον. φησὶ γὰρ ἀσθενὴς
» ὢν διὰ τὸ γῆρας, καὶ τοῖς χοροῖς οὐ δυνάμενος συμπερι-
» φέρεσθαι, οὐδὲ τῇ τῶν παρθένων ὀρχήσει·

» Οὔ μ' ἔτι παρθενικαὶ μελυγάρυες ἱεράφωνοι

d »γυῖα φέρειν δύναται. βάλε δὴ βάλε δὴ κηρύλος εἶην,
»ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται,
»νηλεὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος εἶαρος ὄρνις.«
Confer quae ad Antigoni locum citatum erudite NICLASIUS adnotavit.

»Sequitur: Καὶ τὴν γενικὴν, οἶδα δι' ὀρνίχων ὅμως πάν»των. Scribo mutata distinctione, καὶ τὴν γενικὴν οἶδα, »δι' ὀρν.« CASAUBONUS. — Recte distincta verba nobis dedit optimus cod. *A*. In Epit. haec omissa. In ed. Ven. nulla adest verborum distinctio. Cuiusnam autem ista verba sint, δι' ὀρνίχων &c. non liquet. Caeterum eâdem formâ ὀρνίχων habes genitivum plur. apud Theocr. Idyll. VII. 60.

AD CAP. XVII.

e Ad *EPICHARMI* testimonium *ex Ulysse Transfugâ* nil aliud, nisi hoc, adnotavit CASAUBONUS: »*Epicharmi* lo»cus admodum corruptus. In *ultimo versu*, pro τοῖς Ἀ»χαιοῖς προδιδόμην τε, scribe προδιδόμεναί τε.« — At metri ratio haud dubie προδιδόμεν desiderabat, quod aeque Doricum est ac προδιδόμεναι. Pro τε vero recte ubique τ' per apostrophum scribitur. Sunt autem versus perspicue trochaici tetrametri, ut fere Epicharmei plerique. Quo pacto hanc eclogam tractarit *Samuel* PETITUS, τῶν γειτόνων (*vers.* 1.) in τῶν Γετῶν ὧν mutans, τοῖς Ἐλευσίνοις vero (*vers.* 2.) in τοῖς ἐν λευκίνοις, apud ipsum videsis in Miscellan. lib. VI. cap. 10. Illud ab eo recte curatum iudicavi, quod pro vulgato ἀπώλεσας (*vers.* 2.) ἀπώλεσα in prima persona scripsit; quod & nobis adoptandum visum est: sed tum, ne existeret hiatus, utique *vers. seq.* pro οὐχ videtur κοὐχ legendum; quod & alioqui commodum erat, δαιμονίως, καὶ οὐχ ἑκών. Caeterum nihil equidem corrupti in his versibus vidi: nam & συμβολατεύειν ferendum videtur, Dorice pro συμβολιτεύειν vel συμβουλεύειν aut συμβουλεύεσθαι. Certe & Hesychius idem verbum agnoscit interpretaturque. Συμβολατεύειν· συναλλατεύειν: id est, *paciscI*. Vide quae ex SALMASIO, de Modo Usurar. pag. 425. ab Hesychii editore ibi adnotata sunt.

Καὶ Ἀναξίλας δ' &c. »*ANAXILAS*, ait auctor, vocem »δέλφαξ posuit καὶ ἐπὶ τοῦ τελείου. Quod non est mi-

»rum, cum exponat Hesychius τὸ δελφακοῦσθαι, τε-
»λειοῦσθαι τὰς ὗς. At, pro ποιήσει δέλφακας ἁλιβά- f
»τους, scribe ex Epitome ὑλιβάτας. Libro nono [p.
»402. e.] τράγος ὑλιβάτης.« CASAUBONUS. — Noster quidem ms. *Ep.* quemadmodum sub contextu adnotavi, ὑλιβάτας per *η* habet; rursusque idem pag. 402. ὑλη-βάτας, ubi ὑλιβάτης edd. cum ms. *A.* Et veram iudicavi hoc loco codicis illius scripturam, cum quod ad terminationem, tum quod ad mediam vocalem. ὑλιβάτας, a sing. ὑλιβάτης. Nam, de media vocali si quaeris, est illa in huiusmodi compositione nominum non *iota*, sed aut *ο*, ut ὑλομανὴς, ὑλοτόμος, ὑλοφάγος & similia: aut *η*, ut ὑλη-τόμος, ὑλιφόρος, ὑλήωρος, ὑλουργὸς, & id genus alia. Quod ad terminationem attinet: quae in *βατος* exeunt, (unde ὑλιβάτους in ms. *A.*) habent passivam significatio-nem; quae in *βάτης* vero, activam, quae est huius loci. Illud vero non satis video, quo indicio affirmet Athenaeus in *masculino genere* nomen δέλφαξ in istis verbis usurpasse poëtam: quippe adiectivum ὀρεινόμους, quod ad substan-tivum δέλφακας refertur, perinde & foeminini & mascu-li generis esse possit. An ergo hoc respexit Deipnoso-phista, quod ὑλιβάτας dixerit poëta, non ὑλιβάτιδας? At id quidem nimis subtile fuerit: nam etiamsi foeminini ge-neris esset nomen δέλφαξ, vel sic tamen vocabulum ὑλι-βάτας stare hîc posse mihi videbatur. Caeterum, quo-nam metri genere constent isti *Anaxilae* versus, non de-finiverim equidem. Video sane sic suis numeris distinguen-dos contendere auctorem Observationum criticarum in Athenaeum, *Raphaëlem* FIORILLO, pag. 61 sq.

Τοὺς μὲν ὀρεινόμους ὑμῶν ποιήσει
δέλφακας ὑλιβάτας,
τοὺς δὲ πάνθηρας, ἄλλους ἀγρώ-
στας λύκους, λέοντας.

Sed vellem docuisset nos vir doctus, quibus legibus ad-stricti illi numeri essent.

ARISTOPHANIS fragmentum ex *Tagenistis* iam supra adlatum fuit, III. 96. c. ubi vide not. item III. 110. f. quibus e locis ἠτριαίαν hic corrigendum videtur, quod etiam disertissimo Etymologi testimonio firmatur. Confer tamen III. 104. f. & Animadv. T. I. pag. 55. Ipsum illud vocabulum h. l. praetermisit Epitomator. Eiusdem Comi-ci fragm. ex *Acharnensibus*, legitur in eâ fabulâ *vers.* 786

ſqq. ubi ἐξεῖ & μεγάλαν vulgo ſcribitur Megarenſium
a idiomate, cuius color etiam hîc in *tertio verſu* ſervatus eſt. Ad hunc locum pertinere videtur Heſychiana gloſſa: Δελφακοῦσθαι· τελειοῦσθαι τὰς ὗς. Porro conferendus cum toto hoc loco Scholiaſtes ad Comici Acharn. vs. 739. aut quae ex eo habet Suidas in Δέλφακας: & Euſtathius ad Odyſſ. ξ'. pag. 532 ſub fin.

Quod ait αἱ δελφύας ἔχουσαι, perperam δελφίνας legitur in ms. *A.* & δελφῖνας in ed. Ven. & Baſ. quod ex Epitoma & Euſtathio tacite correxit Caſaubonus; de quo iam ante monuerat H. Stephanus, Theſ. T. I. p. 938. f. *Mox*, CRATINI verbis ſi praepoſueris verba τοῖς μὲν, aut talia quaedam, iuſtus prodibit tetrameter trochaicus brachycatalectus.

b *Homerica* verba habes in Odyſſ. ξ'. *vs.* 80 ſq. *Mox*, quod ait ὥς φησιν Ἀνδροτίων, neſcio an in τῷ Γεωργικῷ de ea re diſſeruerit *Androtion*, quod opus nominatur a Noſtro, III. 82. c. Ad editam ante nos ſcripturam, τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν ἑκατὸν ἁρεμμάτων, recte monuit CASAUBONUS: »Dele τὸ ἑκατόν: nam ex Euſtathio & »Epitoma, ſupereſſe eam vocem, conſtat planiſſime. Id ut »non eſſet, coecus ſit qui hoc non videat. De veteri illa »lege ſatis in ſuperioribus libris.« — Confer Noſtrum, I. 9. d. Quod ἑκατὸν habent editi, id derivatum erat levi adhibitâ mutatione ex ms. *A.* in quo eſt ἑκατῶν, vox temere & per incogitantiam librarii repetita e proxime praecedentibus ἕνεκα τῶν. — Pergit Animadverſor: »Quod »autem addit, διὸ τὰ ἤδη τέλεια ἤσθιον, verum eſt, & in »genere de omnibus acceptum, & privatim ad *Homerici* »*verſus* interpretationem relatum. Nam facit Homerus
c »*Ulyſſis famulos edere χοίρους*, id eſt, *porcos τελείους*. Sic »enim accipiendum Athenaeus docet, & ex eo reperit »Euſtathius. Mali critici ſunt qui ſequentia poëtae verba »inutiliter hoc loco inſerta pronunciant. Euſtathius ex »iſto loco: οἱ ἀμφὶ τὸν Εὔμαιον οὐ σιάλους, ἀλλὰ συ»δια ἤσθιον. Neque aliter antiqua exemplaria omnia.« — Verba iſta, ἀτὰρ σιάλους γε &c. quae hîc denuo repetuntur, delenda cenſuerat DALECAMPIUS, ut ſupervacua. Fortaſſe turbaverat nonnihil hunc interpretem, quod parum conſentire ei viſum fuerit, veterem legem quam de *ovibus* invaluiſſe *Androtion* aiebat, confirmari *Homeri* teſtimonio, quo de *ſuibus* agitur. Nempe non meminerat,

πρόβατον Graecis non modo *ovem* dici, ſed πάντα τὰ c
βοσκήματα, *omne pecorum genus*. Quare, licet πρόβατον ἄπεκτον nonniſi fere de *ove* aut *agno* accipi poſſit, tamen quod adiicit Androtion ἢ ἄτοκον, id perinde etiam ad *porcinum pecus* referri poterat. Quod autem in proxima animadverſione CASAUBONUS ait: » Homerum *Ulyſſis famulos* » *edentes facere* χοίρους, id eſt, *porcos* τελείους: « id imprudenti neſcio quo pacto excidiſſe videtur. Sane perſpicue Deipnoſophiſta paulo ante docuerat, χοίρους apud Homerum non *porcos* τελείους intelligendos eſſe, ſed *molles etiamnum & humoris plenos*. Neque aliter EUSTATHIUS accepit, cuius haec ſunt verba: ad Odyſſ. ξ'. pag. 532 extr. Ἀποφαίνεται δὲ (ὁ δειπνοσοφιστὴς) καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων λόγων τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ Γραμματικοῦ δηλαδὴ, σαφὲς εἶναι τὸ τὰ μὲν χοίρεα, ὡς εὐτελῆ ἐσθίεσθαι τοῖς δούλοις, τοὺς δὲ σιάλους τοῖς μνηστῆρσιν, ὡς καὶ τελείους καὶ εὐτραφεστέρους διὰ τὸ σιτεύεσθαι.

καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν οὐ θύειν ἀμνὴν, οὐδὲ τυροῦ γεύεσθαι. » Vocem ἔθος, quae abeſt ab editis, »ex Euſtathio & Excerptis ſupplemus. Et addit eruditiſſi»mus Euſtathius, καὶ ὅρα ἀμνήν: admonens nos, minus »eam vocem eſſe uſitatam. Sic autem appellari *agnum an*»*niculum*, auctor idem alibi. [ad Od. ι'. 352, 15.] Sed »quod addit Deipnoſophiſta, *Atticam ſacerdotem Minervae* »τυροῦ οὐ γεύεσθαι, *caſeo abſtinere*, ſi ut verba ſonant ac»cipias, falſum eſt. Strabo libro IX. [pag. 394 extr. & »ſq.] de Salamine loquens, Attici litoris inſulâ: Τινὲς δὲ, »ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ »τοῦ μὲν ἐπιχωρίου μὴ ἅπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προσφέ»ρεσθαι, χρῆσθαι δὲ καὶ τῷ Σαλαμινίῳ· ξένην, φασὶ, τῆς »Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα. οὐκ εὖ· καὶ γὰρ τὸν ἀπὸ τῶν ἀλ»λων νήσων τῶν ὁμολογουμένως τῇ Ἀττικῇ προσχώρων »προσφέρεται, ξενικὸν πάντα τὸν διαπόντιον νομισάντων »τῶν ἀρξάντων τοῦ ἔθους τούτου. *Non* igitur *in totum caſeo* »*abſtinuit Minervae ſacerdos*, ſed tantum *recente, qui qui*»*dem in Attica preſſus fuiſſet.* « CASAUBONUS. — Vocabulum ἔθος, quod ex Epitomâ adiectum habet Euſtathius, (ad Od. ξ'. pag. 533. l. 2.) ſuo iudicio adiicere potuerat Breviator, perſpicuitati conſulturus: nam & alio orationis colore uſus eſt, ſcribens, ἦν δὲ καὶ ἔθος τὴν τῆς Ἀθηνᾶς &c. Caeterum in ſuo codice Epitomae utique ἀμνὴν (quemadmodum hìc & in edd. & in ms. *A*. legi-

tur) reperiſſe idem Euſtathius videtur: quia expreſſe adiicit, Ἔνθα ὅρα τὸ ἀμνήν· ἧς ἀρσενικὸν ὁ ἀμνός. Quod vero noſter ms. *Ep.* perſpicue exaratum exhibet, ἀμνεῖον, ne id quidem male haberet, ſi modo levi mutatione aut ἀμνειὸν acute, aut ἄμνιον antepenacute ſcriptum eſſet. Vide Etymolog. M. p. 84. l. 37. & p. 146. l. 24 ſqq.

συναγαγεῖν βουλομένους. Praetuli hoc quod dedit ms. *Epit.* licet ad editam ante nos ſcripturam συνάγειν nihil varietatis enotatum ſit ex ms. *A.* HIPPONACTIS verſus, qui ſequitur, quum unâ abundet ſyllabâ, praeſens eſſe remedium putavit Gallicus interpres, ſi particula τε poſt Ἐν στονδῇ abiiceretur: non videns, ſecundum ſenarii pedem ſic prodire ſpondeum.

d Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικῷ &c. »καὶ Σοφοκλῆς »ἐπὶ Ταιναρίοις τοιγαριῶδη φύλαξαι χοῖρος ὥς τε δεσμίων. »De tragoedia *SOPHOCLIS*, quae hic nominatur, dixi»mus libro ſeptimo. [Vide Animadv. Vol. IV. pag. 33.] »Poëtae verba ſic poſſunt concipi:

»— Τοιγαροῦν
»ἔδει φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

»Poſtrema ſane quin ita debeant emendari, ex ipſo Athe»naeo dubitare non poſſumus. Generis enim foeminei »uſurpationem ſolum probare voluit. « CASAUBONUS. — Confer TOUPII Epiſt. Crit. p. 102. & BRUNCKII Fragm. Sophocl. pag. 14. Gallicus interpres, alterum tenens verſum, prioris fragmentum tale ſtatuit, Τοιγὰρ ἀγμίαν.

»Sequitur ex *PTOLEMAEI Regis Commentariis*: Εἰς Ἄσ»σον ἐπιδημήσαντί μοι οἱ Ἄσσιοι παρέστησαν χοῖρον »νεῖον ἔχοντα, τὸ μὲν ὕψος δύο καὶ ἡμίσους πήχεων· ὅλον »δ' ἄρτιον πρὸς τὸ μῆκος, τῇ χροιᾷ χιόνινον. Non clam me »eſt, quomodo viri doctiſſimi expoſuerint χοῖρον νεῖον ἔχον»τα. « [Scilicet, *porcum iuvenem* interpretatus erat DALECAMP. quaſi legiſſet χοίρου νεῖον, ἔχοντα τὸ μὲν &c.] »Sed non adducar unquam ut exiſtimem, eruditiſſimum re»gem appellare voluiſſe, in ſoluta praeſertim oratione, *por»cellum*, νεῖον χοίρου. Lego vero, mutatâ diſtinctione, πα»ρέστησαν χοίρου νὸς aut ὕιον, vel ſimpliciter χοῖρον: nam »in Excerptis non comparet vox νεῖον, neque alia ulla eius »loco. In iisdem eſt χιόνιον, non χιόνινον. « CASAUBONUS. — Abieci, praeeunte Epitomâ, corruptum nomen: quod ex duplici ſcripturâ, quae olim hic ferebatur, χαῖρον & ὖν, temere iunctâ ortum traxiſſe videtur.

Si tamen aliud aliquod ſimile nomen loco illius poſitum d
ab auctore ſtatuendum ſit, fuerit illud (puto) ὕειον. Quod
quamvis mirum videri poſſit, quaſi quis latine diceret *porcum ſuillum*; eo fortaſſe pertinuerit adiectivum ὕειον, ne
quis iſtam Ptolemaei narrationem legens natione Aegyptius, de χοίρῳ *piſce Nilotico* (qui inter primos nominatur apud Noſtrum, VII. 312. a.) cogitaret; cum praeſertim impurum animal apud Aegyptios haberetur *porcus quadrupes*, & nonniſi rariſſime ab eis comederetur,
ut docet Herodotus, II. 47. Nam longius abire, ac vel
σίαλον vel σιτευτὸν corrigere, quod in mentem olim nobis venerat, non placet. Non χιόνιον, ſed χιόνινον habet
noſter ms. *Ep.* ſicut edd. & ms. *A*.

Αἰσχύλος δὲ φησίν· Ἐγὼ δὲ &c. »Subiunguntur ex *Aeschylo* verſus tres: quorum duo priores ſcribuntur in
»antiquis varie:

»Ἐγὼ δὲ χοῖρον καὶ μάλ' εὐθηλούμενον e
»τόνδ' ἐν νοθοῦντι κριβάνῳ ϑήσω. —

»In aliis ἐνθηλούμενον. Nec peccaverit fortaſſe qui εὐθη»λήμονα, ut in illo veteris poëtae apud Suidam: [in Εὐθη»λημ.] Ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον. In»venimus etiam in optimis codicibus, ὀνθυλούμενον: quod
»non eſt abſurdum, ſi leviter emendetur. Nam ὠνθυλευ»μένον fuerit ſcribendum, ut in aliis horum librorum non
»paucis locis. Vide lib. I. cap. IV. [ad I. 4. b.] Vix pu»tem, ὀνθυλοῦν dixiſſe Aeſchylum pro ὀνθυλεύειν: quod
»tamen ſi admittimus, νοθοῦντα κρίβανον tueri licet ſe»quente verſu, & interpretari *falſum furnum*: vas teſta»ceum, quo inverſo uſus erat loco furni, ſic videtur ap»pellare. νοθόω ſive νοθέω, nove pro νοθεύω. Sed vocem
»hanc pro depravata habuit auctor Epitomae, cum cae»tera deſcriberet. Antiquam veteris codicis manum aſſe»qui hîc non ſumus quiti. « Casaub. — Verbum εὐθηλούμενον non ſolicitari debuiſſe docuit Toup, in Curis Noviſſ.
pag. 205 ſq. Confer quae ſupra notavimus ad VII. 288. a.
Quas pro codicum msstorum varietatibus citavit Caſaubonus, eae ſunt doctorum virorum coniecturae: editam
ſcripturam tuentur ambo noſtri codices mssti, tenentque
alii Pariſienſes libri, teſte Villebrunio. Pro corrupto νοθοῦντι (quod tenet ms. *A*. omiſit autem Breviator) recepi eiusdem Toupii emendationem, γναθοῦντι, *in crepitantem furnum*; nempe, ut *crepitare* dicimus *ignem*: a γνά-

e θος, *maxilla*, proprie *crepitare dentibus*. Cui emendationi insignem veri speciem vir doctus conciliavit ex eiusdem Aeschyli Choëph. 323. ibique Schol. tum ex Prometh. 368. & ex Homeri Camino, vs. 13. T. V. Opp. edit. Ernest. p. 122. In testu *calente ponam* interpretatus erat DALEC. cum NATALI, qui *in calentem furnum*; quasi τὸν δ' ἐν αἴθοντι κριβ. legissent, ut Graece vertit PURSANUS: quod percommodum foret, si ferret metri ratio. De vocab. βέλτιον (*vers.* 3.) monuit FIORILLO, Observat. in Athen. pag. 38. ex Aeschyli usu mutandum in βέλτερον videri.

καὶ πάλιν· Λευκός; &c. Qui sequuntur duo alii eiusdem *AESCHYLI versus*; sic veluti prosâ oratione scripti vulgo legebantur: Λευκός· τί δ' οὐχί (in ed. Ven. & Bas. etiam post Λευκὸς nulla distinctio) καὶ καλῶς ἠφευμένος ὁ χοῖρος ἕψου, μηδὲ λυπηθεὶς τυρί. Dein monuit CASAUBONUS: »Duos versiculos sine controversiâ debes ita »concipere:

»Λευκός. τί δ' οὐχί; καὶ καλῶς ἠφευμένος
»ὁ χοῖρος. ἕψου μηδὲ λυπηθῇς (aut λυπηθείης) τυρί.
»Errant magnopere qui offensi voce probâ ἠφευμένος, »nihili verbum ἠφειμένος, eo quidem sensu quem affe»runt, scribi voluere.« [ἀφειμένος voluerat Dalec. eamque vocem significare ait *adolescentem qui pubertatem excessit.*] »Notissima Graecis vocabula, εὐειν & ἀφεύειν, pro »*igne torrere.*« — Ἀφεύειν, i. e. ἅπτειν, ἐμπυροῦν, καίειν: *adurere*, & praesertim *pilos adurere*, quod fit *porcello mactato.* Vide Aristoph. Thesmoph. vs. 216. & 236 sq. ed. Brunck. *Posteriori versu*, uterque codex mstus λυπηθῇς habet. Pro ἕψου, malis ἕψε cum CORAYO in *Notis mssis*: ubi simul & usum verbi ἠφευμένος de porcello *cui deustulatae sunt setae* ex Aristophane observavit vir doctissimus, & hanc Adnotationem adiecit: »Quod sequi»tur μηδὲ λυπηθῇς (ex emend. Casaub.) declarandum est »ex Neograecorum linguâ, *ne parce*: ideo & ἀλύπητα »adverbium ipsis usurpatur saepe loco ac sensu τοῦ ἀφει»δῶς.« —

»Est & hic eiusdem Tragici versus, de *sue maleficâ*:
»δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω κάτω.
»Adverbium τύρβα non memini equidem legere alibi: »Graecum tamen & δόκιμον videtur, eâdem analogiâ qua »κρύβδα & μύγδα formantur.« CASAUBONUS. — Τύρβα

idem valet ac σύρβα, quod Hesychius interpretatur μετὰ δορύβου. Confer Toupii Emend. in Suid. P. III. p. 504.

AD CAP. XVIII.

Περὶ δὲ ὑῶν, ὅτι ἱερόν ἐστι τὸ ζῶον &c. » Narrant do- f
» cti convivae, *suem apud Cretenses habitum esse animal sa-*
» *crum, & illorum ritibus religiose cultum fuisse.* Ridiculae
» adeo superstitionis caussam ex antiquo scriptore *Aga-*
» *thocle Babylonio* afferunt hanc. Μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ
» γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης, ἐν ᾗ καὶ
» ἀπόῤῥητος γίνεται θυσία. λέγεται γὰρ, ὡς ἄρα θηλὴν a
» ὑπέσχεν ὗς· καὶ τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ περιοιχνεῦσα
» τὸν κνυζηθμὸν τοῦ βρέφους ἀνεπαίστον τοῖς παροῦσιν
» ἐτίθει. διὸ πάντες τὸ ζῶον τοῦτο περίσεπτον ἡγοῦνται·
» καὶ ὑὸς φησιν τῶν κρεῶν οὐ δαίσαιντο. *Iovem in Creta*
» *natum fabulantur in monte Dicta, ubi etiam arcana quaedam*
» *sacra agitantur. Aiunt enim, suem illi fugendam mammam*
» *praebuisse: & circumcursantem grunnitu suo impedisse, ne il-*
» *lius vagitus posset intelligi. Ideo omnes animal hoc summa*
» *veneratione dignum censent: neque eorum quemquam addu-*
» *xeris ut suillâ vescatur.* Male editum vulgo περιχνεῦσα,
» [immo περιϊχνεῦσα scribebatur in edd.] pro περιοιχ-
» νεῦσα. Ita legunt Excerptor & Eustathius. Ionica vox
» est; qua dialecto plurimum usus Agathocles, ut ex reli-
» quiis apparet. Scripti quidam περιηχεῦσα: quod minus
» placet. Scripsimus etiam ex iisdem κνυζηθμὸν, non ut
» vulgo κνυζισμόν. Observa damnatam locutionem non-
» nullis veterum Criticorum, τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ, pro ᾧ:
» de unica enim sue loquitur, non de pluribus. Notatus
» hoc nomine Apollonius Rhodius non semel ab antiquo
» interprete, magnae doctrinae viro; ut libro III. ad ista,
» [vs. 186.] τόνδ' ἀπαμείβομεν [ἀπαμείρομεν] σφέτερον
» κτέρας: Οὐκ ὀρθῶς, ait, τὸ σφέτερον. ἔστι γὰρ τρίτον
» πρόσωπον πληθυντικόν· καὶ ἁμαρτάνει. Sic & alibi sae-
» pius. Sed hunc quoque canonem Grammaticorum opti-
» mi auctores interdum migrarunt. Polybius in quinta Hi-
» storia, [cap. 2.] ὁ βασιλεὺς ὥθροιζε τάς τε τῶν Ἀχαιῶν
» νῆας, καὶ τὰς σφετέρας. Sic alibi σφέτερος simpliciter pro
» ἴδιος usurpatum invenias. Praeterea scribit Eustathius
» τοῖς παριοῦσι, non παροῦσι. « Casaubonus. — Cum nude ὡς ἄρα θηλὴν ὑπ. editum esset, vocabulum

a Δι᾽ commodo loco inſertum nobis dedit uterque codex mſtus. Uſum pronominis σφέτερος de tertia perſona ſingulari, contra Apollonii Scholiaſten, citatis plurium probatiſſimorum auctorum teſtimoniis vindicavit Hoelzlinus ad Apollon. l. c. Alia exempla e Polybio collecta a nobis ſunt in Lexico Polybiano. Pro γρυσμῷ, γρυλλισμῷ maluerat *Paulus* LEOPARDUS Emendat. lib. XVII. cap. 1. ſed tenere debuimus nos conſentientem librorum ſcripturam, de qua diſerte etiam Euſtathius (loco mox citando) monuit: καὶ ὅρα (inquit) ὅτι παρώνυμόν ἐστι τοῦ γρύζειν ὁ γρυσμὸς, ἐπὶ τελείου συὸς, ὡς τοῦ γρυλλίζειν ὁ γρυλλισμός. Deinde vitio nimis manifeſto περιῖχενῦσα ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. pro quo in ed. Caſ. eſt (ſic) περιἰχνεῦσα, eodemque modo ſcribitur in cod. *A.* (quod ſimpliciter in περιιχνεύουσα mutandum cenſuit CORAY, in Notis mſstis.) Sed περιοιχνεῦσα habet noſter ms. *Ep.* quemadmodum in codice Hoeſcheliano reperit Caſaubonus: atque ita ſcribitur apud Euſtathium ad Iliad. ι'. pag. 773. edit. Roman. teſte Henr. Stephano in Theſ. Gr. Ling. T. II. pag. 284. b. & pag. 1258. f. (nobis enim illa editio non ad manus eſt:) quod in περιοιχνοῦσα mutandum idem Stephanus monuit; id eſt, *circumiens*, *circumcurſitans*: quâ notione nos Ionicam formam περιοιχνέουσα praeferendam cenſuimus. In Baſileenſi vero editione Euſtathii pag. 681. l. 37 ſq. περιηχοῦσα legitur ex male ſedula Editoris emendatione; quod & Leopardo placuerat, qui Ionicâ formâ περιηχέουσα legendum cenſuit. Pro κινζισμὸν (quod habet ms. *A.* cum ed. Caſ.) peius etiam κνυζυσμὸν legitur in ed. Ven. & Baſ. Recte vero κνυζηθμὸν ms. *Ep.* cum Euſtathio, e quo corrigendos Athenaei libros ante Caſaubonum monuerat H. Stephanus, Theſ. II. 284. b. In Baſileenſi tamen editione Euſtathii mendoſe κνηζηθμὸν ſcribitur. Conf. Koen ad Gregor. de Dialectis pag. 245 ſq. & Fiorillo Obſerv. in Athenaeum pag. 54. Porro commodum eſt quidem παριοῦσιν, quod habet idem Euſtathius: ſed nec ſpernenda edita apud Athenaeum ſcriptura παροῦσιν, quam tuetur uterque mſtus codex. Poſtrema verba, καὶ οὐ, φησὶ, τῶν κρεῶν δαίσαιντο, deſunt *Epit.* In ed. Ven. & Baſ. ſic legebatur καὶ οὕς φησιν τῶν κρεῶν δαίσαντο: ubi οὕς φησιν in οὐ σφίσιν mutandum LEOPARDUS cenſuerat. CASAUBONUS ſuo iudicio tacite ὑὸς φησιν corrigens,

dein particulam negantem οὐ poſt κρεῶν coactus fuit ad-a iicere. Nobis ſimplicius viſum erat, οὐ φησὶ corrigere; ſed fortaſſe οὐκ ἂν aliquis mallet, ut ἂν ad verbum δαίσαιντο referretur: nam quod δαίσαιντο in modo potentiali pro δαίσαντο ab eodem Caſaub. editum eſt, id e codicibus msstis hauſiſſe ille videtur: noſter quidem ms. *A.* (ni prorſus fallor) id ipſum tenet. Et ſic nunc maxime video a CORAYO etiam noſtro adnotatum: »Malim, οὐκ »ἂν δαίσαιντο, vel οὐ δαίσαιντ' ἄν.«

Πραίσιοι δὲ καὶ ἱερὰ ῥέζουσιν ὗΐ, καὶ αὕτη προτελὴς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται. Habes apud Stephanum Byz. Πραῖσος, πόλις Κρήτης. τὸ ἐθνικὸν, Πραίσιος. In αὕτη nil mutant libri, & perſpicue ſic ſcriptum video in *Epit.* Vix tamen dubito, quin αὕτη oportuerit: ſtructura enim verborum ſic concipienda, καὶ αὕτη ἡ θυσία νενόμισται αὐτοῖς προτελής. De proximâ dictione monuit CASAUBONUS: »Appellat προτελῆ θυσίαν *hoſtiam praecidaneam*, »quae ante alias caedebatur. Erant enim aliae praecida»neae, (ſive praecidariae,) aliae ſuccidaneae. Legimus & »in Romanis ritibus *porcam praecidaneam.* Sed aliud eſt »θυσία προτελὴς ὑός *Praeſiorum* in Creta, de qua loquitur »hîc Athenaeus: aliud *praecidanea porca*, quae deſcribitur »in Feſti reliquiis. Simillime apud Graecos προτελὴς θυ»σία diverſe accipitur: interdum ea notione quam expreſ»ſimus: interdum *peculiare ſacrificii genus* eſt, *quod ante nu»ptias faciebant:* unde eſt, προτέλεια ζεύειν, & προτελὴς »ἑορτή.« Sic ille, conſentientibus veteribus Grammaticis: apud quorum nullum quidem reperitur adiectivum nomen προτελής: ſed, Προτέλεια, τῶν γάμων θυσία καὶ ἑορτή. τέλος γὰρ, ὁ γάμος, Heſychius, aliique quos laudavit doctus Heſychii editor. Vide vero inſtar omnium, quae larga manu congeſſit RUHNKENIUS ad Timaei Lexic. Platon. pag. 224 ſq.

Νεάνθης ὁ Κυζικηνός. »Hic eſt *NEANTHES*, quem in ex»plicandis veterum ſuperſtitionum ritibus Clemens Alex»andrinus aliique laudant. Harpocrationis in Ἄττις ver»ba ſunt: τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκεν ὁ Ἄνθης. μυστι»κὸς δὲ ὁ λόγος. Scribendum, δεδήλωκε Νεάνθης.« CA-SAUBONUS.

Πεταλίδων συῶν μνημονεύει &c. Sic recte ed. Ven. & Baſ. cum utroque cod. msto; non Τῶν Πεταλίδ. ut eſt in ed. Caſ. Caeterum ad iſtum locum haec adnotavit CA-

SAUBONUS: »*Adultas porcas & iam grandiores*, πεταλίδας »Graeci vocabant: ſicut teſtimonio *ACHAEI* poëtae probat »Dipnoſophiſta.« [At non vulgo a Graecis ſic nominatas ait, ſed privatim ab *Achaeo.*] »Proprie non ſuibus ea »appellatio convenit, ſed vitulis aut bobus qui *patentia* »*cornua* habent: hos enim Graeci πετάλους ſive πετήλους, b »Latini *patales* dixerunt. Ait, Πεταλίδας δὲ τὰς σῦς εἰρη»κεν *Achaeus*, μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων. οὗτοι γὰρ πέ»ταλοι λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέ»ταλα ἔχωσιν. In Excerptis non πέταλοι ſcriptum, ſed »πέτηλοι.« [Sic & in utroque noſtro msto.] »Ita et»iam Heſychius: Πεταλίδων ὑῶν. μετήχθη ἀπὸ τῶν μό»σχων. πέτηλοι γὰρ οὗτοι λέγονται. Non dubito, & Athe»naeum & Heſychium ab eodem auctore, vetere nimi»rum Achaei interprete, haec ſumſiſſe, & uſum pro ſuis. »Atque hoc eo notavi, ut alterum eiusdem Gloſſographi »locum emendarem, qui doctiſſimis viris fraudi fuit. Ait »enim, Βοῦς πετηνὸς, ὁ ἀναπεπταμένα τὰ κέρατα ἔχων. »Scribendum, πετηλός. Quemadmodum autem *patalium* »boum appellatio ad ſues translata eſt, ſic & *larinorum* »boum: his enim, non illis, primum tributum eſt hoc »nomen. *ERATOSTHENES* tamen, ut hic obſervatur, τοὺς »σύας λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς »ἀπὸ τῶν λαρινῶν βοῶν· οἳ οὕτως ἐκλήθησαν ἀπὸ τοῦ λα»ρινέσθαι, ὅπερ ἐστὶ σιτίζεσθαι. Σώφρων, βόες δὲ λαρι»νεύονται. Graecis λαρὸν & λαρινὸν dicitur τὸ ἡδὺ, *quod* »*placet* & *gratum* eſt. Inde λαρινεύειν dictum: quod non »ſimpliciter σιτίζεσθαι ſignificat, ut Athenaeus interpreta»tur; ſed *habere molliter & delicate.* Epirotici boves *larini* »dicti, quos ad victimas impinguabant, ut docet Varro »libro ſecundo de Re Ruſtica. At valentes boves, qui fa»cile proſcindunt glebas, non λαρινοὺς, ſed καμινους vo»cabant. Heſychius: Καμινους, εὐτλεύρους βόας, ἰσχυροὺς »καὶ εὐϊσχίους. Latinis *glebarii.*« — Confer Suidam in Λα»ρινοὶ βόες.

AD CAP. XIX.

c Εἰσαχθέντος δὲ ἡμῖν ποτε καὶ δελφ. Eodem modo particula ποτὲ ſupra poſita, pag. 372. b. Vide quae infra notamus, ad pag. 395. f. *Paullo poſt*, pro ἐ↓ημένον, quod erat in editis libris, recte ἡ↓ημένον dedere ambo

codd. mssti. CASAUBONI est ad hunc locum Animadver- c
sio haec: »Elegans fuit illius *coqui artificium*, qui Dipno-
»sophistarum mensae *porcellum* intulit, *ab altera parte* ὀπτα-
»λέον καὶ κραμβαλέον, *assatum & probe tostum; ab altera*
»*vero* ὡς ἂν ἐξ ὕδατος ἑφθέντον τακερῶς, id est, *iurulen-*
»*tum, utpote in aqua coctum*: tot hisce verbis nihil aliud si-
»gnificatur, nisi quod unâ dictione paullo post [lit. d.]
»dicitur, ἑφθόν. Accedebat aliud subtile commentum, quod
»erat ἄσφακτος hic porcellus, ut loquitur coquus, [p.
»381. a.] neque ullum exhibebat vestigium lethalis sui
»vulneris, aut ullius apertionis; cum tamen non solum
»exenteratus, verum etiam impensa multa farctus & op-
»pietus esset. Quod ad farcturam attinet, similem habes
»narrationem libri quarti initio, sed sine ulla subtilitate:
»de isto autem fuse paullo post [pag. 381.] idem qui pa-
»raverat coquus.«

ἢ πῶς αὐτοῦ ἡ γαστὴρ πεπλ. Sic mssti ambo. Mutata verborum serie edebatur, ἢ πῶς ἡ γαστὴρ αὐτοῦ πεπλ. *Ibid.* ὑπογαστρίων τε μέρη χοιρείων. Monuerat CASAUBONUS: »Lege χοιρείων. Sic melius libri; non χοίρων.
»Videntur autem petita haec ex aliquo poëta: nam inte-
»gros aliquot senarios hic facile deprehendas.« — Et habent utique haec, & quae continuo sequuntur, poëticum aliquem colorem: attamen senarios inde extundere haud ita facile fuerit. χοιρείων non in aliis quidem codicibus, praeter hos qui Epitomen continent, reperitur: haud dubie vero praeferri haec scriptura alteri debuit.

τῶν ᾠῶν τὰ χρυσᾶ. »Sic *vitelli ovorum* nominantur cum d
»hic, tum intra [pag. 406. a.] in descriptione patinae
»rhoduntiae.« CASAUB. — *Ibid.* ἔτι δὲ ὀρνίθων γαστέρας. Sic recte ms. *Ep.* non γαστέρες, quod erat in edd. ac nescio an & in ms. *A.* Quae inde sequuntur quatuor verba, καὶ καλῶν ζωμῶν πλεας, desunt Epitomae. πλέας vero ex coniectura correxi, pro πλέες quod erat editum, ubi ex ms. *A.* nihil adnotatum.

»Inter caetera quae dicuntur in porcelli ventrem con-
»dita, nominantur & τὰ ἐκ τῶν σαρκῶν [commodius ἐκ
»σαρκῶν, absque articulo] εἰς λεπτὰ κατακνιζόμενα (ma-
»lim κατακνιζομένων)« [at, sic abundaret sequens par-
»ticula copulativa,] καὶ μετὰ πεπερίδων συμπλαττόμενα.
»Tot Graecis dictionibus περιφράζει *Leonides* sive Athe-
»naeus, quae uno verbo Romani appellabant *isicia*. Qua-

d »re additur, ἰσίκια γὰρ ὀνομάζειν αἰδοῦμαι τὸν Οὐλπια-»νόν· vel, ut alii libri διὰ τὸν Οὐλπιανόν. Romanam esse »vocem constat ex Arnobio, Apicio, & Macrobio lib. VII. »c. 8. Alexander Aphrodiseus, unde illam disputationem »mutuatus videtur Macrobius, ἰσικον nominat, Problema-»te XXII. libri primi.« CASAUB. — Casaubonus, *Leonidae* sermonem hunc tribuens, Leonidam illum Eleum dixit Grammaticum, quem in Deipnosophistarum numero recensuit Auctor noster in introitu operis, p. 1. c. Cui Leonidae tribuuntur quidem partes dicendi haud procul ab initio huius noni libri, in quo versamur, pag. 367. d. At mox deinde suo nomine loqui pergit Athenaeus ipse, inde a pag. 368. f. (coll. pag. 369. a.) quamquam paulo post rursus alium subinde atque alium nominat e convivis loquendi vices excipientem; veluti *Larensium* convivatorem & *Ulpianum*, pag. 372. d. *Myrtilum*, pag. 373. a. tum rursus *Larensium*, pag. 381. f. rursus *Myrtilum*, pag. 384. d. *Palamedem*, pag. 397. a. ut alios omittam. Verum hoc loco *coquus* est, qui loquens inducitur. vide Animadversionem proxime sequentem. Quod vero ait doctus Animadversor, *in aliis libris* διὰ τὸν Οὐλπιανὸν *legi:* non est illa veteris cuiuspiam libri lectio, sed docti alicuius viri coniectura, ad oram codicis nescio cuius (sive scripti, sive, ut equidem suspicor, impressi) adnotata. Nostri quidem ambo codices mssti praepositionem hic ignorant, recte quidem.

πλὴν ὁ ἐμός γε συγγραφεὺς Πάξαμος τῶν ἰσικίων μέμνηται. »PAXAMUS, quem dicit *Leonida isiciorum* fe»cisse mentionem, is est quem *De Paratu Ciborum*, de»que *Agriculturâ* & *Tinctura arte* scripsisse testatur Sui»das: quemque etiam in Graecorum commentariis de Re »Rustica laudatum offendimus.« CASAUBONUS. — De PAXAMO quae supersunt veterum testimonia, oppido quidem illa pauca, collegit NEEDHAM in Prolegomenis ad Geoponicos, pag. 65 sq. edit. Niclas. Quibus testimoniis adiici illud poterat, quod est apud Simplicium in Comment. in Epicteti Enchirid. pag. 428. nostrae edit. ubi tamen non Πάξαμος, sed Παξάμων nominatur, librariorum fortasse culpâ; qui terminationem huius nominis temere similem facientes terminationi nominis praecedentis, sic scripsere: οὐδὲ γὰρ πρὸς Θεωρίωνας καὶ Παξάμωνας ἡμᾶς ἡ φύσις ᾠκείωσε, καὶ τὴν μαγειρικὴν κακοτεχνίαν, ἀλλὰ

πρὸς τροφήν. Ubi, quoniam in hoc ſumus, alterum etiam d nomen corrigamus, in media voce corruptum, & Θεαρίωνας legamus, intelligamusque illum operis piſtorii artificem *Thearionem*, Platoni philoſopho & Ariſtophani atque Antiphani comicis commemoratum, de quo vide Athenaeum noſtrum lib. III. cap. 78. huius editionis. Sed ad *Paxamum* redeamus: cuius de patriâ quum ſileant alii ſcriptores; ſi verum eſſet id quod Caſaubonus ſtatuit, *Leonidam* (de quo vide paulo ante notata) haec dicentem induci ab Athenaeo; conjecturam ex praeſcriptis verbis facere liceret, genere *Eleum* fuiſſe iſtum artis coquinariae magiſtrum: ſcilicet ut Eleum Leonidam, de *Paxamo* loquentem, pari ratione ὁ ἐμὸς dixiſſe ſtatueremus, qua Aemilianus Maurus, de Iuba Mauritaniae rege loquens, ὁ ἐμὸς Ἰόβας dixit, VI. 229. c. id eſt, *popularis meus Iuba.* At, non nude ὁ ἐμὸς Πάξαμος dicit is qui hîc loquitur, ſed ὁ ἐμὸς συγγραφεὺς Πάξαμος, *meus ſcriptor Paxamus*: id eſt, *ſcriptor quem prae caeteris ego colo & lectito*, nempe *ut qui de arte quam profiteor* (*artem coquinariam dico*) *eximie ſcripſerit.* Eſt enim, verum ſi quaerimus, is qui hîc loquens ab Athenaeo inducitur, non Leonidas Eleus Grammaticus, nec alius e convivarum numero, ſed *coquus* arte ſuâ ſuperbiens, quemadmodum proxime ante ipſa iſta verba, de quibus quaerimus, perſpicue docuit auctor noſter. Idemque coquus verba facere pergit usque ad pag. 380. c. moxque rurſus incipit pag. 380. f. usque pag. 381. e.

Poſt verba ἐφθὸς δὲ κατὰ θάτερα Epitomator, priusquam e poëtarum, quae ſequuntur, eclogas adponeret, inſeruit ea quae in pleniore opere inferius leguntur, pag. 380. c. & pag. 381. a. quae ſic ille concinnavit: Ἀπορούντων δὲ πάντων καὶ λιπαρούντων δεικνύειν τὴν σοφίαν, ἔφη· Ὁ μὲν χοῖρος ἐσφάγη &c.

AD CAP. XX.

In *Posidippi* ecloga, *verſ.* 3. imperite ἀλλειν ſcribitur in ms. *A.* indeque ἄλλειν in ed. Ven. & Baſ. quod tacite correxit Casaubonus, λαλεῖν auctori reſtituens. Eclogae illius initium negligens Breviator, ſic incipit: Ὅτι μάγειρός τις παρὰ Ποσειδίππῳ ἄλλα τε ἀστεῖα ἔφη, καὶ δὴ καὶ ταῦτα· Ὅς τις ἂν θώρακ' ἔχῃ &c.

Verſ. 6. » Poſtquam dixiſſet culinariae rei doctor, *opti-* f

f » *mum artis coquinariae condimentum* esse τὴν ἀλαζονείαν, » hoc est, *si norit aliquis probe se venditare*; addit,

» — τὸ καθόλου δὲ τῶν τεχνῶν
» ὄψεις δ' ἔχοντι τοῦθ' ἡγούμενον.

» Lego, ut versum & sententiam expleam:

» ὄψει νόον γ' ἔχοντι τοῦθ' ἡγούμενον.

» Id est: *Non in nostra tantum arte, verum in omnibus, cer-* » *nas eos qui plurimum sapiunt, ostentatione ac iactantia plus* » *praestare quam ulla re alia.* « CASAUBONUS. — Cuius adoptavi emendationem, nec tamen spernens eam quam in Excerpt. pag. 815. adhibuit GROTIUS, cuius latinam versionem Graecis versibus subiecimus. Idem *Grotius* in superioribus versibus, praeeunte Dalecampio, orationem sic distinxit:

ὑπὲρ τέχνης λαλεῖν. τί τῶν ἡδυσμάτων
πάντων κράτιστόν ἐστιν ἐν μαγειρικῇ;
B. Ἀλαζονεία. τὸ καθόλου δὲ τῶν τεχνῶν
ὄψει τὸν εὖ ἔχοντα τοῦθ' ἡγούμενον.

τὸν εὖ ἔχοντα τοῦτο, nempe τὸ ἀλαζονεύειν. Ab editâ olim scripturâ, ὄψεις δ' ἔχοντι, nil discedit ms. *A.* quam scripturam tenens DALECAMPIUS, *si quis oculos habeat*, interpretatus erat.

Vers. 7 *sqq.* » Quid ἀλαζονείαν vocet, clare & sub exemplo docet. Ait:

» Ξεναγὸς, ὅς τις ἂν † θώρακ' ἔχῃ
» φολιδωτὸν ἢ δράκοντα σεσιδηρωμένον,
» ἐφάνη Βριάρεως. ἀνὴρ τύχῃ δ' ἐστὶν λαγώς.

» *Dux militum*, ait, [*mercenariorum*,] *si loricam gestaverit* » *squameam, & draconem in clypei ferrea lamina sculptum* » *habuerit, apparet Briareus: cum tamen fortasse sit lepus.* « CASAUBONUS. — Mirum vero est quo pacto hîc (in praescripta Animadv.) *septimus versus* scribatur, qui in isto contextu editionis Casaub. percommode sic scriptus erat,

Ξεναγὸς οὗτος ὅς τις ἂν θώρακ' ἔχῃ:

neque aliter in ed. Ven. & Bas. itemque in ms. *A.* cum quibus etiam consentit ms. *Ep.* nisi quod ab ipsis his verbis ὅς τις ἂν θώρακ' ἔχῃ eclogam incipiat. In contextu ed. Cas. 2. & 3. quidem in eodem versu, per operarum vitium, omissa est ἂν particula. Unde vero istae in Animadv. turbae ortae sint, haud equidem adsequor. Videntur autem illae GROTIO occasionem dedisse, ut, mutatis primoribus verbis, sic scriberet eumdem versum:

Οὕτως ξεναγὸς ὅς τις ἂν θώρακ' ἔχῃ: f

quâ novatione minime erat opus. Nos vulgatum tenentes, in latina verſione, pro eo quod Grotius poſuerat, *Sic & tribunus &c.* ſcripſimus, *En, hic tribunus.* δράκοντα σεσιδηρωμένον caute quidem, ſed ambigue, *draconem ferreum* reddidit Grotius. Caſaubonus de *dracone in clypei ferrea lamina ſculpto* accipit: quidni, *in ipſo thorace?* Nam, quod δράκοντες interdum etiam *armillae* dicuntur (ut in Luciani Amorib. cap. 41.) quae aliàs ὄφεις; aut *cruralia* quaedam ornamenta: (ut in Analectis Brunckii T. II. pag. 11. n. 21. & pag. 93. n. 5.) id ad mundum muliebrem pertinet; nec ad armati viri cultum, praeſertim eius qui fortis & terribilis vult videri, referri poſſe videtur. Vide Heſych. in Ὄφεις, & Pierſ. ad Moer. eâdem voce, & Iacobs Animadv. in Anthol. Vol. II. Part. I. pag. 29 ſq. Adnotavit quidem H. Stephanus, eâdem notione vocabulum δράκων etiam e Polybio adferri in nonnullis Lexicis: at apud illum ſcriptorem nihil tale me reperire memini.

Verſ. 10 *ſqq.* »Deinde arti ſuae hoc exemplum [modo »adlatum] applicat. Sic autem legendum:

»Ὁ μάγειρος ἐὰν μὲν ὑποδιακόνους ἔχων
»πρὸς τὸν ἰδιώτην καὶ μαθητὰς εἰσίῃ,
»κυμινοπρίστας πάντας, ἢ λιμοὺς, καλῶς· a
»ἕπτηξ' ἕκαστος εὐθύς. ἐὰν δ' ἀληθινὸν
»σαυτὸν παραβάλλῃς, καὶ προσεκδαρεὶς ἄπει.

»Senſus eſt: *Si coquus miniſtratum alicui veniat, habens fa-*»*mulos dicto ſibi audientes, & diſcipulos arti ſuae convenien-*»*ter moratos; tum ſilent omnes, & ne γρὺ quidem adverſus co-*»*qui voluntatem mutiunt.* (Hoc ſignificat, ἕπτηξ' ἕκαστος »εὐθύς.) *Sin verus coquus acceſſerit,* id eſt, ſine ulla pom-»pa & ſpecie inanium, *non ſolum contemnitur, ſed & fla-*»*gris ſaepe caeditur priusquam diſcedat.* Legebatur ἐπίτηξ' »ἕκαστος: « [ſic quidem ms. *A.* cum editis: peius vero etiam ms. *Ep.* ἔπειτ' ἦξεν] »quod leviculum mendum quam »artas tenebras huic toti loco intulerit, ſcient qui noſtram »interpretationem cum interpretis ſomniis « [quae nil adtinet hîc commemorare] »contulerint. πτήσσειν autem »id eſt quod dicimus: item ἀληθινὸς, is quem expreſſi-»mus: non enim ita accipere debemus, ut cum paullo »poſt Soſipater [pag. 378. a.] cocum ἀληθινὸν appellat, »τὸν ἐκ παιδὸς ὀρθῶς εἰς τὸ πρᾶγμ' εἰσηγμένον. *Coquorum* »*diſcipulos* λιμοὺς appellat, quia integram famem in aedes

a » alienas afferebant: κυμινοπρίστας autem, ut omnia et- »iam minima arrodentes, & ſibi rapientes de ſingulis ali- »quid. « CASAUBONUS. — Recte *verſ.* 10. ἐὰν μὲν ὑποδιακ. edidit Caſaub. cum deeſſet ſuperioribus editionibus μὲν particula, quam agnoſcit uterque noſter codex mstus. Eiusdem emendationem ἕπτηξ' ἕκαστος merito adoptavit GROTIUS, aliam inſuper non minus neceſſariam certamque emendationem adhibens, καλῶν, pro καλῶς, quod nullo ſenſu hîc poſitum habebant edd. & mssti, & ms *Ep.* quidem verbis in hunc modum diſtinctis, ἢ λιμοὺς, καλῶς ἔπειτ' ἦξεν. ἐὰν δ' ἀληθ. &c. omiſſis iſtis, ἕκαστος εὐθύς. Perſpecte vero etiam idem GROTIUS in Notis monuit: »Vult, coquum audacter exprobrare domeſticis »nimiam tenuitatem. « Quae ſane multis modis commodior interpretatio certiorque, quam iſta quae Caſaubono placuerat. Particulam ἢ vero ante λιμοὺς, cum deeſſet veteribus editionibus, recte adiecit Caſaubonus, praeeuntibus libris. *Verſum* 11. ſic conſtituit IACOBS, in *Notulis msstis*:

πρὸς τὸν ἰδιώτην κάμαθῆ τέχνης ἴη.

Verſ. 15 *ſq.* »Pergit coquus in eamdem ſententiam,

»Ὥσπερ οὖν ὑπεθέμην τῷ κενῷ χώραν δίδου.

»*Igitur*, ait, *ſicut initio dixi, da locum vanitati:* hoc eſt; »ἀλαζονεύου καὶ περπερεύου: eſto vanus, &, ut Tertul- »liani verbum uſurpem, pompaticus. χώραν δίδόναι τῷ »κενῷ ſive τῇ ἀλαζονείᾳ, non eſt *cedere*, ut cum dici- »mus *cedere ſuo iure alicui;* ſed eſt *dare locum & in ſe ad- »mittere.* Non multo aliter Paulus Apoſtolus, [ad Roman. »XII. 19.] δότε τόπον τῇ ὀργῇ: quod interpretatur Chry- »ſoſtomus, συγχώρησον τῷ θεῷ ἐπεξελθεῖν. *Proximus verſus* aliud praeceptum continet:

»καὶ τὰ στόμια γίνωσκε τῶν κεκλημένων.

»Malim στόματα: ſic ſemper alii poëtae, & ita neceſ- »ſe. « CASAUBONUS. — Ὑπεθέμην (*verſ.* 15.) non tam vertendum *initio dixi*, quam *monui, praecepi.* Sic ὑποθέσεις & ὑποθῆκαι, ſunt *monita, praecepta.* Et cum illo verbo perapte convenit quod ait ὅπερ οὖν, *igitur quod iam monui*, vel *praecepi:* nec ulla cauſſa erat cur ὥσπερ in Animadv. poneret Caſaubonus, pro ὅπερ, quod tenent libri omnes. Neque magis urget quidquam, ut στόμια in στόματα mutatum velimus; quod vocabulum ſi hîc reperiſſent librarii, non erant in στόμια mutaturi. Altero abhinc verſu τὸ στόμα dicit *introitum portus:* nunc, variandi cauſſa, non

sine ioco, στόμια ait, *os* & *gulam* convivarum significans, quod vocabulum aliàs in *orificio* cuniculi aut fossae, & in *rictu* vel *faucibus* cavernae ponitur; ut apud Polyb. XVI. 11, 4. & apud Lucian. in Cataplo c. 4. in Dial. Mort. III. 2. XXVII. 8. alibique passim. Similiter apud Hesychium habes, Στόμια· χάσματα. Ad rem quod spectat, opportune DALECAMPIUS Martialis versiculum hîc adnotavit, *Namque gulam domini debet habere coquus.*

Vers. 17 *sq.* »Praeceptum [istud suum] optimus ma- a
»gister simili hoc illustrat:

»Ὥσπερ γὰρ εἰς τἀμπόρια τῆς τέχνης πέρας
»τοῦτ' ἔστιν, ἐὰν εὖ προσδράμῃς πρὸς τὸ στόμα.

»Hoc ait: *Quemadmodum ei qui nundinas petiturus est, illud* »*ante omnia fuerit conducibile, scire quid libenter emturi sint ii* »*ad quos merces delaturus est: ita in arte ganeae praecipuum* »*est, ut cibi congruant cum palato convivarum.* Appellat πέ»ρας *artis*, quam ἡγεμονίαν dixit Diphilus in simili sen»tentia; nam apud illum de sua arte loquens coquus, ait:

»Ἡγεμονία τις αὐτῆς ἐστιν, ὦ πάτερ,
»τὸ τῶν ἑδομένων τὰ στόματα προεισδέναι. «

CASAUBONUS. — At poëtae mentem acutius perspexisse GROTIUS videtur, & perapte in versione expressisse, Graeco contextui a nobis subiectâ. Quo pertinet etiam eiusdem Adnotatio haec: »Ambiguitas est in voce στόμα: »quae & *ostium fluminis* significat, & *os hominis.* « — Per»peram (*vers.* 18.) ἀνευ unâ voce scribitur in ed. Ven. & Bas. & in ms. *A.* Pro quo recte, divisis vocibus, ἀν εὖ προσδράμῃς edidit Casaub. quod & Grotius tenuit: & sic perspicue scribitur in ms. *Ep.* Fuerint quidem, qui ἐὰν εὖ metri caussâ corrigendum censeant, ut fecit Casaub. in Animadv. Quod & ego facile patiar, & ipse similiter subinde ex ἂν, invitis libris, ἐὰν aut ἢν feci, ut VI. 227. c. VII. 292. c. VIII. 336. c. Sed consultius tandem iudicavi, vulgatum tenere. vide notata ad VII. 292. c. IACOBS quidem in *Not. mss.* sic corrigebat, τοῦτ' ἔστιν ἂν εὖ σὺ προσδρ. De notione, qua accipiendae sint h. l. voces τἀμπόρια & τὸ στόμα, Grotii quidem interpretationem ignorans doctissimus CORAY, in eamdem cum illo sententiam peropportune haec adnotavit: »Hîc ἐμ»πόριον significat *locum mercaturae idoneum quae per ma»re fit.* Πόλιν ἐπὶ ἐμπορίου κειμένην dicit infra, pag. 526. e. »loquens de Byzantio: idem sonat Romanorum *Empo-*

» *rium.* conf. Vitruv. V. 12. Στόμα nihil eſt aliud quam » *ipſae portus fauces*, per quas intratur ad emporia. Hinc » & στόμα λιμένος apud Thucydidem: & στόματα Νείλου, » *oſtia Nili*, apud alios paſſim. Interdum στόμα pro *ipſo* » *portu* uſurpari videtur ὁλικῶς, ut apud Noſtrum infra » pag. 536. b. de Byzantiorum portu, τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπὶ » του στόματος ἱδρυμένοις. « — At ibi quoque de *introitu* vel *oſtio portus* nullo incommodo accipietur.

Verſ. 19. » τὸ θῦμα βοῦς, inquit coquus: hoc eſt, *vi-* » *ctima*, quae propter ſolennitatem nuptiarum mactatur, » *bos eſt*: quare cibi parandi ſunt quales poſſunt ex eo car- » nis genere parari optimi. θῦμα idem atque ἱερεῖον, quam » vocem expoſuimus libro primo, cap. XI. « [ad l. 13. c.] CASAUBONUS.

b *Verſ.* 20. ὁ διδοὺς, ἐπιφανής· ἐπιφανὴς ὁ λαμβάνων. » De patre ſponſae loquitur, & ſponſo. ὁ διδοὺς, *is qui fi-* » *liam ſuam nuptum collocat*: ὁ λαμβάνων, *ſponſus, qui uxo-* » *rem ducit.* « CASAUB.

Verſ. 21. Τούτων γυναῖκες, ἱέρειαι τῇ θεᾷ. » Huius ſolennitatis pars *foeminae* ſunt: quare probi co- » qui officium eſt, illa potiſſimum parare, quae foeminis » plurimum ſolent eſſe grata. Sed quaenam illa *Dea* eſt, » quae hoc verſu nominatur? Praeterea *verſus proximus* » hypermeter eſt:

» θεοὶ, κορύβαντες, αὐλοὶ, παννυχίδες, ἀναστροφή.

» Ne multa; ſcribendum cenſemus:

» τούτων γυναῖκες ἱέρειαι. τοὶ θεοὶ

» κορύβαντες, αὐλοὶ, παννυχίδες, ἀναστροφή. «

Sic CASAUBONUS. — Cuius rationem merito improbans GROTIUS, deletâ (initio *verſ.* 22.) voce θεοὶ, *verſ.* 21. τῇ θεῷ ſcripſit; *Palladem Deam* intelligens, ut par erat. Ac facile equidem mihi perſuadeam, alienam illam ab hoc loco ſcripturam, θεοὶ, ortam eſſe ex θεῷ, quod olim ſic ſcriptum fuiſſet θεῶι: & pro ſuo more veterem librarium duas diverſas ſcripturas (τῇ θεᾷ & τῇ θεῷ) quarum altera in contextu exemplaris poſita fuiſſet, altera inter lineas aut in orâ, imperite in contextu iunxiſſe. Novimus autem, Atticos ἡ θεὸς potius, quam ἡ θεὰ, dicere ſolitos: quare ſcriptura θεᾷ haud immerito videri potuerit interpretamentum fuiſſe vetuſtioris veraeque ſcripturae θεῷ. In *Epit.* deſunt poſtremi verſus huius eclogae, inde a decimo nono. Pro αὐλοὶ (*vs.* 22.) idem GRO-

TIUS αὖθι: in contextu posuit; hoc sensu, *adsunt*. Monuit b tamen in Notis, nullo incommodo teneri vulgatum αὐλοὶ posse, verbo per ellipsin subintellecto. — » Vox ἀναστρο-»φὴ, idem sonat ac *circulus* apud Romanos, *cercle* apud »Gallos; nempe *politiorum hominum congressum*. Italis ἀνα-»στροφὴ, ad verbum, est *conversazione*. Neograeci συνανα-»στροφὴν eodem usurpant sensu. « CORAY, in *Notis mstis*.

Vers. 23. » Ἱπποδρομος οὗτός ἐστί σοι μαγειρικῆς. »Venusta translatio. Plautus, Milite: *Iam est ante aedes »circus ubi sunt ludificandi miki.* « CASAUBONUS. — Postrema verba, *vers.* 24. Μέμνησο καὶ σὺ τουτί: eidem personae *A.* tribuit GROTIUS, cui quatuor primores eclogae versus; cum interiectos omnes alteri personae *B.* adtribuisset.

Sequitur alia eiusdem *POSIDIPPI* ecloga: in cuius *versiculo primo* verbum ἔφη, quod inter Ἰδιώτης & μέγας temere insertum habet contextus Casaubonianus, ignorant & veteres editiones & ms. *A.* Breviator omissis duobus prioribus versibus, sic scripsit: Καὶ ἄλλος δὲ μάγειρος παρὰ τῷ αὐτῷ φησίν: Ὁ μάγειρος ἀγαθοῦ στρατηγοῦ διαφέρει οὐδέν.

Vers. 2. Pro Σεύθης, perperam Σευίθης habet ms. *A.* qui c tamen paulo ante in Σεύθης consentiebat cum editis. *Ibid.* Cum nudum οἶσθα sine fulcro ferri non posset ob vocalem initio sequentis vocis, δ' coniunctionem cum GROTIO inserui; quam & sententia ipsa flagitare videtur. Quo minus hîc adoptandum putavi id quod est a PIERSONO ad Moerin pag. 283. propositum. *Vers.* 3. Veterem formam οὐθὲν ex ms. *A.* restitui.

» In *quarto versu:* — ὁ βαθὺς τῇ φύσει
» στρατηγὸς ἕστηκεν, καὶ τὸ πρᾶγμ' ἐδέξατο:
»pro βαθὺς emendarunt εὐθὺς, qui ignorabant Graecis & »Latinam usitatam locutionem, quam ad Suetonii Vitel-»lium [cap. 13.] exponebamus. At pro ἕστηκεν postu-»lat lex metri potius ἔστη, vel sine copula, ἕστηκεν, »τὸ πρᾶγμ' ἐδέξατο. *Alti animi dux stabit, & molem belli »sustinebit.* « CASAUBONUS. — ἑστηκὼς, τὸ πρᾶγμ' ἐδέξ. legendum censuit WAKEFIELD, in Sylv. Crit. P. III. pag. 29. ἔστη καὶ a Casaub. adoptavit Grotius. Vulgatum tenent mssti, nisi quod ἕστηκε (absque ν) καὶ habet ms. *Ep.*

Vers. 7. κινεῖ, pro vulgato πίνει, ex certissimâ (ut

c mihi quidem videbatur) GROTII emendatione recepi. »Vo-»cabulum eſt (ait) ex *militia* deſumtum, ut & ſequentia. «

Verſ. 8. προπλπτικῶς, pro eo quod editum erat, atque etiam a Grotio ſervatum, προσπλπτικῶς, opportune dedit ms. *Ep.* Sic vero etiam ex coniecturâ corrigendum monuere WAKEFIELD l. c. & CORAY in *Notis msstis.*

Verſ. 9. Pro ἐκλελυμένος, audacius GROTIUS, & praeter neceſſitatem, εὖ κεκελευσμένος poſuit, militarem itidem vocem, ut in Notis ait. Nobis hîc religio fuit, a conſentiente librorum ſcripturâ recedere; quae duobus modis accipi poterat: vel *diſſolutus, multâ licentiâ utens;* quo pacto ἔκλυτος στρατὸς apud H. Steph. Theſ. II. 755. g. exponitur *in omnem licentiam diſſolutus:* quae interpretatio hoc loco praecedentibus verbis haud male congruens videri poterat: vel, ut nos interpretati ſumus, (non minus praecedentibus verbis convenienter, quam praeſertim proxime ſequentibus) *fame enectus:* dicitur enim etiam ἔκλυτος & ἐκλελυμένος, qui eſt *viribus defectus, debilitatus;* quod ad *famelicos* homines percommode referri poſſe videtur. Sed penes doctos ſit iudicium.

Verſ. 10. »Famelicum, & eum cui longa eſt coenae »exſpectatio, pulchre deſcribit *Poſidippus*, cum ait:

»τηρῶν πότ' ἐπὶ τὰς χεῖρας οἴσει τις: —

»*exſpectans quando aqua afferetur lavandis manibus.* Eam aquam »Graeci vocant ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας. « CASAUBONUS. — Verba iſta, πότ' ἐπὶ τὰς χεῖρας οἴσει τις, ex inexſpectato dicta a poëta exiſtimavit GROTIUS. »Nam auditor, in-»quit, exſpectabat ἐπὶ τὰς χεῖρας ἥξει, ut in proelio. At »ille de his, qui patinas ferunt, loqui coepit. «

Verſ. 11. ὄχλου τοιούτου ῥαχίαν ἠθροισμένην. »Notanda etiam atque etiam vox rara, & alibi, quod »ſciam, non lecta, ῥακεία, pro *re vili & abiecta.* νόει, »inquit, ὄχλου τοιούτου ῥακείαν ἠθροισμένην. *Cogita talis »turbae farraginem conveniſſe.* Sed nos de eo vocabulo am-»plius cogitemus. Sermo Gallicus Graecam vocem, ſi »modo legitima eſt, integram retinuit. Euphron mox in »ſimili ſententia συρφετὸν pro eo dixit. « CASAUBONUS. — Ad editam olim ſcripturam ῥακείαν, DALECAMPIUS, cum in verſione poſuiſſet, *quaenam turbae ſic collectae vilitas ſit*, haec notaverat: »Ῥακία. Sic Galli viles & abie-»ctos homines faecemque populi vocant *racaille.* « — Cum hoc loco contulit CORAY, in *Notis msstis*, id quod

legitur ſupra, VII. 276. b. c. συνοίκια ὑπαρὰ παμμιγοῦς c ὄχλου. GROTIUS, in explicandâ editâ ſcripturâ fruſtra ſudaſſe Caſaubonum cenſens, poſtremum verſum ſua de coniecturâ in hunc modum conſtituit,

ὄχλου τοιούτου τὴν στρατιὰν ἠθροισμένην.

Totam vero eclogam ſic idem latine convertit:

Illis plebeius quidem
Seuthes videtur: at tu haud ignoras eum
nihil differre ab imperatore optimo.
Adſunt ubi hoſtes, imperator ſtrenuus
ſtat contra, intrepide exſpectans quodcumque imminet.
Quot ſunt convivae, tot venire hoſtes puta.
Hi progredientes celeri incedunt agmine,
a quindecim diebus ſpe pleni bona
coenandi, promti per ſe, & hortatu inciti,
exſpectant dum quis ad manus det aquam. Virûm
genus hoc, collectum crede adeſſe exercitum.

In *Epit.* deeſt extremus verſus cum poſtremâ voce verſus praecedentis. In ms. *A.* non ῥακείαν, ſed ῥακίαν legitur: quorum vocabulorum neutrum agnoſcit ſermo Graecus. Nimis longe vero a ſcripturae veſtigiis recedit Grotiana emendatio. Nobis leviſſimâ mutatione ῥαχίαν corrigere viſum eſt. Significat autem ῥαχία proprie *maris aeſtuationem, & ſtrepitum fremitumque inde exiſtentem.* Vide Polyb. I. 37, 2. & Suidam in Δυῤῥάχιον, cui gemina habet Etymologus pag. 291. 27. Eodem ſpectat etiam proverbium, Ῥαχίας λαλίστερος, Suidae commemoratum & Diogeniano Cent. VII. 99. Quod vocabulum iſtâ notione quam apte conveniat huic loco, non eſt quod moneam: vellem, aeque commode conveniret participium ἠθροισμένην, ad ῥαχίαν relatum; pro quo ἠθροισμένου utique mallem.

AD CAP. XXI.

» *Poſidippum* excipit *EUPHRON*: ex cuius *Synephebis* af- d
» fertur ſimilis ſuperioribus ῥῆσις μαγειρική. Sic autem in-
» cipit:

» Ὅταν ἐρανισταῖς, Καρίων, διακονῇς
» οὐκ ἔστι παίζειν, οὐδ' ἃ μεμάθηκας ποιεῖν.

» Cocus diſcipulum alloquitur, & praecepta ei dictat.
» *Cum pauperibus*, ait, *operam locaveris, cuiusmodi ſunt qui*

d »*e ſymbolis unà ſunt, non licet ludere, neque ea facere quae* »*ſoles.* Honeſte vocat παίζειν, *furta committere*, ut fieri ſo- »litum a famulis coquorum: ſed melius Gallice vertas τὸ »παίζειν, *il ne faut pas s'y jouer:* quaſi dicas, ſerio in te »animadvertetur, ſi quid furto abſtuleris.« CASAUBO- NUS. — Germanorum ſermone diceres, *da gilt es nicht ſcherzen.* Καρίων eſt ſervile nomen, hominem ſignificans e Caria oriundum. Vide HEMSTERH. ad Ariſtoph. Plut. p. 8. & IACOBS, Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. II. p. 43 ſq.

Verſ. 3 *ſq.* »Tum adiicit, hunc pridie ob furta, quae »tentaverat, valde periclitatum. Sed locus eſt maculo- »ſus; nam ita ſcribitur:

»Ἐχθὲς κεκινδύνευκας, οὐδεὶς εἶχέ σοι
»κωβιός. ὅλως γὰρ ἦπαρ, ἀλλ' ἦσαν κενοί.

»Doctus interpres violentia iter ſibi patefecit. Is igitur »pro ἦπαρ ſcribit παρῆσαν, ſecurus ut fere ubique de ver- »ſu. Quid nos? Utemur nempe ingenio, & ea quam »tantopere miramur ſemper lenitate. Apex unus mutan- »dus non eſt; ſed interpunctio ſolum corrigenda:

»Ἐχθὲς κεκινδύνευκας. οὐδεὶς εἶχέ σοι
»κωβιὸς ὅλως γὰρ ἦπαρ· ἀλλ' ἦσαν κενοί.

»*Heri in magno periculo verſatus es. Gobionum enim*, qui ti- »bi traditi fuerant ad coquendum, *nullus habuit iecur: ſed* »*omnes inventi ſunt vacui.* Coniunctio γὰρ transpoſita in »alienum locum, ut ſaepe.« CASAUBONUS. — Perperam ἦπαρ leni ſpiritu ſcriptum in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. & 2. itemque in Caſauboni Animadv. Recte vero ἦπαρ in ed. Caſ. 3. & in ms. *A*. Maior pars huius eclogae omiſſa in *Epit.*

Verſ. 7 *ſq.* Δρόμωνα, καὶ Κέρδωνα, καὶ Σωτηρίδην,
μισθὸν διδόντας ὅσον ἂν αἰτήσαις, ἁπλῶς
εἶναι δίκαιον.

»Poteſt ferri haec lectio utcumque. Malim tamen δι- »δόντος. *Si mercedem perſolverit* qui te locavit, *eſto iuſtus.*« CASAUBONUS. — Equidem, cur διδόντος malimus, nul- lam cauſſam vidi; quum percommode accuſativus διδόν- τας ad tres illos homines ſuperiori verſu nominatos re- feratur. Sed illud me nonnihil conturbat, quod hoc loco *Soterides* nominatur ut civis conditionis trivialis, qui co- qui operam locat; cum apud eumdem comicum *EUPHRO- NEM* in ecloga quam habemus lib. I. p. 7. d. ſolertis co- qui nomen ſit *Soterides*.

Verſ. 9 *ſq.* — οὗ δὲ νῦν βαδίζομεν, e
εἰς τοὺς γάμους, ἀνδροφόνον. —
» *Apud illum vero qui hodie operâ noſtrâ eſt uſurus ad curan-*
» *das nuptiales epulas, nullum fraudis genus eſt praetermitten-*
» *dum.* Quo ſenſu hîc accipiatur vox ἀνδροφόνος, dictum »iam libro VI. cap. IX.« [immo cap. ſecundo.] CASAUBONUS. — Vide ad VI. 224. e.

Verſ. 16. »In fine dictum elegantiſſime, ὃς δὲ καὶ γλί-
» σχρον βλέπει. *Viden' ut parcum cernit:* hoc eſt, deparci & »ſordide avari vultum prae ſe fert.« CASAUB.

AD CAP. XXII.

Μέγας δ' ἐστὶ σοφιστὴς, καὶ οὐδὲν ἧττων τῶν ἰατρῶν εἰς f
ἀλαζονείαν, καὶ ὁ παρὰ Σωσιπάτρῳ μάγειρος ἐν Κατα-
ψευδ. »Nullus ferme fuit Graecus poëta novae comoediae, »qui communem locum de *Cocorum arrogantia* non attigiſſet. »Inde illa tam multa, quae tot locis in eam ſententiam »recitantur ab eruditis convivis hisce, ſicut libro ſexto »obſervabamus, capite undecimo. Ac de aliis quidem »alibi: nunc autem ſequitur ex *SOSIPATRI* (vel fortaſſe »*SOPATRI*) *Catapſeudomeno*, prolixa coqui oratio, iactan- »tiae & vanitatis plena: in qua nonnulla ſunt digna quae »nos advertant.« CASAUBONUS. — Σωσιπάτρῳ cum editis tenet uterque codex noſter mstus. Videtur autem Σωσίπατρος iſte Comicus, nulli quidem alii ſcriptori (quod ſciam) nominatus, non diverſus eſſe ab eo, cuius nomen Σώπατρος ſatis alioqui notum, ſaepiusque auctori noſtro memoratum. Et, verum ſi quaeris, unum idemque nomen eſt: quod proprie & prima origine Σωσίπατρος ſonabat, deinde decurtatum; ita quidem ut uſu praevaleret brevior forma Σώπατρος. Mireris vero, tacuiſſe in in Animadv. Caſaubonum, integram quamdam vocem de ipſius coniecturâ in contextu adiectam. Sane vocem ἧττων cum ed. Ven. & Baſ. ignorat ms. *A*. In *Epit.* autem non legitur iſte introitus huius capitis. In ora libri (ex edit. Baſil.) qui olim Caſauboni fuerat, ipſius manu h. l. adſcriptum video, *Deeſt* ἧττων. Ac ſane vel haec ipſa vox, vel in eamdem ſententiam alia, neceſſario adiicienda fuit.

Verſ. 2. Pro ἐὰν, quod non ferebat metri ratio, recte ἂν poſuit GROTIUS; cuius Excerptis inſerta eſt haec ecloga, pag. 886 ſqq. unde etiam Latinam verſionem mutuati

f fumus, Graeco noſtro contextui ſubiectam. Potuerat vero adhibito metro alia etiam medicina adhiberi, de qua CORAY monuit in *Notis msstis*, legendo ἐὰν καταυοῇς,

Verſ. 3 *ſq.* »Poſtquam dixit, *artem* μαγειρικὴν *magnam* »*artem eſſe & magni faciendam*, addit:

»Ἀλλὰ πέπαυται τὸ πρᾶγμα, καὶ πάντες σχεδὸν »εἶναι μάγειροί φασιν, οὐθὲν εἰδότες.

»Non fero hic vocem πέπαυται: quam & metri modu»lus falſi arguit. Lego πέπραται: *periit.* Ita poëtae »eo verbo utuntur. Eſt autem ſimile illi dictum, *Porro*, »*Quirites, artificium periit.*« CASAUBONUS. — Loco iſtius Animadverſionis, in ed. Caſ. 2. & 3. haec leguntur, uncis quidem incluſa, ſed in Caſauboni ſchedis (puto) olim reperta: »Vitium in priore verſu, metri modulus arguit. Su»ſpicor gloſſam irrepſiſſe in locum vocis legitimae, quum »eſſet prius, Ἀλλ' οἴχεται τὸ πρᾶγμα.« — Vulgatum πέπαυται tenet ms. *A.* & *Ep.* Priorem emendationem Grotius adoptavit. Sed perſpectiſſime PORSONUS, ad Euripidis Med. pag. 20. (pag. 366 ſq. ed. Lipſ.) docuit, leviſſimâ mutatione πέπλυται ſcriptum oportuiſſe: *pervulgaris facta eſt haec res*, (nempe, ars coquinaria;) *eviluit, obſordeſcere coepit*; vel, quemadmodum veluti divinatione quadam interpretatus eſt GROTIUS, *proſtituitur haec res.* Simillima ratione Aeſchines contra Cteſiphont. p. 567 ſq. ed. Reisk. dixit, νῦν δ' ἤδη καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα: quem locum laudavit interpretatusque eſt Pollux, lib. VII. ſect. 38. qui etiam mox deinde docet, *pervulgatum ſcortum* πλῦμα vocari ſolitum.

a *Verſ.* 8. καὶ τὰς δυνάμεις κατέχοντα. Sicut Medicis αἱ δυνάμεις dicuntur *vires medicamentorum*, ſic coquo *vires alimentorum* rerumque omnium quae in cibum adhibentur.

Verſ. 10 *ſq.* »Reſtituendus nobis ex coniecturâ hic »locus,

»— τρεῖς ἡμεῖς ἐσμὲν
»ἔτι λοιποὶ, Βοϊδίων καὶ Χαριάδες.

»Scribo: — τρεῖς ἡμεῖς μόνοι
»ἐσμὲν ἔτι λοιποί.« CASAUBONUS.

Nobis placuit, particulam μόνον *initio verſus* 11. reponi: quae vocula, compendioſe olim ſcripta, facile abſorberi potuit a ſyllaba μεν in quam exit vox praecedens. τρεῖς ἡμεῖς μόνον ſcripſit GROTIUS.

Verſ. 12. Recte προσπέρδου edd. & msti. Temere προσ-

πάρδου ſcribitur apud Grotium. *Verſ.* 13. Quum Ἔγώ; (ſic) in ed. Caſ. ſcriptum eſſet, monuit CASAUB. in Animadv. » Malim abeſſe *interrogationis notam* poſt ἐγώ: & vertam, » *Ego vero hoc aio.* Reſpondet illis, τί φής; « — Atqui etiam ignorabant ibi interrogationem ſuperiores editiones. — » B. » Τί φής; A. Λέξω· τὸ διδασκ.« IACOBS, in *Not. mss.*

Verſ. 14. τὸ Σίκωνος. » *Sicon*, proprium eſt viri nomen: b » quod qui [ut Dalecamp.] cenſent mutandum in *Sicyon*, » errant. Inde eſt *Acoloſicon*, Ariſtophanis fabulae titulus, » de *Siconis* cuiusdam levitate & ſtultitia: quod & *Adr.* » *Turnebus* ad hunc locum notaverat.« CASAUBONUS.

Verſ. 15. » Mutilus eſt hic verſus:

» ἐδίδασκεν ἡμᾶς πρῶτον ἀστρολογεῖν.

» Expleveris, ſi addas a fine, καλῶς, aut tale aliquid.« CASAUB. — Nobis placuit, cum GROTIO, nomen Σίκων in fine adiectum: nec tamen fas erat, absque dubitationis notâ illud a nobis adiici. *Verſ.* 17. Satis nobis placuit quod conſentientibus libris hîc legitur,

περὶ φύσεως κατεῖχε πάντας τοὺς λόγους.

Id eſt, *de rerum natura univerſam doctrinam tenebat.* Sic uſurpant Graeci verbum κατέχειν, *tenere, ſcire, cognitum perceptumque habere.* κἄτ' εἶχε corrigendum cenſuerat CORAY, in Notis mſstis: i. e. καὶ εἶτα περὶ φύσεως εἶχε &c. » Praeceſſit, inquit, πρῶτον: dein ἔπειτα: tertio (nunc) » καὶ εἶτα: poſtremo venit ἐπὶ πᾶσι τούτοις.«

Verſ. 20. In ed. Caſ. 1. ſic edebatur:

Ἆρα σύ με κόπτειν οἷος εἶ γε φίλτατε;

Tum CASAUBONUS in Animadverſionibus: » Melius (in- » quit) ἄρα. *Ergo tu me loquacitate obtundere paras.* Qui » *accingunt ſe ad faciendum aliquid*, Graecis dicuntur οἷοι εἶ- » ναι. Verbum κόπτειν uſu tritiſſimum hac notione, ut » libro VII. — ἢ λέγων φαίνου τί μοι

» καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν, ἢ μὴ κόπτε με.

» Dalecampius mutat in κρύπτειν, fallaci & abſurdâ con- » iecturâ. Idem interpres in ſimili diſſertione coqui alius » ex Anthippo comico poſtea hoc libro deſcriptâ, [pag. » 404.] κατακόπτειν *obtundere* vertit iſto verſu,

» ἐμὲ κατακόψεις, οὐχ ὃ θύειν μέλλομεν:

» ſed melius ibi vertiſſet *enecabis*, propter ſequentia verba. » Iocatur enim poëta in ambigua ſignificatione τοῦ κα- » τακόπτειν, quam latine non minore elegantiâ expreſſe- » ris, ſi vertas: *Tu quidem me enecabis, non victimam quae*

»*parata eſt.* At in iſto Alexidis, qui ſequitur non longe, »[p. 386. b.] Μὴ κόπτε μ', ἀλλὰ τὰ κρέα: aliter interpre»tandum, ut cap. VIII. dicetur.«

c *Verſ.* 22 *ſq.* »Faciunt mihi negotium hi duo verſus. »*Ego*, inquit iſte artis ſuae encomiaſta, *dum puer venit e* »*foro*,

»μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος,
»ἵνα τῷ λαλεῖν λάβωμεν εὔκαιρον χρόνον.

»Non eſt obſcurum ex ſuperioribus, quam ſententiam ἡ »ἀκολουθία τοῦ λόγου poſtulet: ſed διακινεῖν τινα, pro »*ſermonem habere cum aliquo*, quale eſt loquendi genus? »Praeterea, non ἵνα λάβωμεν, verum ἐπεὶ ἐλάβομεν vi»detur fuiſſe dicendum.« CASAUBONUS. — Illud ἵνα λάβωμεν intelligi debebit, *ut capiamus, ut arripiamus commodum tempus; ut utamur occaſione:* quam in partem commode etiam GROTIUS interpretatus eſt, ne *fruſtra tempus effluat.* Pro qua quidem ſententia, ad verba εὔκαιρον χρόνον ſubintelligendus fuerit τὸν *articulus;* qui, cum ex Graeci ſermonis proprietate praeponi debuiſſet, ob metri neceſſitatem omiſſus eſt. διακινεῖν τινα vero non nude accipiendum pro *ſermonem habere cum aliquo;* ſed, *ſermone* ad aliquem directo *pertentare* eumdem, *movere, concutere, excitare.* His ſcriptis, vidi in eamdem ſententiam a doctiſſimo CORAY monitum in *Notis mſstis.* »Torſit (inquit) egregium »Criticum ſenſus τοῦ διακινεῖν. Significat hoc verbum »*praetentare aliquem, ingenium eius explorare*, ut patet ex »Ariſtophanis loco parallelo, Nub. 476.

»ἀλλ' ἐγχείρει τὸν πρεσβύτην, ὅ τι περ μέλλεις, προ»διδάσκειν,
»καὶ διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ τῆς γνώμης
ἀποπειρῶ.

»Sunt ergo, διακινεῖν τὸν νοῦν, & ἀποπειρᾶσθαι τῆς γνώ»μης, locutiones ſynonymae. Eodem ſenſu uſurpavit idem »Comicus & ſimplex κινεῖν, Av. 1238. μὴ θεῶν κίνει φρέ»νας: quod ſacri ſcriptores (Deuteronom. VI. 16.) per »οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου expreſſerunt; & Pla»to in Theage (T. II. pag. 24. edit. Bipont.) per ἀποπει»ρᾶσθαι τοῦ δαιμονίου. Apud eumdem Platonem in Ama»torib. (ibid. pag. 33.) κινητέος valet idem quod ἐρωτη»τέος, *interrogandus, explorandus.*« — »Forte, μικρὰ δια»μνήσω σε: quod eſt lenius verbum pro διδάξω. Conf. »Lucian. Vit. Auct. cap. 3.« IACOBS in *Notis mſstis.*

Verſ. 24. Cum ſic legeretur in editis:

Ἄπολλον ἐργῶδες. ἄκουσον ὦ ἀγαθέ:

mendoſam ſcripturam profitebatur vitiatum metrum. Conſentit tamen ms. *A.* niſi quod in fine commode ὦ 'γαθὲ ſcriptum habet. In *Epit.* deeſt hic verſus cum praecedentibus, inde a nono decimo. CASAUBONUS h. l. monuit: » Scribe,

» Ἄπολλον ὡς ἐργῶδες! ἄκουσον ὦ 'γαθέ! «

Nos cum GROTIO ἐργώδης ſcripſimus; quod in eam ſententiam, quam ipſe in verſione expreſſit, *quam impiger tu es!* perapte quidem convenit cum eo quod praecedente verſu dictum eſt: ſed, ne quid diſſimulem, vereor ut perinde uſui Graeci ſermonis ſit conſentaneum. Nam ἐργῶδες de *re* quidem *difficili*, *operoſa*, & *moleſta* frequenter uſurpatum novimus; masculinum vero ἐργώδης, de homine *laborioſo* & *impigro*, nusquam legere memini.

Verſ. 31. *Ante* verba ἐν τῇ περιφορᾷ, in ms. *A.* inſeritur particula σχεδὸν, quam merito abiecerunt editores, utpote metro obſtantem, & ex ſcholio temere in contextum receptam. *Verſ.* 34. ὡς προσῆκε cum editis tenet ms. *A.* ὡς προσήκει habet ms. *Ep.*

Verſ. 35. Iſtud, εἰκότως τυντλάζεται, GROTIUS interpretatus erat *nil niſi nugas agit:* pro quo nos in verſione poſuimus, *is merito riſum debet.* Praeeuntem Grotium habuerat DALECAMPIUM, qui & ipſe in verſione poſuerat, *nugas agit*, & in ora notaverat: » Τυντλάζεται, *in luto* » *haeret*, φλυαρεῖ, *turbatur*, *nec expedire ſe poteſt.* « — Quae audienda fortaſſe foret interpretatio, ſi activâ voce τυντλάζει dixiſſet poëta: nam ab etymo ὁ τύντλος, quod valet ὁ πηλὸς, *lutum*, verbum τυντλάζειν exponitur ἐπιβαίνειν πηλοῦ, εἰς πηλὸν ἐμβαίνειν, πηλοπατεῖν, apud Heſychium, Etymologum, & Schol. ad Ariſtoph. Pac. 1148. indeque translatâ notione, αὐτὸ καὶ αὐτὸ λέγειν, apud eumdem Heſychium & Suidam; id eſt, *idem atque idem ſaepius dicere;* quod intelligere poſſis, *nugas agere.* At aliud eſt τυντλάζει, aliud τυντλάζεται paſſivâ voce: quod ex aliâ notione vocis activae interpretandum. Nempe τυντλάζω (ut docet Etymologus, pag. 771. & Photius in Lexico msto, citato ab Heſychii editore) ſonat etiam ἐπιῤῥαίνειν πηλῷ, id eſt, *luto conſpergere:* unde conſentaneum erat, τυτλάζεσθαι, h. e. *luto conſpergi*, dici pro, *ludibrio haberi*, *contumelioſe irrideri;* quae notio eadem in verbo προπηλακίζεσθαι obtinet, quod ab eodem etymo

(ὁ πηλὸς, *lutum*) formatum esse recte monuit idem Etymologus pag. 690.

Vers. 38. Ἐγὼ δ' ἐθαύμασ'. Ἔγω γ' ἐθαύμασ' edd. minime male: sed istud dedit vetus cod. *A.* cuius auctoritatem sequi debuimus. In *Epit.* desunt ista. *Vers.* 39. »Scribendum τοὐπτάνιον, non τοὐπταγεῖον: & *vers. seq.* λαβεῖν, non λαμβάνειν.« CASAUBONUS. — Utramque emendationem merito Grotius adoptavit. De vocab. ὀπτάνιον vide notata ad III. 102. f. Animadv. Vol. II. p. 201.

e *Vers.* 44 *sqq.* Quatuor dehinc versus sic editi legebantur:

Τοιοῦτον ἔτι σοι δίειμι τὰ στρατηγικὰ
ἔχειν γε τὸν μάγειρον. ἡ τάξις
σοφὸν μὲν ἀπανταχοῦ ἐστι καὶ πάσῃ τέχνῃ,
ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς δ' ὥσπερ ἡ γεῖται σχεδόν.

Post τάξις *vers.* 45. *quatuor puncta* in ed. Cas. lacunam indicabant. Quo spectat animadversio CASAUBONI: »Lacunam sequentium verborum,

»ἡ τάξις . . . .

»σοφὸν μὲν ἀπανταχοῦ 'στι καὶ πάσῃ τέχνῃ: »explemus insertâ voce σαφῶς: non minus vere, opinor, quam apte. ἡ τάξις σαφῶς σοφὸν μὲν ἀπαντ.« — Quam emendationem, speciosam utique, GROTIUS adoptavit, superiori versu ita concinnato,

Β. Τί δεῖ δὲ, δέομαί σου, ἔτι τὰ στρατηγικὰ
ἔχειν γε τὸν μάγειρον; Α. Ἡ τάξις σαφῶς &c.

In *Epitoma* breviter ista omnia in hunc modum expedita: Ἔτι δίειμί σοι τὰ στρατηγικά. ἡ τάξις σοφὸν πανταχοῦ· καθ' ἡμᾶς δὲ πάνυ. Vetus codex *A.* versus quidem omnes (ut alibi constanter) continuo tenore scribens, caeterum in *versu* 44. ab editis nil discedit: *vers.* 45. vero ἔχω γε habet: dein *vs.* 46. mutato verborum ordine, ἀπαντα-χοῦ μέν ἐστι: denique *vers.* 47. ἡ γεῖτο. Inde, quo pacto terminari debuerit *versus* 45. quove pacto constituendus fuerit *versus* 46. satis adparebat, nec ulla supplenda erat lacuna: quod etiam sine librorum ope perspecte vidit IACOBS, in *Notis mssis*. *Vers.* 47. commodius nobis visum erat ἡ γεῖται, quod dabant editi, quam ἡ γεῖτο, quod est in msto. In *vers.* 44. CASAUBONUM secutus sum, sic monentem: »Scribendum Τί οὖν ἔτι σοι &c.« Quod si cum ADAMO, quem h. l. Villebrunius laudavit, vulgatum Τοιοῦτον in Τοῖον mutari placuerit; pro ἔχω γε, quod *vs.* 45. habet ms. *A.* fortasse ἔγω γε fuerit.

legendum. Eumdem verſum 44. ſic corrigendum propoſuit CORAY, in *Notis mſstis*:

Τοσοῦτον ἔτι δίειμι· τὰ στραγγτικὰ &c.

Verſ. 54. δή in fine verſus, cum deeſſet mſstis, noſtris f quidem ambobus, recte adiectum eſt ab Editoribus.

Verſ. 56 *ſq.* In μαθήμασι finem eclogae fecit Epitomator. Quid de mendoſo Τίς δή τι facerem, quod ſequebatur in edd. & in mſto, aegre mecum conſtituere potui. Quod in contextu (uncis quidem incluſum) poſui, B. Τί δ' εἶτα; id a GROTIO eſt. CASAUBONUS monuerat: »Ultima verba ita ſcribe, Σὺ δῆτα παραδείξας ἐμοὶ &c.« Fortaſſe, veteris ſcripturae veſtigiis preſſius inſiſtendo, ſic ſcribi potuerat: Τί δή; B. Τί; παραδείξας ἐμοὶ &c. ut iſtud Τί δή; dicat etiamnum coquus; tum reliqua alter, cui ille haec narraverat. Univerſam ſententiam percommode expoſuiſſe CASAUBONUS videtur, cum ait: »Qui coquum in foro conduxerat, vexatus ab eo longis »ſermonibus, quibus ſuae artis myſteria illi pandebat, »belle ſe nunc ulciſcitur; *negans opus ſibi eſſe amplius co-* »*qui operâ, poſteaquam tam bene fuerit in ea arte inſtitutus:* »*quare iubet eum faceſſere, & alia curare.*«

AD CAP. XXIII.

Καὶ ὁ παρὰ τῷ Ἀλέξιδι δὲ ἐν Μιλησίοις. *ALEXIS* ἐν Μιλησίᾳ citatur lib. VI. pag. 240. c. utrobique cum editis conſentiente vetere codice *A*. Quae ex illâ fabulâ hîc adponitur Ecloga, eius tredecim priores verſus in Excerpta ſua recepit GROTIUS, pag. 579 ſq. cuius Latinâ verſione uſi ſumus. Graecus Epitomator initium eclogae fecit ab illis verbis verſus ſeptimi, ἂν μὲν οὖν τύχῃ, ubi minus recte τύχοι in noſtro cod. *Ep.* ſcribitur: finem autem fecit in verbis Ἡφαίστου κύνες *verſ.* 16.

Verſu 3. parum commode editum erat, μόνος καθέστηκεν, ἀλλὰ &c. ubi recte GROTIUS καθέστηκ' per apoſtrophum ſcripſit: & eodem modo ſcribitur in noſtro ms. *A*.

Verſ. 14 *ſeqq.* »*ALEXIDIS* ecloga tota eſt plana, usque b »ad illa ſub finem:

»Εἰς τοὺς σοφιστὰς τὸν μάγειρον ἐγγράφω.
»Ἑστήκαθ' ὑμεῖς· κάεται δέ μοι τὸ πῦρ
»ἤδη· πυκνοὶ δ' ἅπτουσιν Ἡφαίστου κύνες

c » κούφως πρὸς αἴθραν, οἵσθ' ὁ γίνεσθαί θ' ἅμα·
» καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου συνηφέ τις
» μόνοις ἀνάγκης δεσμὸς οὐχ ὁρώμενος.

» *Vulcani canes* eleganter appellat *e crepitante ligno volantes* » *huc illuc scintillas.* Eubulus in Orthana: ut narratur lib. » III. [pag. 108. b.] & lib. VI. [p. 228. f.] Ῥιπὶς δ' ἐγεί- » ρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας. Pro ἅπτουσι videtur scri- » bendum ἄττουσι propter sequentia verba, κούφως » πρὸς αἴθραν. Si legamus ἅπτουσι, *canes Vulcani* erunt *co-* » *qui discipuli:* quod optime cum superioribus conveniet: » nam, quantum suspicari licet, quinque postremi versus » continent ἑτεξεργασίαν eius quod praecedente dixerat: » *coquos & sophistas in eadem lance ponendos esse.* Probat hoc » duobus argumentis: nam & coqui & sophistae discipu- » los habent, quibus imperent, quique sibi sint obsequen- » tes: & utrisque eorum illud proprium, ut prae timidi- » tate atque ignavia a morte violenta nihil timendum ha- » beant. Prius argumentum elicitur ex hac lectione ante- » penultimi versus, quam excogitavimus,

» κοῦφοι πρὸς αἰθέρ', ἅμ' εἶπα, γίγνεταί θ' ἅμα.

» Familiare Graecis proverbium, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. » Posteriorem rationem eliciebamus ex sequentibus duo- » bus versibus.« Casaubonus. — Mihi vox ἤδη (*vers.* 16.) ad sequentia verba commodius referri visa erat, quare ante eam interpunxi orationem: quamquam (ne quid dissimulem) post ἤδη interpungunt mssti ambo cum editis. ἄττουσιν vero, pro edito olim ἅπτουσιν, recte dedere iidem nostri duo mssti; alter quidem suo more, vocali iota ad latus posito, αἰττουσιν scribens; codex Epitomae vero, neglecto iota, ἄττουσιν; sic & Eustathius loco mox citando. Caeterum, in postremis istis eclogae huius versibus nihil prorsus mihi liquere, ingenue profiteor. Neque per Casauboni Animadversionem lucem multam adfusam esse his tenebris quisquam facile iudicaverit. Ἡφαίστου κύνας eodem sensu haud dubie hic dixit Alexis, quo dixerat Eubulus, qui fuit Alexide paulo superior. Ad Eubuli verba nihil suo loco monuerat Casaubonus: Dalecampius adnotaverat, *custodes Vulcani canes ad ignem dormitantes.* Hoc loco ad verba Ἡφαίστου κύνες est eiusdem Dalecampii adnotatio haec: »*Mediastini: culinarii* » *ministri*, canum more in focis excubantes.« — Eodemque modo accepit *Villebrune* cum Adamo, qui ὀπτῶσιν

pro edito ἅπτουσιν legendum cenſuerunt. EUSTATHIUS c vero (quod me tunc, cum in Eubuli verbis lib. III. haererem, praeterierat) eosdem *Vulcani canes* apud *ALEXIDEM ſcintillas ex igne evolantes* interpretatus erat; cuius haec ſunt verba in Comment. in Iliad. σ'. p. 1206. l. 6. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν χρυσέων νεανίδων τῶν τοῦ Ἡφαίστου (Iliad. σ'. vs. 418.) ὁρμηθεὶς ὁ κωμικὸς Ἄλεξις, τοὺς ἐκ πυρὸς σπινθῆρας, κύνας Ἡφαίστου ἔφη, ἐν τῷ, Καίεταί μοι τὸ πῦρ ἤδη, τουτέστιν ἐξάπτεται· πυκνοὶ δ' ἅττουσιν Ἡφαίστου κύνες.

AD CAP. XXIV.

Δικαστὰς γὰρ ὑμᾶς οὐκ ὀκνήσαιμ' ἂν καλεῖν, ἀναμένων τὴν ὑμετέραν τῶν αἰσθητηρίων κρίσιν. »Memineris qui haec »legis, ſub perſonâ coqui iſta dici: nam ſi accipias ut »ab auctore dictum, res eſt inepta. De literis enim non »iudicamus per ſenſus, etſi non ſine ſenſibus. Hoc mo- »neo, quia Dalecampius aliter accipiens, male mox inter- »pretatur iſta, οὐδενὸς ἐμνήσθη τοιούτου ὧν ἐγὼ πολλάκις d »ὑμῖν τυγχάνω παρασκευάζων: quae ſimiliter ut a coquo »profecta capi debent, & verti: *nullius talis paratús cibo- »rum Euphron meminit, quales ego ſaepe vobis paro.*« CASAUBONUS. — In ſupra ſcriptis verbis perperam ἡμετέραν legebatur in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. pro ὑμετέραν, quod & habet ms. *A.* & ex Caſauboni Animadverſione receptum in ed. Caſ. 2. & 3. Pro quo tamen ὑμετέρων malueram.

In *EUPHRONIS* Ecloga, *vs.* 4. cum πολὺ νεώτατος Dalecampius *noviſſimus* interpretatus eſſet, monuit CASAUBONUS, verti debuiſſe, *omnium meorum diſcipulorum natu longe minimus.* Quod *verſ.* 5. ἰσχῦν legebatur in ed. Caſ. e is error ex ed. Caſ. 1. imperite in ed. 2. & 3. propagatus eſt: recte vero ἰχθῦν habent ed. Ven. & Baſ. cum msstis, & de corrigendo errore monuit ipſe CASAUB. in Animadv. ubi ſimul docuit, vocem ἄκρως, quae initio ſexti verſus ponebatur, in finem quinti eſſe reiiciendam. Quod *verſu* 6. ait, *congrum elixavit Diis:* confer lib. VII. p. 289. a.

Septimus verſus ſic editus legebatur:

Ὄριον τὸ λευκὸν, οὐ 'ξ Ἀθηνῶν Χαριάδης.

Similiter in msstis noſtris: quorum uterque *oprov* habet absque accentu; in ms. *Ep.* autem duo puncta (ſic: ſu-

e perne impoſita) mendam accuſant. Perſpecte vero monuit CASAUBONUS: »Poſterius hemiſtichium emendabat Da»lecampius, τὸ δὲ ξανθὸν Χαριάδης: ſane quam ἀστόχως: »nam macula huius verſus in prima voce conſpicitur. »Ὄριον enim perperam legitur, pro Θρίον. Edulii ge»nus apud Graecos fuit τὸ Θρίον. Parabatur variis mo»dis, ut docemur ab Heſychio atque aliis. Ideo additur »λευκὸν, ad diſtinctionem plurium modorum, quibus *thria* »conficiebant. *Chariades* Athenienſis fuit, etiam alibi no»minatus in hoc libro: ſed *Charinades* fortaſſe melius. Ari»ſtophanes, [Pac. 1155.] Χαρινάδην τις βωσάτω. Etiam »caeteros qui hic nominantur, *Lampriam*, *Aphthonetum*, »*Euthynum*, & alios, Athenienſes fuiſſe aut artem ſuam »in ea urbe exercuiſſe exiſtimo.« — At *Charinadis* Ariſtophanei nomen non admittebat hoc loco metrica ratio: nam in eo ρι ſyllaba longa eſt, quam brevem hic poſtulabat verſus. Θρίον & Θρία ſaepius Noſtro commemorantur: vide I. 9. a. II. 68. a. IV. 148. e. 170. b. IX. 405. d. &c. Sunt autem Θρία, ut ait Heſychius, φύλλα συκῆς ἢ ἀμπέλου· καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς δεσμούμενα βρώματα: id eſt, *Folia ficus vel vitis, & quae iis involvuntur cibi.* οὐ 'ξ 'Αθηνῶν tacite correxit Caſaubonus, praeeuntibus vero msstis. Monſtroſe οὐ ξανθίνων ſcribitur in ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 8. ζωμὸς μέλας ἐγένετο πρώτῳ Λαμπρίᾳ. »Nuga»tur hic coquus, *iuris nigri inventum Lampriae* tribuens: »cum Lacedaemonios ab antiquiſſimis temporibus eo uſos »conſtet. Aut ita accipe hunc verſum: excelluiſſe Lam»priam in parando eo iusculo, & primas tuliſſe.« CASAUBONUS. — *Ius nigrum* non ſolis Lacedaemoniis proprium, ſed & Athenienſibus in uſu fuiſſe, notavimus ad III. 124. a. ac fortaſſe peculiari modo paratum amabant hi. Caeterum vide Meurſii Miſcellan. Lacon. lib. I. cap. 8.

Verſ. 9 *ſq.* »Cum ait,

»ἀλλάντας Ἀφθόνητος, Εὔθυνος φακῆν,

»ſic accipe: *Aphthonetus allantes* (εὗρε ſupple, *invenit:*) »[ex verſ. 13 ſq. ubi ἐγὼ εὗρον ait.] *Euthynus lentem*, hoc »eſt, rationem parandae lentis quam optime. Errant qui »aliter accipiunt verſum hunc, & ſuis emendationibus il»lum depravant. Addit,

»ἀπὸ συμβολῶν συνάγουσιν Ἀριστίων πόρους.

»Hic quoque ſupplendum ἐξωθεν verbum εὗρε. *Iis qui vo»lunt ex ſymbolis una eſſe*, invenit *Ariſtion rationes compen-*

» *diarias*. Superioribus aliquot locis teſtatus eſt Athenaeus, e
» convivia e collatis ſymbolis fuiſſe λιτὰ & frugi. In his
» igitur oportuit cocos invenire πόρους, hoc eſt, *varias ra-*
» *tiones conficiendi* cibos diverſos ex eâdem materiâ. Ita in-
» terpretamur πόρους hoc loco. Quid ſit συνάγειν, quid
» συμβολαὶ, ſuperiore libro, & ſaepe alibi dictum. Inter-
» pretes hic οὐδὲν ὑγιές. « CASAUBONUS. — Vide de verbo συνάγειν, IV. 142. c. ibique notata, & confer VIII. 365. c. *Decimus verſus* deeſt *Epit.* In ms. *A.* vero & in ed. Ven. & Baſ. Ἀριστων ſcribitur; pro quo tacite Caſaubonus Ἀριστίων poſuit: quod conſulto ita curatum ab editore fuiſſe intelligo ex Athenaei exemplo editionis Baſileenſis, quo ipſe olim uſus erat; in quo ipſius manu eodem modo correctum. Fuit alioquin Ἀριστίων nomen archonti Attico, cuius mentio fit apud Noſtrum, VI. 216. d. Potuitque idem eſſe coqui etiam nomen: quod fortaſſe metri cauſſa hîc ponendum cenſuerat Caſaubonus, primam ſyllabam *brevem* ſtatuens; ſicut in Ἀριστείδης, apud Ariſtoph. in Equit. 1325. At ſi Ἀρίστων ab ἄριστον, *prandium*, deduxerit Euphron comicus, quod in coqui nomine haud abſurde fieri potuerat; *longa* fuerit prima ſyllaba, ut docuit Brunck ad Nub. 416. adeoque locum ſuum tueri vetus ſcriptura potuerit. cf. not. ad p. 385.

Verſ. 14. εὗρον τὸ κλέπτειν πρῶτος. Sic ms. *Epit.* f
quod vulgato πρῶτον praeferendum iudicavi. Finem autem huic eclogae in ipſis illis verbis fecit Breviator.

Verſ. 15. ἀλλὰ πάντας λαμβάνειν. » *Inveni*, inquit, *furta*
» *facere, adeo ſuccenſente nemine, ut* contra *omnes opera meâ*
» *uti praeoptent.* λαμβάνειν eſt *conducere ad opus faciendum*,
» &, ut veteres loquebantur, *emere*. Peccata aliorum pi-
» get perſequi. « CASAUBONUS. — Vide ad III. 118. a. Animadv. T. II. pag. 326. & ad IV. 170. a.

Verſ. 18 *ſeqq.* » Πέμπτην ἔθυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι. *Tenii*
» quidam nautae, quum vix *quinto die* Athenas appulerint,
» *Diis vota reddunt*, defuncti periculoſâ navigatione. De
» hoc more diximus ad librum ſeptimum. [ad p. 292. a.]
» Ita autem neceſſario exponimus πέμπτην ἡμέραν θύειν.
» *Tenus* Cycladum una eſt, non ita longo intervallo Athe-
» nis diſtans, ut quinque dierum eſſet navigatio: ſed iſti
» tempeſtatem paſſi videntur. Quid vero ſi compendio
» ſermonis dictum putemus, pro πέμπτην ἄγομεν ἡμέραν
» ἐξ οὗ ἔθυον οἱ Τήνιοι, vel πέμπτην ἡμέραν pro περὶ πέμπτην

» ἡμέραν, *quinto abhinc die?* Sic fere paulo poſt, τὴν ὄρθρον, » pro περὶ τὸν ὄρθρον. Porro qui ex hac cauſſa ſacra faciebant, » quam minimo poterant ſumtu pietatis officio defunge- » bantur. Diphilus de naufrago vota ſolvente: [loco mo- » do cit.] Ἀφῆκα τὸν τοιοῦτον· οὐδὲν ἥδεως ποιεῖ γὰρ οὗτος, » ἀλλ' ὅσον νόμου χάριν. Propterea ſubiicitur hoc loco,
a » *nautas Tenios maſſaſſe hoedum parvum, & λεπτὸν, maci-* » *lentum & exſuccum.* Nulla poteſt cauſſa afferri, cur λευκὸν » pro λεπτὸν emendari voluerint viri docti. Sed hunc lo- » cum ita ſcribe:

» λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν. οὐκ ἦν ἐκφορὰ
» τότε τῶν κρεῶν σοι οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ.

» Monſtrum eſt, non Graeca vox, τό τε λευκοκρέων, » quod omnibus hactenus placitum. Cum erat magna ci- » borum copia, facile erat coquis ſuffurari aliquid. Hic » famulum ſuum laudat, quod etiam in eo ſacrificio, ubi » praeter hoedum nihil dabatur parandum, ingenioſa furta » ſit primus omnium commentus. Ita verte: *Nihil tum po-* » *terat carnium auferri furto, neque tibi, neque etiam mihi, qui* » *tuus ſum praeceptor.* « Casaubonus. — Recte editi omnes, οἱ Τύννοι πολιοὶ γέροντες; neſcio cuius docti viri ex ingenio; nam corrupte in ms. *A.* ſic ſcribitur οἱ τινε οἱ πολλοὶ: in *Epit.* vero deſunt haec, ut ſupra monui. Caſaubono (*verſ.* 21.) corrigenti, τότε τῶν κρεῶν σοι, ſuffragatus eſt Hemsterhus. ad Ariſtoph. Plut. vs. 1139. Nobis vero magis ſe probavit Toupii emendatio, (in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 208.) Λύκῳ τότε κρεῶν: utpote & per ſe commodior, (nec enim placet articulus τῶν hic ad κρεῶν adiectus) & veſtigiis veteris ſcripturae preſſius inſiſtens. Poterat vero etiam ſervatâ verborum ſerie, ſic ſcribi, τότε τῷ Λύκῳ κρεῶν: ſive, ut Corayo placuerat in *Notis msstis*, τότε σοι, Λύκε, κρεῶν &c. Monuit ibidem idem Vir doctus: » in ſequenti hemi- » ſtichio, pro οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ legendum fortaſſe σὺ δὲ » τὸν διδάσκαλον: « — haud ſatis video quid ſecutus; ac vereor ne ab amanuenſi, qui notulas illius noſtri cauſſa deſcripſit, nonnihil hic fuerit peccatum.

Verſ. 22 *ſq.* » Sequitur,

» ἑτέρους πορίσασθαι δύ' ἐρίφους ἠνάγκασας.

» *Tu* vero, ait, ſubtilibus commentis tuis, *ut alteros duos* » *hoedos pararent, vel invitos adegiſti.* Interpres ἠνάγκασα: » contra poëtae mentem planiſſime; nam huius inventi pal-

»ma ad discipulum pertinet, non ad magistrum qui lo- a
»quitur. Sed videamus quae sequuntur:

»Τὸ γὰρ ἧπαρ αὐτῶν πολλάκις σκοπούμενον,
»καθεὶς κάτω τὴν χεῖρα, &c.

»Stratagemata famuli exponit, quibus ille usus effecerat,
»ut miseri nautae pro hoedo uno tres mactarent. Hic ve-
»ro interpretum me miseret. Res ita habet: Mactato pri-
»mo hoedo, dum curiosius ex perpetuo ritu iecur spe-
»ctant nautae, nebulo iste manum ulterius promovet, re-
»nem magna audacia aufert, iacitque in profundam fo-
»veam: quem ubi animadversum est deficere, tumultua-
»ri nautae & sibi timere, quibus hoc portentum esset ob-
»latum. Quando igitur non litarant hac primâ victimâ,
»succidaneam praecidaneae substituunt. Sed hoc quoque
»frustra: nam & haec sine corde reperitur, fraude simili
»eiusdem hominis sacerrimi. Ita opus est tertio hoedo.
»Narrationis haec summa. Atque ex his discimus, quî fa-
»ctum sit olim, ut toties hostiae parte aliquâ intestinorum
»defectae reperirentur: cuius rei testis est tot locis Grae-
»ca & Latina historia. Ego non dubito, popas & victi-
»marios sui compendii caussa saepe iis artibus usos, quas
»coqui frequentabant, ut docet hoc loco poëta. Versum
»hunc ita scribe,

»Τὸ γὰρ ἧπαρ αὐτῶν πολλάκις σκοπουμένων.
»nisi malis, αὐτὸς πολλάκις σκοπούμενος. Res eo-
»dem redit.« CASAUBONUS. — σκοπούμενον cum editis, ac mendosius etiam κοτ: μενον, tenet ms. *A*. In *Epit.* haec deesse, supra docui. ἧπαρ leni spiritu scribebatur in editis omnibus; nescio an & in msto.

Vers. 26. πολὺν ἐποίησας ὄρυβον. »Legendum ἐποίη-
»σαν.« CORAY in *Notis msstis*. In eamdem sententiam CASAUBONUS in superiori Animadv. dixerat, *tumultuari nautae & sibi timere.* Possit tamen fortasse & vulgata scriptura Graeca in eam ipsam sententiam accipi: *Tu câ re fecisti ut illi tumultuarentur consternarenturque.* Sic interpretatus est TOUP, Cur. Noviss. pag. 209. *Ibid. & seq.* »Ait: b
»οὐκ εἶχε νεφρὸν, ἔλεγον. ἔκυπτον οἱ παρόντες ἀποβολῇ.
»*Dixerunt omnes, non habuit* haec hostia *renem: tum qui ad-*
»*erant caput demiserunt propter hanc iacturam.* Sine caussa
»emendant ἔλεγες.« CASAUBONUS. — Quo pacto vulgatam scripturam εἶχε ferret metrica ratio, non vidi; nisi εἶχεν saltem adiectâ literâ ν scriberemus. Sed certius

b visum erat, ἔχει pro εἶχε corrigere: de quo etiam IACOBS monuit, in *Notis msstis*. Pro ἔλεγον commodum foret participium λέγων, ad ἐποίησας relatum: *tu tumultuari eos feciſti, dicens.*

Verſ. 28. τοῦ δὲ δευτέρου πάνυ &c. Particulam πάνυ eo pertinere exiſtimaveram, ut vim quamdam huiusmodi adderet orationi: *alterius ipsum adeo cor devorare te vidi.* Inſignem autem veri ſpeciem habere intelligo emendationem, quam communi conſenſu duo doctiſſimi viri CORAY & IACOBS, in Notis msstis mecum communicatis, propoſuerunt, πάλιν pro πάνυ ſcribendum cenſentes. Nec minus placet, quod ad *verſ.* 30. ab illorum altero propoſitum eſt, Πάλαι μάγος εἶ, pro vulgato μέγας: quaſi gallice diceres, *Ecoutes, tu es ma foi ſorcier.*

Verſu 30 *ſq.* — τοῦ γὰρ μὴ χανεῖν
λύκον διακενῆς σὺ μόνος εὗρηκας τέχνην.

»Abſurdiſſime ſcribunt, ἐγὼ μόνος εὗρηκα τέχνην: [nempe in hanc ſententiam interpretatus erat Dalecampius.] »cum & ſententia & metrum poſtulent quod editur, σὺ »μόνος εὗρηκας τέχνην.« CASAUB. — In praecedentibus verbis »eſt alluſio ad nomen Λύκος, quo appellabatur co»qui diſcipulus. Simile eſt illud Ariſtaeneti, lib. II. Epiſt. »20. λύκος οὖν χανὼν, ὦ Λύκων, ἄπιθι διακενῆς.« CORAY, in *Notis msstis*. — Confer TOUP l. c. pag. 210. Notum proverbium, λύκος χανὼν, nempe διακενῆς: *lupus hians fruſtra*: de quo vide Suidam, in Λύκος ἔχανεν: Erasmum, in *Lupus hiat*: & Noſtrum, XIV. 622. f.

Verſ. 32 *ſqq.* »Ludit venuſte poëta in voce χορδὴ, quae »& *inteſtinorum partem* ſignificat, quibus veſcimur, & *fi»dem lyrae.* [conf. VIII. 344. f.] Narrat magiſter de ſuo »diſcipulo, feciſſe illum χορδῆς furtum: & poſtea cato »aliquo vaframento, quod equidem non ſatis capio, ad»ſtantium animos alibi occupaſſe, ut ſibi daretur χορδῆς »devorandae facultas. Lego, donec aliquid melius docear:

»Χορδῆς δ' ὀβελίσκου δι' ἡμέρας ζητουμένου
»ἰχθῦς δὺ' ὠμοὺς εἰς τὸ πῦρ ἀπέσβεσας.

»Sequitur iocus de quo diximus, καὶ πρὸς τὸ δίχορδον »ἐτερέτιζες: *atque interea adſtrepebas ad dichordum inſtrumen»tum.* Senſum iam expreſſimus.« CASAUBONUS. — Nobis non liquet. Verba Graeca ita adpoſuimus, ut legebantur in editis, conſentiente Msto; niſi quod δὺ' ἐχθές, pro δὺ' ἰχθῦς, vetus codex dederit. Cum ſententiam in lati-

na verſione interpretari non valerem, verbum de verbo b reddidi. Gallicus interpres, editum δὺ' ἰχθῦς tenens, ἀποσβέσας in ἀπεσόβησας mutandum cenſuit, metricam rationem nihil curans. Sententiam idem his verbis exprimere conatus eſt: *On cherchoit un jour deux brochettes où l'on avoit enfilé des inteſtins gréles; pendant ce tems-là tu jettas (tu pouſſas précipitamment) deux poiſſons dans le feu, & tu fredonnas avec le dichorde.* (In Notâ: *Ce fut pendant qu'on les retiroit qu'il mangea les deux brochettes d'inteſtins; ce que l'auteur appelle, fredonner avec le dichorde.*) *Je fus ſpectateur du drame dont il s'agit plus haut:* (*celui des deux chevreaux, pour les quels il y avoit eu tant bruit:*) *car pour ceci ce n'étoit qu'un badinage.*

AD CAP. XXV.

Μή τις οὖν &c. Loqui pergit, qui praecedentes etiam c omnes poëtarum eclogas protulerat, coquus ille Larenſii, de quo ſupra cap. 19.

μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι &c. Adnotavit hîc Epitomator: Ἔνδοξοι ὄρκοι· μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι κινδυνεύσαντας ἢ ἐν Ἀρτεμισίῳ, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας.

Σώφρων δ' ἐν Γυναικείοις. »*Mimis* nempe. Quoties iam e »facta mentio μίμων γυναικείων & μίμων ἀνδρείων Sophro»nis? « Casaubonus. — Nempe *colloquiis* intellexerat Dalecamp. *Ibid.* »περίφερε κύκλῳ τὸν σκύφον με»στόν. Sic edidimus hunc Sophronis locum ex Italicis »exemplaribus: quorum fere ſecuti ſumus fidem, cum »nuperam editionem adornaremus. Veteres editiones ita »habuerunt, περίφερε † Κοικόα μεστὸν τὸν σκύφον: quam »ſcripturam inventam a nobis etiam in *Huraldino msto*, »neutiquam esse aſpernandam iure nunc cenſemus. Lego »igitur, Περίφερε Κοικόα (vel Καικόα) μ. τ. σκ. *Coecoa* »ſive *Caecoa*, mulieris nomen, cuius non ſemel in eo ope»re fecerat Sophron mentionem. Athenaeus ſub finem li»bri huius: [pag. 409. a.] καὶ Σώφρων ἐν Γυναικείοις· Τά»λαινα Καικόα, κατὰ χειρὸς δοῦσα ἀπόδος ποθ' ἡμῖν τὴν »τράπεζαν. « Casaubonus. — Inferiore iſto loco (pag. 409. a.) Καικόα utique vulgo ſcribitur, ſed in ms. *A.* ſic, καὶ κοα: hîc vero Κοικόα. Eſt autem probabilius, ex κοι a librariis temere factum και quam vice verſa. Quo accedit Etymologi teſtimonium, apud quem p. 478. l. 13·

e haec leguntur: *οἱ γὰρ Δωριεῖς λέγουσι, πίμπλη* Κοικόα: quae haud dubie ex eiusdem Sophronis Mimis ac fortaſſe eodem ex Mimo ducta ſunt, ut monuit VALKENAER ad Theocr. pag. 305. Scriptura *κύκλῳ*, quam e codicibus Italicis a ſe receptam ait Caſaubonus, tenet hodie (ni fallor) codex *Pariſ. C.* Sed codex Pariſ. *B.* Hermolai Barbari manu ſcriptus, in contextu quidem *κοικόα* habet, *κύκλῳ* vero ſuperne inter lineas, teſte Villebrunio ad hunc locum. Deinde quum in ed. Caſ. ſequentia verba hac ſerie ſcripta ſint, *τὸν σκύφον μεστὸν*, nulla quidem ex noſtro ms. *A.* discrepantia ad illam ſcripturam notata eſt: at ſuſpicatus ſum tamen, ſimiliter in illo codice ſcribi atque in ed. Ven. & Baſ. *μεστὸν τὸν σκύφον*: quemadmodum etiam in Huraldino ſe reperiſſe Caſaubonus teſtatur. Denique ſcripturam *Περίφερε* tenent quidem hoc loco libri omnes: unde etiam occaſionem mutandi ſequentis vocabuli cepiſſe videtur is, qui primus *κύκλῳ* ſcripſit. Sed univerſa ratio inſtituti ſermonis perſpicue offendere videtur, & hic *Παράφερε* ſcriptum oportuiſſe, & mox in Platonis comici *ῥήσει* rurſus *παραφερέτω*, non *περιφερέτω*. Et *παράφερε* quidem in Sophronis ecloga legendum viderat iam uterque latinus interpres: quorum prior (Natalis) *affer plenum ſcyphum* in verſione ſcripſit; alter vero (Dalecampius) ipſum etiam Graecum verbum *παράφερε* in latina verſione poſuit. Nos utrobique eam ſcripturam, quae unice vera nobis videbatur, reſtituere auctori non dubitavimus. Ad verba, *Πλάτων δ' ἐν Λάκωσιν*, adnotavit CASAUBONUS: »Obſervo, dubitaſſe vete»res, cuius eſſet hoc drama. Harpocration: [in *Σθένε*»*λος*:] *Ἐκωμῴδει Σθένελον ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γρά*»*ψας, ὡς τἀλλότρια ἐπισφετεριζόμενον.*« — In ALEXIDIS ecloga, ſcripturam *παραφέρων* tenuerant libri omnes. Quod ait, *ἀγαθῶν ἁμάξας*, tritum uſu proverbium, *Plauſtra rerum bonarum.*

f Quid ſit quod EPHIPPUS in *Peltaſta* dicat, *γεύματα οἴνων*, *guſtationes vini*, haud ſatis adparet. Videtur vero per metonymiam *guſtationes* dixiſſe *loca ubi vinum guſtare poſſis*, *cauponas*: quam in partem Gallicus interpres accepit, *des cabarets* vertens.

Οἰνογευστεῖ, περιπατεῖ ἐν τοῖς στεφάνοις. »Fuere [ne»ſcio qui] qui ſcriberent, *οἰνογευστεῖ*. Si quid mutandum, »probarem *Ἀντιφάνης ἐν Διδύμοις· Ἀγευστεὶ περιπατεῖ ἐν*

» τ. στ. Nam ex fine praecedentis vocis videntur temere » aliquot literae repetitae. « CASAUBONUS. — Mihi satis placuit vulgatum. Illud vero, ἐν τοῖς στεφάνοις, haud satis scio utrum intelligendum sit dictum pro σὺν στεφάνοις, id est, *cum coronis*, *coronatus*: an *in coronis*, pro *in foro coronario*, *in loco ubi coronae venduntur*: quod Gallice diceres, *sur le marché aux bouquets*. Posteriorem interpretationem suadere videtur adiectus articulus τοῖς. Cf. not. ad pag. 384. c.

AD CAP. XXVI.

In EUBULI, ex *Laconibus* sive *Leda*, *vers.* 1. coniunctionem Ἀλλὰ, quae abest editis, adiectam dedit ms. *A*. Cum sit autem ea extra versum, intelligi par est, fuisse apud ipsum poëtam postremam vocem versus praecedentis. In *Epit.* tota ecloga sic contracta: Ἂν ὁ μάγειρος ἐξαμαρτάνῃ τύπτεται ὁ αὐλητὴς, φησὶν Εὔβουλος. Inde *vers.* 2. ἐξαμαρτάνῃ recepi, cum contra metrum peccaret ἐξαμάρτῃ, contra syntaxeos leges vero ἐξαμαρτάνοι; quorum istud erat in ms. *A*. hoc vero in editis libris. Pro ὡς ἂν vero, quod habebant edd. cum Msto, ὅσ' ἂν scriptum oportuisse, perspecte monuit CORAY in *Notis mstis*, ubi etiam ἐξαμαρτάνῃ correxit. Similiter ὅσ' in ὡς vulgo mutatum vidimus, cum alibi apud Nostrum, tum apud Arrianum, in Epicteti Dissert. I. 3. 7. & II. 22, 28. *Vers.* 3. Pro vulgato φησὶν, omnino φασὶν scribendum putavi, cum GROTIO in Excerpt. pag. 653. Recte vero etiam, ab eodem, vulgatum ἡμῖν in ὑμῖν mutatum videtur: nam, qui *domi se hoc audisse* ait, eum *apud exteros* loqui consentaneum est. Verborum seriem, *eodem versu*, licet haud satis commoda videri possit, ferendam putavi. Caeterum ex hoc loco habes proverbium, *Tibicen vapulat*, apud ERASMUM pag. 615.

Φιλύλλιός τε. Sic recte edd. Φιλυλαιός τε ms. *A*. alterâ literâ Λ cum Α permutatâ.

περὶ ἡμιόπτου καὶ ἡμιέφθου καὶ ἀσφάκτου γεμιστοῦ χοίρου. »Ut libro septimo singulorum piscium nomina, & »libro XI. poculorum: sic haec verba, tamquam inscrip»tio capitis, sequenti narrationi praescribuntur. Dubitet »aliquis an sint Athenaei: puto tamen esse. « CASAUBONUS. — Et ego ista verba ab Athenaei manu esse existimavi; sed non veluti titulus sequenti narrationi praefi-

xus, verum quae cohaereant cum ſuperioribus illis coqui verbis, initio huius capitis, Λέξω τοίνυν - - εὕρεσιν ἐμήν. Quare, quae inter illa & haec, de quibus quaerimus, interiecta ſunt, *parentheſeos notis* incluſimus. Cuius generis parentheſium infinitum numerum in his libris obſervare licet: quibus nihil aliud egit doctus noſter Grammaticus, niſi ut occaſionem qualemcumque captaret, quascumque poëtarum aut aliorum auctorum eclogas in commentariolis ſuis collectas habuiſſet, eas plena manu lectoribus ſuis adponendi.

b πάντα τὰ ἐντοσθίδια μετὰ τῆς ἐξαιρέσεως - - - διακλύσας ἐπιμελῶς οἴνῳ πόλλακις, ἐκρέμασα ἐκ ποδῶν. Turbata & defecta oratio videtur. Ut alia omittam: quo facto per exiguum vulnus extraxiſſet omnia inteſtina, (quod inprimis mirum videri poterát) non aperit coquus. In his quae ſequuntur, lubens tenui προεφήσας, quod tacite ſic a Caſaubono editum erat.

περιέπλασα τοῦ χοίρου τὴν ἡμίσειαν &c. Ad editum περιέπλησα nihil varietatis e msto *A.* adnotatum. Monuit vero eruditiſſimus Coray: »Imo περιέπλασα. Inter»pres legiſſe videtur περιέπασα. (*circum aſperſi.*) Forte & »ultimum vocabulum κριθῆς e margine in contextum mi»gravit: nam ἄλφιτα per ſe ſignificant *farinam hordaceam.*« — Atqui ipſum περιέπλασα dedit noſter cod. *Epit.* id eſt, *obduxi, obtexi.* Pro edito κριθῆς, recepi κριθῶν, quod dedit idem ms. *Ep.* Quod vero ait ὡς ὁρᾶτε, *ut videtis;* id mire dictum ſuſpectumque mihi videbatur, cum mox (ut par erat) dicat, *demtam dein a ſe eſſe illam farinam.*

c ἔπειτ' ἐνέθηκα κριβάνῳ, ὑποθεὶς τράπεζαν χαλκῆν. »Lego ἐπιθεὶς, ſcil. τῷ κριβάνῳ. Haec ita ſunt intelli»genda. Porcelli dimidia pars hordaceâ farinâ obducta »(περιπεπλασμένη) ad furni fundum erat applicata: alte»ra pars, ſub operculo (quod erat *tabula aenea*, veroſi»militer carbonibus accenſis onuſta) latebat. Melius le»geretur, ἐπιθεὶς τε τράπεζαν χαλκῆν, ἐστάθευσα τῷ »πυρὶ, transpoſitâ particulâ τε.« Coray. — Mihi ἡ τράπεζα ei parti *ſuppoſita* videbatur, quae *elixari* debuit. Mox inde, φορίνης penacute ſcripſi, ut ſcribitur XIII. 585. e. & apud Pollucem, Suidam, aliosque. Τὸ δέρμα τοῦ χοίρου, inquit Pollux VI. 55. φορίνην καλοῦσι. Nonnumquam etiam de hominis cute uſurpari, monuerunt alii.

εἴκασα καὶ τἄλλο μέρος ἡφῆσθαι. »Non male, qui le-

» gunt εἴασα. « CASAUB. — Equidem, qui ſint hi qui εἴασα legerint, neſcio: illud perſuaſum habeo, recte εἴκασα ubique ſcribi; id eſt, *conieclavi*.

AD CAP. XXVII.

Διονύσιος ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις τῷ δράματι. Ut conſtanter κωμῳδοπ. edd. ſic conſtanter κωμῳδιοπ. ms. *A*. & nunc etiam ms. *Ep*. in quo alibi plerumque brevius nomen κωμικός. Dicit autem *Sinopenſem Dionyſium*; cuius cum aliae fabulae alibi, tum Ὁμώνυμος laudatur apud Noſtrum XIV. 615. e. rectius vero hoc loco Ὁμώνυμοι in plurali numero; qui etiam titulus fuit fabulae Antiphaneae, laudatae Noſtro, lib. III. pag. 74. d.

Verſ. 1. Ἄγε δὴ, Δρόμων. Sic ſcripſi cum ed. Ven. Baſ. d & Caſ. 3. Δρίμων eſt in ed. Caſ. 1. & 2. nec ex ms. *A*. diſſenſus adnotatus ab iſtâ ſcripturâ. Suſpicatus ſum vero, caſu ſic ibi editum, & effugiſſe hunc locum diligentiam eius qui mstum librum cum edito noſtri cauſſa contulit. Eſt Δρόμων Graecum nomen, in triviali homine occurrens apud Noſtrum, IX. 377. d. & in ſervo apud Terentium. Δρίμων nusquam, quod ſciam, reperitur. At nunc cum maxime animadverto, teſtificari Villebrunium, in duobus etiam recentioribus Pariſienſibus codicibus Δρίμων legi: quare par eſt. ut credamus & Caſaubonum eamdem ſcripturam ex Italicis msstis enotatam habuiſſe, & in ms. *A*. eamdem obtinere.

Verſ. 7. τακερὰ ποιήσας ταῦτα, καὶ ζέσας σφόδρα. Cum τὰ κρέα legeretur, CASAUBONO obſecutus ſum monenti: » Nullus ſenſus ex primis verbis poteſt elici ita » ſcriptis. Emendemus igitur, & ſcribamus τακερὰ ποιήσας » ταῦτα. Poſterior verſus pars priorem explicat. Nam ζέσας » valet hic, *faciens fervere*. τακεραὶ autem fiunt carnes co- » ctură diuturnâ diuturnâ. Senſus eſt: *ut fallas eos qui numerata car- » nium fruſta tibi tradiderunt, fac tamdiu coquantur donec diſ- » ſolvantur: ita enim numerus iniri nullo modo poterit.* « CASAUBONUS. — In eodem cum editis errore verſatur vetus codex. *A*. In *Ep*. vero praetermiſſa eſt tota ecloga, exceptis duobus verſibus, ſecundo & tertio a fine.

Verſ. 9. » ἰχθῦς ἀδρὸς πάρεστι ταυτός. ἔστι σός. An » & hic legi poteſt τακερός ἐστι σός. *Si eum vehementer co- » quas, tuus eſt*: non quidem totus, ſed pars illius. Ideo

» adiicit, quasi explicans se, (*vers.* 10.) κἂν τέμαχος ἐκ-
» κλίνῃς τι: *frustum saltem aliquod eius avertes.* « CASAUB.
— » Lego, πάρεστιν. αὐτός (vel οὗτός) ἐστι σός. « CORAY, in *Notis mss.* Ipsam vero veteris nostri codicis scripturam divinaverat GROTIUS, in Excerpt. pag. 833. sic corrigens:

ἰχθῦς ἀδρὸς πάρεστι; τἀντός ἐστι σά.

id est: *quae intus sunt, tua sunt.* Tum ait IDEM, in *Notis:* » Ita emendandum censuimus. Non enim vult a coquo » totum piscem surripi, quod nullius artis fuerat, sed ea » quae deprehendi nequeunt. Et alioqui non cohaerebit e » quod sequitur. « *Vers.* 11. Tenui id quod commode editum erat, ὅταν δ' ἔξω γ', ἐμόν: cum γ' particula deesset Msto. Forsan quidem olim sic scriptum erat, ὅταν ἔξω δ', ἐμόν: ultimâ in ὅταν (quod iam saepius factum observavimus) productâ.

Vers. 12. Cum τ' ἀκόλουθ' (sic) vulgo scriptum esset, duas voces in unam contraxi, in hunc modum, τἀκόλουθ', quo prima syllaba per crasin producta indicaretur. GROTIUS τἄλλα παρακόλουθ' correxerat.

Vers. 14. περικόμματος δὲ τάξιν ἣ δεῖσιν φέρει. » *Edulii* » *facti e parvis carnium frustis* nomen est περίκομμα. Lati- » norum *minutal* res non admodum diversa. Hic vero *pe-* » *ricommatis loco esse* dicuntur particulae e singulis cibis » decerptae & furto ablatae. « CASAUBONUS.

Vers. 15 *sq.* » Εἰς αὔριόν σε κἀμὲ ταῦτ' εὔφραναι. τῷ &c. Lege:

» εἰς αὔριόν σε κἀμὲ ταῦτά γ' εὔφραναν.
» τῷ λαφυροπώλῃ παντάπασιν' μεταδίδου.

» Appellat autem λαφυροπώλην, *ianitorem foribus appositum*, » ut exeuntes coquos & alios suspectae fidei excuteret. » Potest legi & εὐφρανεῖ: vel τούτοις εὐφρανα. « CASAUBONUS. — At in eamdem sententiam haud paulo commodius GROTIUS: ταῦτ' εὐφρανάτω: & dein λαφύρων πυλωρῷ: quem sequi non dubitavi. λαφυροπώλης est *spoliorum venditor*, non *ianitor*. Non sum equidem nescius, opponi Grotianae emendationi posse syllabam φυ in λάφυρα aliàs productа; velut apud Sophoclem, Ai. vs. 93. Sed eadem difficultas premit Casauboni rationem: videndumque ne perinde & corripi eadem syllaba potuerit.

AD CAP. XXVIII.

ὃς ὑπὸ πλούτου καὶ τρυφῆς τοὺς τοῦ θαυμ. Πλάτωνος f διαλόγους ἠνάγκαζεν ἐκμανθάνοντας τοὺς μαγείρους &c. Haud ſane intelligere me fateor quid ſit hoc quod ait, hominem iſtum *propter divitias & propter luxuriam* (nam id ſonant proprie illa verba, ὑπὸ πλούτου καὶ τρυφῆς) voluiſſe Platonis dialogos ediſci a ſuis coquis. An quod rara & cara eſſent Platonis opera? At ſingulorum dialogorum exempla nec rara admodum erant, nec adeo cara. Quae ſequuntur *PLATONIS* verba, ex *Timaei* exordio ducta ſunt.

ὑβριζέσθαι δὲ τὸν πάνσοφον ἐκεῖνον ἄνθρωπον. Addubitare a poſſis, utrum Platonem dicat, an convivatorem illum miram ſapientiam crepantem. Ut de *Platone* accipiatur, ſuadere videtur id quod ſequitur, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς τῶν καθαρείων (ſic ms. *Ep.* de qua ſcripturâ vide not. ad II. 65. d. & III. 74. d.) ἐξόμνυσθαι τὰς παρ' ἐκείνῳ ἑστιάσεις. Rurſus vero, ſi Platonem intelligi voluiſſet Athenaeus, non ἄνθρωπον, ſed ἄνδρα, dicturus fuiſſe videtur. Licet enim negari non poſſit, alibi etiam ſubinde parum honorifice de *Platone* locutum eſſe Grammaticum noſtrum; nunc tamen minime conveniebat, ut non ſine quodam contemtu ἄνθρωπον (non ἄνδρα) eum adpellantem induceret eumdem Ulpianum, qui modo θαυμασιώτατον nominaverat.

Οἱ δὲ ἡμέτεροι οὗτοι, ἅμα ἴσως ταῦτ' ἐκμανθάνοντες. » Videtur corruptum aliquid. Fortaſſe ſcribendum, οἱ δ' » ἡμέτεροι οὗτοι μάγειροι ταῦτα ἐκμ. « CASAUBONUS. — Nos non piguit vulgatae ſcripturae. ταῦτ' (pro ταῦτα) per apoſtrophum ſcripſimus, praeeunte vetere cod. *A.* in quo alioqui frequentior plena ſcriptura, etiam in poëtarum locis ubi apoſtrophum deſiderat metrum. In *Epit.* deſunt iſta verba & quae ſequuntur usque ad illa de *Corocebo.* Adverbium ἴσως referendum ad οὐκ ὀλίγην ἡμῖν &c.

ἢ ἐπὶ μετρίοις ἐμαυτὸν ἄγω, οὐ μεγαλαυχούμενος b ἐπ' ἐμαυτῷ. Difficilis & impeditus locus. Qui quum in edd. ſic legeretur, ἢ ἐπιμετρίους ἐμαυτὸν ἐγὼ οὐ μεγαλαυχούμενος ἐπ' ἐμαυτῷ, latine iſta ſic convertit Dalecampius: *Me ipſum ego equidem metior, nec mea cauſſa gloriabundus ſuperbio.* Adnotavit vero CASAUBONUS: » Scribendum paret, ἢ ἐπὶ μετρίοις ἐμαυτὸν ἐγὼ μεγαλαυχούμενος ἐπαινῶ; *an illa ſunt mediocria propter quae ela-*

b » *to ſpiritu me ipſum laudo?* « — Quae ſatis quidem plana ſententia, ſed a librorum ſcriptura nimis longe recedens. Nam quamquam illud perquam probabiliter ſumtum videatur, ἐπιμετρίους ex ἐπὶ μετρίοις eſſe corruptum: admodum tamen durum eſt, & *negantem particulam* delere, quam tenet vetus noſter codex cum editis, & ἐπ' ἐμαυτῷ (quod & ipſum vetus codex firmat) in ἐπαινῶ mutare. Praeterea non de nihilo videtur eſſe, quod non ἐγὼ, ſed αγω habet idem noſter codex, & quidem ſequente diſtinctione, in hunc modum, ἐμαυτὸν ἄγω· οὐ μεγαλαυχ. &c. Gallicus interpres, ἐπὶ μετρίους ἐμαυτὸν ἀγω legens, reliqua tenens, totum locum ſic interpretatus eſt: *Mais pourquoi m'arrêter à ces mediocres cuiſiniers, pour en tirer quelque gloire, tandis que je ne prétends pas me prévaloir de mon talent? Korœbus lui-même, qui fut le premier* &c.

ὁ πρῶτος τῶν τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησαμένων Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος. » Pauſanias, Eliacorum libro priore: Ἐξ » οὗ γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐστὶ, δρόμου μὲν ἆθλα » ἐτέθη πρῶτον, καὶ Ἠλεῖος Κόροιβος ἐνίκα. Teſtatur idem » & in Arcadicis. Interpreti multum debet hic *Corœbus*, » qui de coquo & curſore poëtam eum facit. « [nempe ἀγῶνα ἀναδησάμενος, vertens *carmina celebravit.*] » Sed eo » miſſo, vertamus: *primus eorum qui ex Olympice certamine* » *coronati ſunt, vicit Corœbus.* ἀναδήσασθαι ἀγῶνα, pul» cherrimum dicendi genus, de eo *qui ludis fuerit coronatus.* » Sic dicunt Graeci ἀναδεῖσθαι νίκην. Zoſimus, libro pri» mo: Ταῦτα δὲ διαθεὶς τὸν εἰρημένον μοι τρόπον, καὶ κα» τὰ βαρβάρων ἀνεδήσατο νίκας, δύο πολέμους ἀγωνισά» μενος. Contra, qui aliquâ ignominiâ fuerit affectus, di» citur is αἴσχος ἀναδησασθαι. Procopius: αἴσχος ἀναδου» μένην οὕτω μέγα πρὸς πάντων ἀνθρώπων. Quamobrem » truſtra ſunt eruditiſſimi viri, qui Euſtathium emendant » ſcribentem: Ὅτι καὶ τὰ ἐν τῷ καταλόγῳ μνημονευθέντα » Ὀλύμπια οὐκ ἀεὶ μεγάλους τινὰς εἶχεν ἀγωνιζομένους, » δηλοῖ ὁ πρῶτος τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀναδησάμενος ἀγῶνα Κό» ροιβος ὁ Ἠλεῖος, οὐ μεγάλης τέχνης ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ » μάγειρος, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται. Ipſa ſunt, ut vi» des, Athenaei verba. « CASAUBONUS. — Vide Euſtath. ad Iliad. λ'. pag. 830. l. 25. Pro Κόροιβος, eſt Κόροικος in ms. *Ep.* literâ β perperam cum κ permutatâ, quem errorem alibi ſaepius in aliis verbis notavimus.

ὁ παρὰ τῷ Στράτωνι μάγειρος ἐν τῷ Φοινικίδῃ.

De permutatis ſubinde in veterum ſcriptis duorum co- b micorum poëtarum nominibus *Stratonis* & *Strattidis*, itemque de difficultate qua premitur ipſe titulus fabulae eius, quae h. l. citatur, iam ſupra dictum eſt, Animadv. Vol. IV. pag. 454. & 458. Doctiſſimus VALKENARIUS, cum ad Euripidis Phoeniſſ. pag. 181. citra dubitationis ſignificationem *STRATONIS* nomen apud Athenaeum hoc loco agnoviſſet, quod ipſum etiam codex uterque noſter mstus cum editis tuetur: rurſus tamen ibid. pag. 503. eosdem verſus, qui hic *Stratoni* tribuuntur, *STRATTIDIS* comici eſſe ſtatuit. conf. KOPPIERS, in Obſerv. Philol. pag. 35. Nos, nondum ſatis ad liquidum perductam rem exiſtimantes, conſtantem h. l. librorum ſcripturam non auſi ſumus mutare; cum praeſertim apud Suidam etiam diſerte legatur: Στράτων, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν Φοίνιξ. Ubi Φοῖνιξ quidem, pro Φοινικίδης, e librariorum errore eſſe poteſt, parum recte accipientium compendioſum ſcripturae nexum, quo terminatio κιδης in vetuſtis libris efferri ſolet: ſed nomen Στράτων a *Strattidis* nomine, quod in ſuperioribus ab eodem Suida commemorabatur, ita manifeſte discernitur, ut nihil eſſe poſſit manifeſtius. Quare ſi mendum hoc loco ineſt Athenaei libris, intelligi debet iam Suidae aetate eumdem errorem hic obtinuiſſe. Manifeſto quidem errore apud eumdem Noſtrum XI. 473. c. ſimiliter Στράτων vulgo pro Στράττις ſcribitur, ut docuimus in Animadverſion. Vol. IV. pag. 456. ad VII. 327. e.

AD CAP. XXIX.

STRATONIS (ſive *Strattidis*, ut aliis placet) eclogam in Excerpta ſua retulit GROTIUS pag. 680 ſqq. cuius latinam interpretationem Graecis verſibus ſubiecimus.

Verſ. 2. recte ille οὐδ' ἓν diſtinctis vocibus ſcripſit, c ut deſiderabat metrum: ſic vero & codex mstus uterque; qui quidem ambo etiam Σφίγγα & ἄῤῥενα absque apoſtropho plene ſcripta habent: tum vero & iidem *verſ.* 11. οὐδὲ εἷς ſcribunt, ubi recte οὐδεὶς edd. *Verſ.* 3. Recte καινὰ edd. Perperam κενὰ ῥήματα mssti noſtri. *Verſus* 8. deeſt *Epit.* Pro edita ſcriptura γιγνώσκειν, habet γινώσκειν ms. *A.* quâ de ſcripturâ vide Valcken. ad Phoeniſſ. vs. 1396. & Brunck ad Ariſt. Ran. 52.

d *Verſ.* 14. κατ' ὄνομ' ἀνελογιζόμην. Sic recte ed. Caſ. cum mſstis. Minus commode καὶ τοὔνομ' ἀνελογιζόμην ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 17. Perperam ἀγανάκτησ' erat editum. Ubi monuit CASAUBONUS: »Scribo ἠγανάκτησ' ὥστ. pro ἠγα»νάκτησεν: *ille vero indignari coepit, & ſuam iniuriam inter»pretari, quod nullum vocaſſem ad coenam daetymonem.* Male »acceperunt pro ἠγανάκτησα: nec recte distinxerunt.«

Verſ. 18. Pro eo quod olim edebatur, δαιτυμόνα: & dein σκαιὸν πάνυ: uterque noſter codex mſtus id dabat, quod nos edendum curavimus, δαιτυμόνας: & deinde καινὸν πάνυ, hoc eſt, *mirum ſane!* quae quidem poſtrema verba haud ſatis adparet ſint-ne coqui, an convivatoris. Sed haud multum intereſt.

e *Verſus* 21. *& ſequentes*, & multis defectibus & aliis turbis laborabant, cum ſic eſſent editi:

Μῆλα θυσιάζεις ἄρα; μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ,
οὐδέτερον αὐτῶν. προβάτιον δ' οὐκοῦν, ἔφη.
Τὰ μῆλα πρόβατ' οὐ μανθάνω
τούτων οὐδέν, οὐδὲ βούλομαι.
ἀγροικότερός εἰμι, ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου.
Ὅμηρον οὐκ οἶδας λέγοντα, καὶ μάλα
ἐξῆν ὃ βούλει τῷ μαγείρῳ αὐτῷ λέγειν.

Ubi, quum *verſus* 21. unâ ſyllabâ eſſet brevior, GROTIUS, quo labans metrum ſuſtentaret, ἄρα pro ἆρα ſcripſit. At ſic peribat vis, quae particulae ἆρα penacute ſcriptae inerat, peropportune conveniens huic loco: *Ergo tu μῆλα immolas?* quemadmodum etiam *verſ.* 11. & *vs.* 19. ἆρα penacute ſcribitur. Taceo, particulam nude interrogativam ἆρα initio orationis, non in medio aut in fine ſolere poni. Quare nobis placuit ita conſuli metro, ut μὰ τὸν Δί' ſcriberetur: attamen voculam citra librorum auctoritatem a nobis adiectam, uncis incluſimus. Dein, quod in fine eiusdem verſus in editis legebatur, ἐγὼ μὲν οὔ, negativam ibi particulam ignorat uterque noſter codex mſtus. Quum vero ad complendam verſus menſuram rurſus una ſyllaba utique deſideraretur, ἐγὼ μὲν οὖν potius, quam ἐγὼ μὲν οὔ, corrigendum iudicavimus. Ad *verſum* 22. *& ſqq.* eſt CASAUBONI Animadverſio haec: »Οὐδέ»τερον αὐτῶν. προβάτιον δ' οὐκοῦν &c. Et haec, & quae »ſequuntur, perverſe ſcripta. Lego:

»α: Οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δ'. β. οὐκοῦν, ἔφη,

» ἔστιν τὰ μῆλα πρόβατ'; α. ἔφην, οὐ μανθάνω e
» ἔγωγε τούτων οὐδὲν, οὐδὲ βούλομαι.
» ἀγροικός εἰμι· ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου.
» β. Ὅμηρον οὐκ οἶδας λέγοντα μῆλα σύ;
» α. Ἐξῆν ὃ βούλετ' ὦ μάγειρ' αὐτῷ λέγειν.

» Multa hîc fecimus meliora. Itaque omnia iam ita plana, ut » vel mediocriter versati in literis interpretem non sint desi- » deraturi. Penultimi versus sententiam ita excerpsit Brevia- » tor, Οὐκοῦν τὰ μῆλα πρόβατα Ὅμηρον οὐκ οἶσθα λέγοντα; » quod nostram emendationem stabilit. α — Iam *versu* 22. quidem in nostris msstis eodem modo recte distincta est ora- tio, quo distinguendam monuit doctus Animadversor: sed in *vers.* 23 & 24. desunt msstis, perinde atque editis, verba ea quae opportune ille adiicienda commendavit; quae & *Grotius* adoptavit, & nos; ita tamen ut ex ingenio adiecta esse significaremus. *Versu* 25. cum eodem GROTIO tenui- mus vulgatum ἀγροικότερος, sed εἰμ' per apostrophum pro εἰμὶ scripsimus. In constituendo *versu* 26. Casaubo- f num secutus est Grotius. Nos vero nihil cauſſae esse exi- stimavimus, cur vulgatum καὶ μάλα abiiceremus. Nec enim male illud habere videbatur, καὶ μάλα ἐξῆν αὐτῷ (i. e. *plane*, vel *utique illi licitum erat*) λέγειν ὃ ἐβούλετο: nec necesse erat, ut vocabulum μῆλα hîc repeteretur. Per- spicue enim haec verba, Ὅμηρον οὐκ οἶδας λέγοντα, re- feruntur ad illa superiora, οὐκοῦν ἔστιν τὰ μῆλα πρόβατα: id est, *Atqui* μῆλα, *quae dico*, *sunt oves*. Quod vero Ca- saubonus ait, *penultimi versus* sententiam ab Epitomatore iis verbis, quae ab ipso adposita sunt, comprehensam es- se: eadem illa Epitomatoris verba non ad solum *versum* 26. pertinent, sed ad *vers.* 22 - 26. Nam post verba οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δέ: continuo haec sequuntur in Epi- toma: Οὐκοῦν, ἔφη, τὰ μῆλα πρόβατα Ὅμηρον (perperam Ὅμηρος in nostro ms. *Ep.*) οὐκ οἶσθα λέγοντα; Post quae sic statim pergitur, Ὁμηρικῶς γὰρ διανοῇ μ' ἀπολλύναι &c. &c. *Postremo versu*, rectissime a Casaubono ὦ μάγειρ' correctum pro τῷ μαγείρ': loco vulgati ὃ βούλει vero, magis probavi ὃ ἐβούλετ', quod GROTIO placuerat, quam ὃ βούλετ', quod Casaubono. Grotii emendatio- nem cognitam non habens CORAY, ὃ βούλοιτ' correxit, in *Notis msstis*.

Vers. 30. Atticam formam διανοεῖ tenet ms. *A.* cum edi- tis: pro qua communem διανοῇ posuit Breviator.

a *Verſ.* 35. Κριθαί. Sic commode ed. Caſaub. conſentientibus msstis. Κριθάς ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 36 *ſq.* Πηγὸς πάρεστι; Πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
ἐρεῖς, σαφέστερόν θ' ὃ βούλει μοι λέγειν;

Difficultatem, quae hunc locum prouti vulgo legitur premebat, callide declinavit Epitomator, duos verſus in brevia haec verba contrahens: πηγὸς πάρεστι; σαφέστερον λέγε. Ad id, quod ſine ſenſu hic editum erat, οὐχὶ λευκὰς εἰ quod ipſum etiam vetereſ membr. *A.* tenent, haec adnotavit CASAUBONUS: »Invenimus hanc lectionem, οὐ»χὶ λευκὸς εἶ; ſane venuſtam & acutam. Nam quia »πηγὸς exponitur apud poëtam μέλας, [vide brevia Schol. ad Iliad. ι'. 124. & ad Od. ε'. 388. cf. Euſtath. ad Iliad. γ'. pag. 306. l. 3.] »videtur ita accepiſſe ea notio»ne qui quaerentem coquum audiverat an aliquis adeſſet »πηγός. Quare, ut ad eam interrogationem reſpondens, »πηγός; ait: οὐχὶ λευκός; *nigrum* quaeris aliquem: *num* »*tu vero albus es?* Hic ſenſus eſt huius lectionis: quam »equidem ambabus, quod aiunt, manibus amplecterer, »niſi impedirent ſequentia: ſed eâ ſcripturâ admiſſâ, quid »fiet ſequente voce ἐρεῖς? Praeterea in antiquis membra»nis [atque etiam in noſtris] locus ſimiliter ſcriptus ut »in editis: quare earum auctoritate nobis commendare »ſe ea lectio [quae nonniſi coniectura erat, a nonnemine »ad oram ſui libri notata] non poteſt. Excerptorum au»ctor, quae videbat maculoſa, tangere noluit. Coniici»mus ſcribendum eſſe,

»Πηγὸς πάρεστι; πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
»ἐρεῖς, σαφέστερόν θ' ὃ βούλει μοι λέγειν.

»Minus vulgo nota ſignificatio vocis λευκὸν, quando »*orationi* tribuitur *perſpicuae & clarae*, fecit ut corrumpere»tur ab imperitis hic locus. Atqui οὐχὶ λευκὰ ἐρεῖς ele»gantiſſime dictum, pro, *non tu ea dices quae poſſint intel»ligi?* Euſebius Προπαρασκευῆς libro XI. Καὶ τοῦτό γε »λευκότερον διασαφήσας ἐν τῷ φάναι, μηδὲν ἄλλο »εἶναι τὸ ὂν, ἢ τὸ οὐ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον, νῷ δὲ »καταλαμβανόμενον. Ibidem: τὴν δὲ διὰ τοῦ δόγματος »διάνοιαν καὶ Φίλων ὁ Ἑβραῖος λευκότερον ἑρμηνεύων, »τόνδε παρίστησι τὸν τρόπον. Sic libro XV. λευκοῖς τοῖς »ἐλέγχοις ἀπεγύμνωσα. Sic & alii auctores. Et διαλευ»κάνειν, pro *interpretari*, Nicephorus Gregoras lib. VIII. »Τὰ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἡμετέρων βιβλίων αἰνίγματα δὴ καὶ

» γρίφα διαλευκαίνων, καὶ τὴν ἐκείνων νύκτα πρὸς ἡμέραν a
» μεθαρμοζόμενος. « — Prior ratio quo pacto placere do-
cto Viro potuerit, difficile dictu. Posteriorem, cum cer-
tius nihil haberem, manifeste autem corruptam viderem
vulgatam scripturam, adoptavi cum GROTIO. Velim ta-
men certioribus vetustiorum auctorum testimoniis firma-
ri istum vocis λευκὸς usum: quem a doctissimo Hesychio
plane silentio praetermissum mireris. Prorsus vero con-
trarium significatum habere id vocabulum videri possit in
proverbio, λευκὴ στάθμη, quod dicitur de his quae ἀδηλα
sunt, & *aegre discernuntur:* sed id quidem ex peculiari ra-
tione, quam exposuit Eustathius ad Iliad. o'. pag. 1088.
l. 39 sqq. Apud Suidam quidem (in Λευκόν) λευκὴ φωνὴ
exponitur ἡ εὐήκοος, sed absque auctoritate. Henr. Ste-
phanus in Thes. T. II. pag. 688. c. sicut λευκὸν ὕδωρ *limpida* dicatur *aqua*, sic λευκὸν λόγον dici ait *sermonem per-
spicuum & dilucidum*, sed nullius veteris auctoris citato te-
stimonio. Adiicit quidem, eâdem ratione λευκὸν στίχον in
Epigrammatum libro II. dici *versum cuius sententia sit per-
spicua:* sed mihi totum illum librum perlustranti non con-
tigit in locum incidere, quem in animo eruditissimus Ste-
phanus habuisset. Quo magis videndum puto, ne acu
rem tetigerit doctissimi CORAYI perspicacia; qui, levissi-
mâ ac fere nullâ veteris scripturae mutatione, οὐχὶ λαι-
κάσει; legendum censuit. » Quid sit λαικάζειν, (inquit)
» notum est ex Suida, ac Scholiaste Aristoph. Equit. 167.
» conf. & Thesmoph. 57. Parum interest, utrum legas
» λαικάσει, (quod valet vulgatum λαικάσῃ,) an λαι-
» κάσεις: illud est in medio; alterum in activo ellipti-
» co, subintellecto σεαυτόν. Respondet utrumque pervul-
» gato illi, quod effutire apud nos solent homines impu-
» riores & ἀνάγωγοι, dicentes, *allez vous faire f . . .* ut
» patet ex sequente coqui sermone, Ἀτάσθαλός γ' εἶ,
» πρέσβυ. «

Pro παρῆν, *vers.* 40. perperam παρ' ἦν habet ms. *A.* Pro οὐδεὶς vero, quod *vers.* 41. editum erat, recte idem οὐδὲ εἷς. Epitomator eclogae finem fecit in *versu* 38.

Vers. 42. μίστυλλα, μοίρας, δίπτυχ', ὀβελούς. » Vo- b
» ces Homeri sunt: quibus facit poëta istum uti ad osten-
» tationem eruditionis. Sed legendum μίστυλλε, &
» metri causa, & Homeri, cuius est versus quem respi-
» cit, vel ex Martiale omnibus notus, μίστυλλόν τ' ἄρα

b » τἄλλα. μιστυλλᾶσθαι Atticorum hîc non habet locum. » μοῖραι Homero, quae aliis μερίδες. Etiam δίπτυχα Ho- » mericum vocabulum, ex his illius exponendum, κατὰ » δὲ κνίσσῃ ἐκάλυψαν, δίπτυχα ποιήσαντες. Indidem eſt » ὀβελός: nam ait poëta, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν. [Iliad. » α'. 465.] Atque haec ſunt illa verba, ἃ οὐδεὶς ἤκουσεν » ἂν, inquit hic paterfamilias; id eſt, *quae nemo poſſit in-* » *telligere*: ſic malo quam ut alii, *inaudita*; propter par- » ticulam ἄν. ἀκούειν pro *intelligere* ſaepe invenies. « Ca- SAUBONUS. — Emendationem a Caſaub. propoſitam, μί- στυλλε, adoptavit GROTIUS. Nobis nil novandum viſum erat. Sicut reliquae Homericae voces, quae hic adferun- tur, μοίρας, δίπτυχα, ὀβελοὺς, nomina ſunt in accuſati- vo plurali poſita, ſic bonus iſte homo fingitur voce μί- στυλλα pariter tamquam accuſativo plurali uti; ſive quod ſermonis Homerici ignarus verbum μίστυλλον, quod a co- quo cum reliquo Homerico verſu pronuntiatum fuiſſet, pro ſubſtantivo nomine accepiſſet; ſive quod, cum μυ- στίλην fortaſſe popoſciſſet coquus, id eſt, *cochlear*, (qua de voce vide not. ad III. 126. a. & conf. Schol. ad Ari- ſtoph. Plut. 627.) homo noſter parum intelligens illud poëticum vocabulum, & obſcurâ memoriâ recordatus Ho- mericum verſum, in quo verbum μίστυλλον ponitur, ver- bum hoc cum illo nomine contudiſſet. Quidquid ſit, nihil impedit quo minus credamus, conſulto a poëta hîc ſingi eum vocabulo aliquo pro Homerico utentem, quod re- vera nullum fuiſſet.

Verſ. 43. τῶν τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων. » Malo, & praeſtat, τὸ τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίον. » *Gloſſas* PHILETAE intelligit, quas ille verſibus ſcripſe- » rat, ut alibi diximus. « CASAUBONUS. — De *Philetae* Γλώσσαις, ſive Ἀτάκτοις γλώσσαις vide Animadv. ad III. 114. e. & *Frid. Aug.* WOLFII Prolegom. in Homer. pag. 169 ſq. Nec vero praetereundum, quod monuit VALCKE- NARIUS, apud *Koppiers* in Obſerv. Philolog. p. 36. » con- » ſtare ex hoc Athenaei loco, Strattidis aevo [ſive Strato- nis; quorum ille veteris, hic mediae comoediae poëta fuiſſe traditur] » iam fuiſſe *Gloſſaria* Athenis reperta, *Le-* » *xicon* certe *Homericum Philetae*, in quo voces antiquatae » redderentur Atticis. « — At in eo quidem parum con- ſtans ſibi poëta noſter haud immerito videri poſſit, quod homini tam rudi literarum, ut ne vulgatiſſima quidem vo-

cabula Homerica cognita haberet, tamen & Gloſſaria Ho- b
merica, & illorum Gloſſariorum uſum, in promtu fuiſſe fingat. Sed huiusmodi pugnantias parum curare interdum ſolent comici poëtae, dummodo ſpes ſit riſum moveri poſſe auditoribus. Mira vero utique videri debet iſta verborum ſtructura. τῶν τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων: ſed non idcirco ſtatim τὸ - - βιβλίον corrigendum. Immo videndum, ne aut τῶν βιβλίων τινὰ intelligi debeat, aut ad τῶν βιβλίων intelligenda ſit ἐκ praepoſitio, & tota oratio tali quodam modo concipienda, ὥστ' ἐμὲ ἐκ τῶν Φιλήτα βιβλίων, λαμβάνοντα αὐτὰ, σκοπεῖν τί δύναται ἕκαστα τῶν ῥημάτων.

Verſ. 46. ἀνθρωπίνως λαλεῖν τε. »Arbiter in Satyrico: »*Rogo, inquam, quid tibi vis cum iſto morbo? Non minus* »*quam duabus horis mecum moraris, & ſaepius poëtice quam* »*humane locutus es.* Prorſus convenienter huic loco. Sic »apud Hieronymum accipe *humanum ſonum*, cum in Apo»logia adverſus Rufinum φράσιν hanc illius exagitans, »*quae mihi ad ſuſpicionem veniebant*, ita loquitur: *Compeditam* »*putes linguam eius, & inextricabilibus nodis ligatam, vix in hu*»*manum ſonum erumpere.* Galenus in libello, Εἰ κατὰ φύσιν »Αἷμα ἐν Ἀρτηρίαις περιέχεται, disputans adverſus Eraſi»ſtrateos: ταῦτά τινες αὐτῶν μόγις αἰδεσθέντες ὥσπερ ἐξ »ὕπνου βαθέως ἐγερθέντες, οὐκέτ' ἀγροίκως τε καὶ ἀγρίως, »ἀλλ' ἤδη λογικῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως ἐπιστραφέντες ἐπε»χείρουν διαλέγεσθαι. Libro autem ſecundo περὶ διαφο»ρᾶς Σφυγμῶν, ſtudium ſuum pure loquendi & intelligi»biliter, appellat προαίρεσιν μέτριον καὶ φιλάνθρωπον. At »in illa mirabili D. Pauli ad Romanos epiſtolâ, ἀνθρώπι»νον λέγειν B. Chryſoſtomus interpretatur ἀπὸ ἀνθρωπί»νων λογισμῶν, ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων. τὸ γὰρ »σύμμετρον τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ἀνθρωπίνου δηλοῖ. « Casaubonus. — Quod *verſ.* 25. ἁπλῶς διαλέγεσθαι dixerat poëta, idem nunc ἀνθρωπίνως λαλεῖν dicit.

Verſ. 47. Recte ἢ Πειθὼ edd. Perperam ἢ πείθω codex Mstus.

AD CAP. XXX.

ἐπιτιμῶντες δέ τινι, φασὶν, μὴ δεῖν τὸν Οἰνέα Πηλέα c
ποιεῖν. »Euſtathius ita interpretatur: *Oeneus* & *Peleus*, »perſonae heroicae, poſitae ſunt pro οἶνος & πηλὸς, un-

c »de ortae videntur. Reprehenditur autem his verbis pin-
»cerna, qui vinum in cyathum ſic fundit, ut effundat.
»Vinum humi cadens, fit *lutum*. Scimus etiam, πηλὸν di-
»ctum veteribus fuiſſe *vinum*; ut ego arbitror, non me-
»rum & ſincerum, ſed mixtum aut mangonizatum: in-
»de κάπηλος, qui tale vinum vendit. Quare poſſumus
»etiam ſic exponere, *non oportet* οἰνέα *facere* πηλέα; id
»eſt, *bonum vinum malum facere, & corrumpere*. Quis pri-
»mus hoc dixerit, non nunc memini. Vetuſtiſſimum qui-
»dem dictum eſt: cuius etiam facit mentionem Demetrius
»Phalereus, vel quicumque eſt libri eius auctor.« Ca-
saubonus. — Demetrii verba huc ſpectantia habes in libello de Elocutione, ſect. 171. ubi conf. Galeum & Schneid. item Toupium Emend. in Suid. Part. II. pag. 204. Euſtathium vide ad Iliad. ι'. pag. 680. l. 43. & ad Odyſſ. α'. pag. 36. l. 14 ſq. ex quo adparet, plane fruſtra eſſe Gallicum Athenaei interpretem, τινι in τινὰ mutantem, & ἐπιτιμῶντες intelligentem *honorantes*, nempe propinando & calicem praebendo. De vocab. πηλὸς, quod nonnulli de *vino* acceperunt, atque inde etiam nomen κάπηλος derivatum voluerunt, videndus Heſychius, & quos ibi laudavit doctus editor: cum quibus conferendus Etymologus pag. 490. qui haud immerito dubium movet cum de interpretatione illa, tum de derivatione: ac ſane apud ipſum etiam Heſychium, in Κάπηλος, longe diverſa derivatio huius vocabuli ſtatuitur.

πείρᾳ τῆς τέχνης, ἧς εἰσηγήσατο, ἀπολαύσας. »*Cum*
»*mihi experienti bene ceſſiſſet ars quam ille primus docuit.*«
[Proprie, *quum ipſo experimento fructum perceperim artis quam ille primus invexit.*] »Ars autem illa eſt, peritia corrigen-
»di retorridas & κραμβαλέας iam nimiâ coctură carnes.
»Id πάθος eſſe ait ἰάσιμον: ſi olla, in qua torrendo cor-
»ruptae fuerint carnes, immittatur bene calida in pelvim
»aceto frigido plenam.« Casaubonus.

Alexidis priores verſus in hunc modum editi erant:

— Ἦ μέ μοι δοκεῖ
πρικτὸν τιν' ὄψον δελφάκιον ἡδύ γε,
ἔπειτα προσκέκαυκε μηδὲν φροντίσης.
ἰάσιμον γὰρ τὸ πάθος ἐστὶ τῷ τρόπῳ.

Monuit vero Casaubonus: »Prima *Alexidis* verba opem
»deſiderant meliorum librorum: quos dum exſpectamus,

»recta saltem interpunctione ea illustrabimus:

»α. † ἦ ψέ μοι δοκεῖ
»πνικτόν τιν' ὄψον δελφάκιον. β. ἡδύ γε.
»α. ἔπειτα προσκέκαυκε. β. μηδὲν φροντίσης·
»ἰάσιμον γὰρ τὸ πάθος ἐστί. β. τῷ τρόπῳ;«

At e vetustis libris nihil opis sperandum: nam totam eclogam, ut nimis corruptam, praetermisit Epitomator; vetustissimae vero membr. *A.* nihil hîc ab editis dissentiunt. GROTIUS in Excerptis p. 575. initium eclogae ita, ut sub contextu indicavi, constitutum exhibuit. Mihi non liquet. Illud video, vix ac ne vix quidem ferri posse istud τιν' ὄψον: adeoque, si de caeteris satis constaret, haud dubie cum CORAYO τι γ' ὄψον corrigendum fore. Sed nihil hîc mutare ausus sum, veritus ne gravius ulcus lateret: nam & claudicat manifeste versus, nec ulla satis expedita ratio, qua ei mederemur, occurrebat.

Vers. 5. Emendationem λαβὼν οὖν nobis praeivere d GROTIUS & CORAY: eamdem a SCALIGERO etiam in ora libri, quo is olim usus fuerat, adnotatam Grotius reperit. Paulo aliter CASAUBONO placuerat, Ὄξος λαβὼν, εἶτ' εἰς λεκ. Ad *versum* 6. adnotaverat idem CASAUBONUS: »Non concoquo τὸ ξυνεὶς, nec scio quî emen»dem.« — Quo magis mirari subit, invitis libris eam scripturam in contextu ab illo positam, quam & mendosam esse ipse intelligeret, & quî emendanda esset nesciret. Nec enim ξυνεὶς habent ed. Ven. & Bas. nec codex mstus, sed ξυνιεὶς: quae scriptura nonnisi in accentu peccabat. Nam, quod perspecte CORAYUS vidit, ξυνιεῖς fuerat scribendum: »quod est (inquit) loquendi genus »parentheticum, ut mox in vers. 15. μανθάνεις.« Quod autem continuo adiicit idem Vir doctissimus: »Sed reli»qua versus pars claudicat:« videtur penultimam in ipso illo verbo ξυνιεῖς brevem statuisse. At verbum ἵημι cum suis compositis primam vocalem iota constanter productam habere, magno exemplorum numero docuit BRUNCKIUS ad Aristoph. Lysistr. 157. quibus alia adiecit in Indice sub voce ἵημι. Similiter versum hunc GROTIUS, praeeunte SCALIGERO, correxerat: sed hi quidem ξυνίεις penacute scripsere, minus commode: est enim ξυνίεις tempus praeteritum imperfectum, ξυνιεῖς vero praesens, quod unice convenit huic loco. Prorsus vero Grammaticae rationi repugnat, quod in eamdem quidem sententiam (*in-*

d *telligis?*) hîc ponendum ſtatuit PALMERIUS, ξυνίει; Exercit. in Auctor. Graec. p. 511.

Verſ. 7. Si teneas vulgatum ἐνθεὶς, ſtatuendum fuerit, ad illam quaeſtionem, (verſ. 4.) *quo pacto malum hoc ſanabile eſt?* non aliter niſi per *participia* reſponderi, λαβὼν, ἐγχέας, ἐνθεὶς: quod non ferendum videbatur. Quare neceſſariam certamque iudicavi CORAYI emendationem, ἔνθες (in imperativo) ſcribi iubentis.

Verſ. 8 *ſq.* Quum in edd. ſic legeretur,

— καὶ ζυμουμένην,
ὥσπερ κίσηρις λήψεται διεξόδους:

adnotavit CASAUBONUS: »Lege, καὶ ζυμουμένη »ὥσπερ κίσηρις λαμβάνει διεξόδους:« ubi quidem, quod λαμβάνει ſcripſit, id imprudenti & invito excidiſſe videtur; nam nec in ullo libro reperitur illa ſcriptura, nec in vulgata λήψεται quidquam deſideratur. ζυμουμένη vero, quod etiam a SCALIGERO commendatum Grotius repererat, recte exhibet noſter codex mstus. Recte item κίσηρις, idem codex.

Verſ. 11. »Male τὰ κρέα δι' ἔσται.« [At δ' ἔσται, non δι' ἔσται habent edd. cum Msto.] »Scribendum, τὰ »κρεάδι' ἔσται. Ut *mollitiem carnium* indicet, non κρέα »appellat, ſed κρεάδια. Propterea addit, (*verſ.* 12.) fieri »illa δροσώδη τὴν σχέσιν: hoc eſt, ut vulgo etiam loqui »ſolemus, *tenera inſtar roris.* Quia *ros* eſt ἀσθενὴς καὶ ἀδρα»νὴς ὄμβρος, ideo *rori* comparantur quae ſunt *tenera & mol»lia.* Alciphron, in Epiſtola quadam: Σχετλια πεπόνθα»μεν. τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ, καὶ μήτραι, καὶ ὕπαρ δρόσῳ »προσεικὸς διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λεπτότητα, παρέκει»το. ἡμῖν δὲ ἔτνος ἦν τὸ βρῶμα. Aeſchylus quoque, in »Agamemnone, δρόσους nominat teneros avium pullos. »Anacreon: ἀπαλὸν δὲ καὶ δροσώδες στεφέτω μέτωπον »ὀφρῦς. Ab eâdem mente τοιτίαν ἔερσαν, Nemeonicarum »odâ ſeptimâ, quidam e veteribus expoſuerunt *coralium* »*quod lentet adhuc.* Sed primus omnium pater elegantiarum »Homerus ἔρσην, id eſt *rorem*, tenellos agniculos vocavit »in decimo Ulyxeae, [verſ. 22 ſq.] χωρὶς μὲν πρόγονοι, »χωρὶς δὲ μέτασσαι, χωρὶς δ' αὖτ' ἔρσαι: quaſi dicat, »τὰ ἐρσώδη ſive δροσώδη πρόβατα. Theophraſto etiam di»citur veris aër, μαλακὸς καὶ δροσώδης, *mollis ac tener*: »etſi aliter etiam poſſumus eam vocem interpretari.« CASAUBONUS.

Verſ. 12. Pro ἀτρέμα, eſt ἀτρεμεὶ in ms. *A.* inſolita aliâs forma.

Verſ. 13 *ſq.*

Α. Ἄπολλον, ὡς ἰατρικῶς! ὦ Γλαυκία,
ταυτὶ ποιήσω. Β. Καὶ παρατίθει γ' αὐτὰ, παῖ, &c. e

In ſuperioribus editt. & in msstis, ſicut alibi nusquam, ſic ne hic quidem diverſae perſonarum partes propriis notis distinguuntur. Illa distinctio lectoris cuiusque aut interpretis iudicio permiſſa eſt. Quo iudicio percommode ſaepe uſus eſt DALECAMPIUS, lectoribusque praeivit: ſaepe vero etiam, ut ab illo discedamus, ratio ſuadet: ſubinde rurſus incertus haereas. Hunc locum ille ſic interpretatus eſt, ut verba iſta, ὦ Γλαυκία, cum his quae per aliquot verſus ſequuntur, alteri perſonae tribueret, cuius eſſet oratio huiusmodi: *Glaucia, hoc facito, & ita, puer, apponito, &c.* Notavitque in ora: »*Glauciam* eſſe *pueri* nomen.« — Quem hactenus ſecutus eſt GROTIUS, ut, poſtquam illa, Ἄπολλον, ὡς ἰατρικῶς, perſonae *A.* tribuiſſet, dein proxima ὦ Γλαυκία &c. perſonae *B.* tribueret, & vulgatum ποιήσω in imperativum ποίησαι (commodius puto, in eamdem ſententiam fuiſſet ποίησον, activâ verbi formâ) mutaret. Sed in hoc deſeruit Dalecampium, ut eidem perſonae *B.* nonniſi quatuor verba, reliqua vero rurſus perſonae *A.* tribueret. Sic igitur ille:

Α. Ἄπολλον, ὡς ἰατρικῶς. Β. Ὦ Γλαυκία,
ταυτὶ ποίησαι. Α. Καὶ παρατίθει γ' αὐτὰ, παῖ, &c.

Quae latine ſic convertit,

A. *O Iuppiter, quam medice!* B. *Fac ita, Glaucia, ut imperavi.* A. *Tum quando appones, puer,* &c.

Quo etiam pertinent eiusdem GROTII notulae hae: »ταυτὶ ποίησαι. Male erat ποιήσω: nos mutavimus.« Et: »Eſt *Glaucia* is ipſe *puer*, quem & alter pergit alloqui.« — Quae fortaſſe convenientiſſima ratio haud immerito videatur: ut perſona *A.* intelligatur eſſe *coquus magiſter*; *B.* vero *paterfamiliâs*, qui coqui operâ utitur; *Glaucias* autem ſit nomen ſervuli, qui vel patrisfamiliâs ſervus fuiſſet coquo miniſtrans, vel ipſius coqui diſcipulus aut ſervulus; cuius nullae fuiſſent in iſto ſermone partes loquendi. Quod vero ad nomen Γλαυκία idem GROTIUS adnotavit: »Ita recte *Scaliger*, pro Γλακία:« — id quo pertineat, exputare non poſſum: nam in nulla editione Γλακία legebatur; omnes veram ſcripturam Γλαυκία tenent.

e Nos, quum ſcripturam ποιήσω, quam cum editis tenet vetus codex noſter, in contextu mutare non auderemus, verba illa ὦ Γλαυκία, ταυτὶ ποιήσω, perſonae *A.* tribuere debuimus.

Verſ. 15. Vulgatum olim ὅταν παρατίθῃς tenuerat etiam *Grotius*, ſic tamen ut vocali η ſubſcriberet *iota*: ſed mutato accentu παρατιθῇς utique ſcriptum oportuit.

Verſ. 17. Quum ſic ederetur, ἀλλ' ἀνωμαλίσι καταφαγὼν, adnotavit CASAUBONUS: »Scripti quidam »ἀνωμαλίσει. Nihil hîc intelligo.« — Iſtud ἀνωμαλίσει habet noſter cod. *A.* alioqui nil mutans. Caeterum in eadem ſcriptura haud obſcure latere id ipſum exiſtimavi, quod GROTIUS edidit, a SCALIGERO acceptum, ἀλλ' ἄνω μάλ' εἶσι καταφυγών. Cui quidem emendationi quid opponi poſſet, praeclare obſervavit doctiſſimus CORAY, in *Notis mſstis*: »Caſtigabat, inquit, olim *Scali»ger*, ἀλλ' ἀνω μάλ' εἶσι καταφυγών: recte quidem: ſed »illud καταφυγὼν debebat ſaltem (ſi per metrum liceret) »eſſe καταφυγοῦσα, ut referri poſſet ad ἀτμίς. Equidem »exiſtimo, Comicum ſcripſiſſe:

»— ἀλλ' ἄνω μολήσει κατ' οὐρανόν:

»alludentem ad Homericum illud, Iliad. α'. 317.

»κνίσσῃ δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ:

»& ad alterum illud, ibid. ξ'. 174.

»ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἷκετ' ἀϋτμή.

»Quod & Plautus, Pſeudol. Act. III. Scen. II. vs. 52. ita »eſt imitatus:

»*Is odos demiſſis pedibus in coelum volat.*«

Pererudite ſane: attamen difficile dictu fuerit, quonam erroris genere ab expeditiſſimâ ſcripturâ κατ' οὐρανὸν ad illam κατα φαγὼν deviare potuerint librarii: tum, quamvis commode locum hic tueri verbum μολήσει poſſit, tamen haud paulo probabilius nobis videbatur, ex ἄνω μάλ' εἶσι, quam ex ἄνω μολήσει ortum eſſe iſtud ἀνωμαλίσει, quod vetus codex habet. Illud utique non diffitendum, ad vocabulum foeminini generis ἀτμὶς, ſubtilius ſi ſpectes, referri debuiſſe foemininum participium καταφυγοῦσα. Sed quum ab hoc participio ſatis longo intervallo abſit ſubſtantivum, haud abſurde fortaſſe ſtatuerimus, quod tragici poëtae in acri ſermonis impetu ſubinde licitum ſibi putant, ut ad ſubſtantivum foemininum referant participium masculini generis, eamdem veniam in neglectiore

ſermone familiari ſibi ſumere potuiſſe hunc comicum; e praeſertim quum auditori, licet praeceſſerit vocabulum ἀτμὶς, tamen, quoniam perinde & ἀτμὸς dici potuerat, haud ita moleſte ad aures accidere debuerit masculinum καταφυγὼν perapte conveniens cum vocabulo ἀτμὸς, non expreſſo illo quidem, ſed tamen menti auditoris facile occurrente. Id ſi nullo pacto ferendum iudicaveris, malim equidem ἀτμὸς pro ἀτμὶς reponi, quam deſeri ſimpliciſſimam illam emendationem καταφυγών.

Verſ. 18. Ad vulgatum Πολλῶν τ' ἀμείνων, recte CASAUBONUS monuerat: »Scribe, Πολλῷ γ' ἀμείνων.« Cui merito obſecutus eſt Grotius.

Poſtremis verbis, ὃ λέγεις, οὐ λέγεις· τέχνην δ' ὀνειδίζεις: quaenam ineſſet ſententia, haud ſatis percepi. GROTIUS, iſta τέχνην δ' ὀνειδίζεις latine ſic reddens, *artique probro es*, videtur verbum αἰσχύνειν in animo habuiſſe. Longe vero aliud eſt ὀνειδίζειν.

AD CAP. XXXI.

ἐκ Δυσκόλου Μενάνδρου. Sic vetus codex cum ed. Ven. & Baſ. nec ſatis praegnans cauſſa erat, cur Μενανδρίου corrigeremus, quod tacite factum in ed. Caſ.

In MENANDRI eclogâ, quum veluti unum verſum ef- f ficientia ſcriberentur verba iſta, Οὐδ' εἷς μάγειρον -- διέφυγεν: recte GROTIUS in Excerpt. pag. 719. Οὐδὲ εἷς ſcripſit, quae eſſent poſtrema verba verſus praecedentis. Et οὐδὲ εἷς exſerte ſcriptum habet etiam noſter cod. *A.* οὐδεεὶς vero (ſic) ms. *Ep.*

DIPHILI verſiculos, nonniſi eo conſilio adpoſitos adparet, quo ſibi aditum pararet auctor noſter ad disputationem de *Anſeribus*, quae proximo capite ſubiicitur. Coquum eſſe adparet, qui iſta apud poëtam loquitur. Totam eclogam omiſit Breviator. *Verſ.* 2. συμπηκτὸν bene edd. συμπυκτὸν ms. *A.* Ad *verſum tertium*,

χοιρίδια περιφόρεινα, κρομβώσας ὅλα:

haec adnotavit CASAUBONUS: »Lego,

»χοιρίδια περὶ φορίνην ἄκραν κραμβαλέα.

»Paullo ante, [pag. 381. c.] καὶ τῆς φορίνης γενομένης »κραμβαλέας.« — Sed opus-ne admodum fuerit tanta molitione, etiam atque etiam videndum. De porcello ſemi-elixo & ſemi-aſſo iam ſuperius loquens auctor no-

fter, pag. 376. c. dixerat οὗ τὸ μὲν ἥμισυ κραμβαλέον ἦν: id eſt, bene *aſſum & toſtum*, ſive, ut Heſychius interpretatur, ξηρὸν καὶ κάμπυρον: quod quid ſit ubi de *cute* agitur *aſſi porcelli*, facile intelligunt quibus non ignotus ille cibus. At non modo vocabulum κραμβαλέος hac notione uſurpabatur, ſed & κράμβος: ut cum aliunde, tum ex eodem Heſychio diſcimus. Quare, ſicut a κραμβαλέος derivatur verbum κραμβαλίζω, quidni perinde a κράμβος formari potuerit verbum κραμβόω, quod vi ipſius formae ſignificaverit κράμβον ποιῶ, id eſt, *facio ut cutis porcelli bene aſſa, bene toſta ſit, ita ut inter dentes ſuaviter crepitet?* Iam vero, pro κράμβος perinde & κρόμβος uſurpatum fuiſſe, idem Heſychius (in voc. Κρόμβος & in Κρομβότατον) diſerte docet. Quare nec in verbo κρομβόω, unde κρομβώσας dixit apud hunc comicum coquus, quidquam eſt cur ſuſpectum nobis eſſe debeat. Porro quemadmodum ἡ φορίνη *cutem porcelli* ſignificat, quidni χοιρίδιον περιφόρινον intelligamus *porcellum ſua cute undique tectum?* Et poteſt quidem diphthongus ει in vulgatâ ſcripturâ περιφόρεινα ex genio ſeculi quo vixit ſcriba noſtri codicis, aut ex ipſius more eſſe, *diphthongum* illam pro ſimplici *vocali ι longa* ponere ſoliti: nec tamen citra dubitationem nobis licet vitii arguere illam ſcripturam; cum praeſertim etiam φορείνην, pro φορίνην, probatus codex mſtus habeat apud Pollucem VI. 55. — His ſcriptis, video ipſum etiam CASAUBONUM in emendatione a ſe propoſita ſibi non ſatisfeciſſe. Nam loco eorum, quae ex *prima editione Animadverſionum Caſauboni* (quae una ab ipſo curata eſt) ſupra adpoſui, in *editione ſecunda & tertia* (in quibus, rariſ quibusdam locis, nonnulla ex auctoris ſchedis adiecta ſunt, uncis incluſa) ſic ſcribitur: »Χοιρίδια περιφόρεινα »κρομβώσας ὅλα. (Haec ego non intelligo. Coniiciebam) »χοιρίδια περὶ φορίνην ἄκραν κραμβαλέα. Paullo ante, καὶ »τῆς φορίνης γενομένης κραμβαλέας. (Sed non ſatisfacio »mihi in hac coniecturâ. Pro κρομβώσας, quod nihil ſignificat, *Scaliger* ſubſtituebat θρομβώσας. Agnoſco vo»cem probam θρομβοῦν, pro *cogi in grumos*, apud Nican»drum & alios. Sed eget adhuc medicinae hic locus.)«

Verſ. 4. Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ ζυσήματι.

»Plinius de *iecore anſeris: Fartilibus in magnam amplitudinem* »*creſcit: exemtum quoque, lacte & mulſo augetur.* Nota res »ex poëtis latinis. [Satis hodie omnibus uſu nota.] Iis

»autem quae differuntur hoc loco de *altilibus anſeribus*, »adiice quae libro XIV. appinguntur hîc praetermiſſa.« CASAUBONUS. — Uno verbo *altilium anſerum* libro XIV. mentionem factam reperio, pag. 657. a. *Durium*, *Dureum* vel *Durateum anſerem* dicit, cum praegrandem, tum multis praeſtantibus rebus farctum; ab *equo Troiano*, qui δούριος, δούρειος & δουράτεος veteribus dictus; partim quod *ligneus* eſſet, maxime vero quod *homines armatos intus* includeret. Vide Odyſſ. θ'. 493. ibique interpretes; & Euripidis Troad. vs. 14. ibique Barneſ. Δούριον h. l. ſcribitur in ms. *A.* non male per ſe, (vide Heſych. h. v.) ſed contra metrum. Recte Δούρειον edd. ut apud Euripidem l. c. & apud Euſtath. ad Od. θ'. pag. 323. l. 16. & alibi. Confer Noſtrum XIII. 610. c.

AD CAP. XXXII.

Θεόπομπος μὲν ἔφη ὁ Χῖος &c. Conf. XIV. 657. a. b. ubi a eadem leguntur paulo auctiora.

Ἐπιγένης δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Βάκχαις. ἐν Βακχείᾳ cum BENTLEIO (*Diſſert. upon the Epiſtles of Phalaris* pag. 236.) legendum cenſuit FABRICIUS, Bibl. Graec. T. I. pag. 678. Vide infra, XI. 498. e. & ſupra, III. 75. b. ibique not. In *EPIGENIS* verſiculo, pro χῆν' ἔτρεφέ με, eſt χῆνα ἔτρεφέ με in ms. *A.* Sed χῆνά μ' ἔτρεφεν corrigendum monuere BENTLEY l. c. & TOUP ad Longin. cap. 43. p. 229. At enim multo his ſolertior ſcilicet artifex, interpres Gallicus, in Nota ad hunc locum docuit, ſublata de voce ὥσπερ poſtremâ ſyllabâ perfectum proditurum ſenarium verſum, nempe huiusmodi,

ἀλλ' εἴ τις ὡς χῆν' ἔτρεφέ με λαβὼν σιτευτόν.

Cuius artificium doctiſſimo homini nemo invidebit.

ARCHESTRATI verba, veluti metro ſoluta, adpoſita b vulgo erant: ubi cum legeretur σκευάζει νεοττὸν ὀπτὸν, adnotavit CASAUBONUS: »Melius ὀπτῶν.« — At nihil impediebat, quo minus vulgatum ὀπτὸν teneremus. Haud dubie vero verſus unus cum dimidio ita, ut a nobis factum, conſtituendus erat; vulgatum σκευάζει autem in σκεύαζε debuit mutari, cum metri cauſſa, tum ob conſtantem *ARCHESTRATI* uſum *praecipiendi imperandique* quid fieri vellet a ſuis in arte Gaſtronomica diſcipulis. Sed aliena utique videri debet praecedens particula

b ὃς, quae aut delenda fuerit, aut in οὕτως ſive in aliquid aliud mutanda; niſi ante illam voculam intercidiſſe ſtatuamus nonnihil, quod cum illa coniungi debuiſſet.

ὁ περὶ πάντων πάντας ἀπαιτῶν. Percommode Dalecamp. *cum de omnibus omnia perconteris:* quaſi πάντα ἀπαιτῶν legiſſet.

Cratini verba videntur initio trochaici verſus locum ſuum olim habuiſſe.

Homerica verba, quae primo loco citantur, ſunt ex Odyſſ. ο'. 161. In his cum ἄρπιν pro ἀργὴν legeretur in editt. vett. conſentiente msto *A.* (nam in *Epit.* deſunt poëtae verba) veram ſcripturam reſtituit Casaubonus, monuitque in Animadverſionibus: »Edebatur ἄρπιν. Fe»cimus ἀργήν. Nam ἅρπις nihil ad rem. ἅρπη autem, »etſi dicitur quibusdam ζῶον αἰετῶδες, milvo tamen pro»pior quam aquilae, neque hîc locum habet eâ ſignifica»tione.« — Quam facile ex ΑΡΠΙΝ, ΑΡΓΙΝ fieri potue-
c rit, in oculos incurrit. *Alterum verſum* in eodem Odyſſeae libro habes haud multo poſt ſuperiorem, num. 174. *Tertius* exſtat in Od. τ'. 536. Sed quum dixerit Athenaeus, *Homerum* eâ voce & in *foeminino* & in *masculino genere* uti: duobus prioribus locis in foeminino genere poſitum nomen eſt, in tertio vero verſu nulla generis nota adparet. Quare ſuſpicari quis poſſit, in eo verſu, quem ſecundo loco adpoſuit auctor noſter, legiſſe eum fortaſſe ἀτιταλλόμενον, quamquam ἀτιτηλομένην habeant hodie libri Athenaei haud ſecus ac Homerici. Sed nil opus videtur, ut eo confugiamus. Quoniam uſu pervulgatum erat, ut ὁ χήν masculine dicerent Graeci, parum neceſſarium iudicaverat Deipnoſophiſta eius generis exempla adponere. Caeterum in masculino genere poſitum habes nomen in Odyſſ. τ'. 552 ſq.

περισπούδαστα δὲ ταῦτα (τὰ χήνεια ἥπατα) κατὰ τὴν Ῥώμην. »Plinius libro X. cap. 22. de Anſeribus: *Noſtri ſa»pientiores, qui eos iecoris bonitate novere.*« Casaubonus.

μνημονεύει Εὔπολις ἐν Στεφανοπώλισι. »Lego Εὔ»βουλος: cuius poëtae *Stephanopolidas* ſive *Coronarias*, »laudat libro XV. non ſemel;« [lib. XIII. pag. 557. f. & XV. 679. b.] »at *Eupolidis* eo lemmate fabulam quis »veterum nominavit?« Casaubonus. — *Eubuli Stephanopolidas* laudari etiam a Polluce lib. X. ſect. 120. & ab Homeri Scholiaſta Villoiſoni ad Iliad. π'. 234. adno-

tavit diligentissimus HARLES ad Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 443. Quo maior veri species emendationi a Casaubono propositae accedit. Locus Athenis ubi sedebant αἱ στεφανοπώλιδες videtur οἱ στέφανοι vulgo dictus fuisse; de quo monuimus ad pag. 380. f.

AD CAP. XXXIII.

Ἦσαν δὲ καὶ ἡμίκραιραι πολλαὶ δελφ. Conf. p. 368. e.

ὁ καλούμενος κρεωκάκκαβος. Sic uterque codex mstus; d non κρεοκάκκαβος, ut erat editum. Et scripturam istam desiderabat analogia. Nam composita talia nomina a genitivis casibus ducuntur, qui a κρέας est κρέατος, & contracte κρέως, per ω longum. *Ibid.* »λέγειν δὲ οὕτως Ἀριστο»φάνης ὁ γραμματικὸς Ἀχαιούς, ὁ Μυρτίλος ἔφη. Deest »verbum φησὶ post nomen Ἀριστοφάνης. Nam vertendum: *Myrtilus tum dixit, scribere Aristophanem Gram»maticum*, κρεοκάκκαβον [immo κρεωκάκκαβον] *esse vocem »Achivorum. Myrtilus* fuit unus e convivis. Interpres sus»tulit haec verba, ὁ Μυρτίλος ἔφη. Sed bene est, quod »non datum ei sine provocatione imperium.« CASAUBONUS. — Eo facilius omitti per scribae incogitantiam verbum illud φησὶ, (quod sententia utique postulare videtur) potuerat, quoniam in eadem phrasi duo etiam similia verba, λέγειν & ἔφη, continentur. Omissis nominibus, cum *Aristophanis*, tum *Myrtili*, caetera commode his verbis complexus est Epitomator: Ὅτι ὁ κρεωκάκκαβος κρέα ἐστὶ συγκεκομμένα μετὰ αἵματος καὶ λίπους ἐν ζωμῷ γεγλυκασμένῳ παρὰ Ἀχαιοῖς.

Ἀντικλείδης δ' ἐν ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ Νόστων. »De hoc »& aliis *Nostorum* poëtis diximus in superioribus libris. »Sed cogitemus de hoc numero: nam quale id poëma »fuit, quod *libros* contineret LXXVIII. aut etiam plures?« CASAUBONUS. — Vide Animadv. ad IV. 157. f. In numero nil dissentit ab editis codex mstus. Fortasse vero non tam per iustae magnitudinis *libros*, quam per singulos Νόστους (id est, singulorum virorum notabilium *Reditus*) distributum erat illud opus. *Ibid.* μελλόντων Χίων ὑπ' Ἐρυθραίων ἐξ ἐπιβουλῆς ἀναιρεῖσθαι. *Erythraeorum* belli cum *Chiis* uno verbo meminit Herodotus, I. 18.

Ἀναβραστῶν δὲ κρεῶν μνημονεύει Ἀριστομένης Γόησιν οὕ- e τως. »ARISTOMENIS, poëtae comici, cognomento Συρο-

e »ποιοῦ, & fabulae illius Γόητες inſcriptae, meminit non »ſemel hic auctor. [Vide VII. 287. d. & XIV. 658. a.] Hîc »vero deeſt illius poëtae teſtimonium. [nec minus in ve»tuſtis msstis, quam in edd.] Poſſumus Ariſtophaneum »loco Ariſtomenei ſubſtituere. Ait enim comicus in Ra»nis: [vs. 553.]

»Καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν ἀνάβραστ' εἴκοσιν
»ἀν' ἡμιωβολιαῖα. ——

»Vetus interpres exponit, ζεστὰ ἠψημένα, *quae fervendo »cocta fuerint*, in caccabo nempe. At in Acharnenſibus »ait idem poëta: [vs. 1005.]

»'Αναβράττετ', ἐξοπτᾶτε, τρέπετε, ἀφέλκετε
»τὰ λαγῶα ταχέως.« CASAUBONUS.

Habes item κίχλας ἀναβράστους in Pherecratis ecloga ex Perſis, apud Noſtrum VI. 269. e. a ſing. ἀνάβραστος, voce antepenacutâ; quâ formâ communis generis nomen eſſe potuit: item in eiusdem Pherecratis teſtimonio ex Metallicis, ibid. lit. *b.* ubi quidem pro eo quod vel olim edebatur, vel a nobis editum eſt, ſic ſcriptum oportuiſſe docuit PORSONUS: (ad Euripidis Med. vs. 44.)

ὀπταὶ κίχλαι δ' ἐπὶ τοῖσδ' ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι,

collatâ veterum librorum & Aldinae editionis ſcripturâ apud Pollucem, VI. 60.

Καὶ ὄρχεις ἥσθιον. »Athenaei ſunt, non [ut Dalecam»pius acceperat] Ariſtomenis, ſequentia verba: Καὶ ὄρ»χεις δὲ ἥσθιον, οὓς καὶ νεφροὺς ἐκάλουν. Ac miror, po»tuiſſe in hoc decipi viros eruditos: verum hoc ideo, »quia deeſſe Ariſtomenis verba non cogitabant.« CASAUBONUS. — Paulo inferius rurſus eiusdem cibi meminit auctor, p. 395. ubi παραστάτας etiam nominari ſolitos τοὺς ὄρχεις docet. Sed vide proximam Animadv. Velim vero probati libri auctoritate ſic ſcripſiſſet Caſaubonus, Καὶ ὄρχεις δὲ ἥσθιον &c. ſed nec in edd. nec in vetuſto cod. *A.* particula δὲ comparet, quae perapta utique foret huic loco.

Ἔπειτ' ἐπὶ τούτοις &c. »Quod autem etiam *teſticulis* »veſci ſolerent antiqui, probatur auctoritate PHILIPPI»DAE comici, cuius haec ſunt verba:

»Ἔπειτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἦκ' ὄρχεις φέρων
»πολλούς. τὰ μὲν οὖν γύναια τ' ἄλλ' ἡκκίζετο·
»ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα,
»καλοί γε, φησὶν, οἱ νεφροὶ, νὴ τὴν φίλην
»Δήμητρα. καὶ δύ' ἁρπάσασα κατέπιεν·

» ὥσθ' ὑπτίους ὑπὸ τοῦ γέλωτος καταπεσεῖν.
» Secundum verſum immutat Dalecampius: qui eſt vel
» Crotone ſanior. Verte: *Venit tandem aliquis multos affe-*
» *rens teſticulos: ac caeterae quidem mulieres iis veſci* [*ſimula-*
» *te*] *recuſabant: Gnathaena vero ſceleſta, ridens, Eccere, in-*
» *quit, pulchri hi renes ſunt: & ſimul duos rapuit, ac devora-*
» *vit*, &c. Νεφροὺς autem appellarunt teſticulos illi quos
» εὐθυρρήμονεῖν pudebat. Latini veteres *polimenta*: vulgo
» Graeci παραστάτας. Sequitur poſt paginas aliquammul-
» tas, Παρῆσαν δὲ ἡμῖν καὶ καλούμενοι παραστάται: &
» ſtatim, εἰσὶ δ' οἱ ὄρχεις οὕτω καλούμενοι. Melius feciſſet
» auctor, ſi haec iunctim, non ſeparatim, poſuiſſet. *Ter-* f
» *tius verſus* tibicine fulciendus, ne claudicet:

» ἡ δ' ἀνδροφόνος αὖτ» Γνάθαινα γελάσασα.« CASAUB.

At malo non medetur iſtud fulcrum, ob penultimam in γελάσασα productam. Quare alia ineunda ratio. Fortaſſe non displicuerit,

ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαιν', ἐπιγελάσασα δή.

AD CAP. XXXIV.

Turbatum aliquid eſſe in illis verbis ἥδιστα γεγονέναι καὶ τὸν μετ' ὀξυλιπάρου ἀλεκτρυόνα, vix negari poteſt. Si caetera ſana atque integra, ἥδιστον certe ſcriptum oportebat, quemadmodum paulo poſt ait, ἥδιστον εἶναι ὀψάριον &c. *Ibid.* ὁ φιλεπιτιμητὴς Οὐλπιανός. Vi- a de notata ad VIII. 362. b.

Ὀξυλίπαρον δὲ τί ἐστί; » De *oxyliparo* dictum aliquid
» libro ſeptimo. [Vide VII. 293. c. & pag. 295. b. ibique
» not.] Ex nomine ipſo patet natura *condimenti: quod pin-*
» *gui conſtabat & aceto aut rebus aliis acidis.* Sed id vocabu-
» lum parum uſu receptum fuiſſe indicat Ulpianus, cum
» addit: πλὴν εἰ μὴ καὶ κόττανα καὶ λέπιδιν (vel potius
» λεπίδιον) τὰ πάτρια μου νόμιμα βρώματα ὀνομάζειν μέλ-
» λετε. Quaſi dictio *oxyliparum* non minus eſſet Graecis
» barbara, quam *cottana* & *lepidium*, quae ſunt Syriaca-
» rum rerum Syriacae appellationes, ut expoſitum eſt li-
» bro III. cap. XXXII.« CASAUBONUS. — Vide III. 119. b. ibique notata: ubi etiam monuimus, in ſcriptura λέπιδιν nihil hîc diſſentire ab editis membranas *A.* (In *Epit.* vero haec deſiderantur.) Longe autem differre adparet κόττανα, quae hic dicuntur Ulpiano, ab ea quae κοττάνη

a apud Aelianum nominatur, De Nat. Anim. XII. 43. quam in inſtrumentis piſcatoriis ille commemorat. Porro mendoſum fuit utique, quod veteres editiones cum Msto dabant, *εἰ μὴ καὶ κόττανα ἡμᾶς καὶ λεπ.* At non ſatis erat, incommodam voculam tacite abiicere; quod fecit Caſaubonus. Poſſis ſuſpicari, *ὑμεῖς* ſcriptum oportuiſſe: ſed *ἡμῖν* nobis probabilius videtur.

· *καὶ, ὁ Τιμοκλῆς, ἔφη, &c.* Quis ἔφη. Puto, ille ἄλλος, quem initio huius capitis tacito nomine dixerat, *Εἰπόντος δὲ καὶ ἄλλου. Ibid. ἐν Δακτυλίῳ.* Sic iam ſupra corrigendum cenſueram, VII. 295. b. ubi idem citabatur teſtimonium. Vide ibi notata, Animadv. Vol. IV. p. 190 ſq. Si utique tenendum vulgatum *Δακτύλῳ*, non tam *digitum* equidem, quam *palmulam* intelligam. Sed verum puto id, quod a nobis editum. *Timoclis verſiculos* alio modo diſtinxeram ſuperiore loco. Nunc in ea ratione, quam praeivit in ſua editione Caſaubonus, (nam in ed. Ven. & Baſ. prorſus non diſtincti verſus erant) adquieſcendum putavi. Alter certe verſus,

ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται,

perfectiſſimus eſt ſenarius iambicus: in priore vero,

— *Γαλεοὺς, καὶ βατίδας, ὅσα τε τῶν γενῶν,*

praeter primum pedem, nihil deſideratur. Secundus pes, qui in iſto fragmento primus, eſt anapaeſtus, tertius dactylus, quartus tribrachys; nullus qui ſuum iſtum locum tueri non poſſit.

b *Ἀκρολίπαροι· τὸ δ' ἄλλο σῶμ' ὑπόξυλον.*

»Habitus corporis in quibusdam hic eſt, ut, cum faciem »ſpectes, ſucculentos & pingues putes; qui tamen reli»quo corpore ſint exſucci, macilenti, & ſolum oſſa ac »pellis, quod aiunt. De iſtis videtur *Alexis* nomen *ἀκρο»λίπαρος* uſurpaſſe, ut colligi poteſt ex illius verſu, *Ἀκρο»λίπαροι &c. In ſummo pingues ſunt: at reliquum corpus eſt »inſtar ligni aridum.* Elegans vox *ὑπόξυλος*: cuius transla»tio longius etiam ab optimis ſcriptoribus extenditur; ut »cum *ieiunos & elumbes* oratores vocat Hermogenes *ὑπο»ξύλους σοφιστὰς*, in libro *Περὶ Ἰδεῶν*, ubi Scholiaſtes »vetus docte: *ὑπόξυλα*, ait, *κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλ»ματα, οἷς ἐκ ξύλων κατεσκευασμένοις, ἐπὶ πολλοῖς* (ſcri»be *ἐπιπολῆς*) *ἐπελήλαται ἀργυρος ἢ χρυσός· κεῖται δὲ »ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ »τὰ ἔνδον. καὶ Μένανδρος Πειρινθέᾳ* (ſcribe *Περινθίᾳ*) *φη-*

»σίν· Οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος: ἀντὶ τοῦ κίβδη- b
»λος καὶ οὐ γνήσιος. Huic contrarium eſt κατάχρυσος,
»ſimili translatione. Diphilus: Εὖγ' ὁ κατάχρυσος εἶπε
»πόλλ' Εὐριπίδης.« CASAUBONUS. — De voce ὑπόξυλος conſulendus inſuper Pollux, III. 56. &, qui hunc alios-que laudavit, LENNEP ad Coluth. pag. 156. Vide etiam infra, X. 509. d. Τὸν ἀκρολίπαρον, *ſumma tantum parte unctum* interpretatur CORAY ad Xenocrat. pag. 180. ubi plura adiectiva nomina ex ἄκρος compoſita collegit, vimque eorum expoſuit.

ὁ τὰς ἀκάνθας ἀγείρων Οὐλπιανός. Conf. III. 97. d. & VIII. 347. e. *Ibid.* Ποῦ κεῖται, ἔφη, ὀξάλμη; Fortaſſe ἡ ὀξάλμη ſcripſerat auctor.

ὀ ψ ά ρ ι ο ν γὰρ παρ' οὐδενὶ τῶν ζώντων λεγόμενον οἶδα. »Si
»hoc dicit Ulpianus, ſe in nullius eorum qui tunc vive-
»rent ſcriptis reperiſſe vocem ὀψάριον, nihil habeo quod
»ei ſuccenſeam: ſin de univerſis ſcriptoribus ſenſit, me-
»moriam accuſet ſuam; cum in praecedentibus ea vox
»habeatur tot locis. Recte autem monemur ab auctore
»Excerptorum, ὀψάριον in allatis Athenaeo locis eſſe *pi-*
»*ſcem.*« CASAUBONUS. — At numquam Ulpianum de ſuae aetatis hominum ſermone quaerentem facit Auctor noſter; ſed de veterum ſcriptorum uſu, maxime poëtarum. Atque ita hoc loco οὐδενὶ τῶν ζώντων ab eo dictum intelligi par eſt, pro οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων, *nemini hominum qui unquam vixerunt.* Quare deinde Myrtilus, initio ſequentis capitis, licet per iocum reſpondeat, *e viventium numero nos ita dicimus*, tamen continuo multorum veterum poëtarum teſtimoniis evincit illum uſum vocabuli ὀψάριον, de quo quaeritur. Nempe, ὄψον quidem Graecos non modo *obſonium* generatim, ſed & ſigillatim *piſcem*, vel potius *piſces* collective, dixiſſe, ſupra diſerte declaratum eſt, lib. VII. pag. 276. e. & ſaepe ea notione uſurpatum id vocabulum ſuperioribus libris reperitur. Nunc de *diminutivo* ὀψάριον quaeritur, an & hoc uſi ſint veteres, de *ſingulis piſciculis* loquentes: quem uſum apud illos obtinuiſſe, magno teſtimoniorum numero paulo poſt demonſtratur. Vide quae notamus ad initium capitis ſeq.

METAGENIS ex *Auris* verba, cum veluti nulla metri c lege adſtricta vulgo adpoſita fuiſſent, nullâ mutatâ literâ per quatuor verſiculos anapaeſticos distribuimus, praeeunte GROTIO in Excerpt. p. 867. Sunt autem illi, ſub-

c tilius si spectes, duo tetrametri catalectici, uterque in bina sua hemistichia distinctus; quorum priori deest pes primus. Eâdem metri lege decurrunt latini versiculi, quibus Graecos reddidit idem GROTIUS, in hunc modum:

Age, nunc, rogo, coenemus.
Post, si vis quaerere, quaere
quodcumque libet. Mihi namque fames
mirum quae oblivia portet.

Nuperus *Observationum in Athenaeum* auctor quid secutus sit nescio, cum veluti pro imperio, nullâ consilii ratione redditâ, praecepit: (pag. 104.) »Distingue & scribe:
»'Αλλ' ὦ 'γαθὲ δειπνῶμεν, κἄπειτά με πάντ' ἐπερώτα,
»ὅ τι βούλῃ, νῦν πεινῶν πῶς εἶμ' ἐπιλήσμων.«
Postremo hemistichio, δεινῶς, ut erat editum, sic recte scriptum in ms. *Ep.* In eodem libro eisdem accentibus, quibus nos cum superioribus editoribus usi sumus, scribuntur verba ista, δεινῶς πως εἶμ' ἐπιλ. Minus commode apud Grotium, δεινῶς πῶς εἶμ' ἐπιλ. Debebant ea, puto, subtilius si spectares, in hunc modum scribi, δεινῶς πώς εἰμ' ἐπιλ. Cum istis autem versiculis conferendi sunt qui ex eadem fabula citantur lib. VIII. pag. 355. a. ubi vide notata. Sed de titulo fabulae, e qua ductam hanc eclogam docet auctor, cum ait, ἐξ Αὐρῶν Μεταγένους, mireris dubitationem subortam CASAUBONO, cuius est ad ista verba Animadversio huiusmodi: »Potest videri Αὐ»ρῶν scriptum pro Ἀβρῶν: ut Καλαύροψ pro Καλάβροψ, »& hoc genus alia. Quin ipsum αὖρα pro ἄβρα legimus »apud Aristaenetum, libro priore, Epist. 22. Tamen & li»bro XIII. [pag. 571. b.] & apud Suidam, itemque in »Scholiis *Avium* Aristophanis, [ad vs. 873.] semper Αὖ»ραι. Restitue poëtae huius & fabulae istius nomen apud »Harpocrationem, in Οἰκίσκῳ, ubi reperies utrumque foe»de corruptum.« — Atqui eodem modo etiam supra apud Nostrum lib. VIII. pag. 355. a. scribebatur, τὸ ἐκ Μαμμακύθου ἢ Αὐρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον.

Καὶ ὁ Μυρτίλος ἡδέως πως συναποσγαφόμενος αὐτῷ, ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνῃ, ἀλλὰ πάντα λαλῇ. Miris ambagibus haec sic reddidit Dalecampius: *Tum Myrtilus eius orationi subscribens, ut in his citandis videlicet oneris nihil subiret, sed in tractandis, omnibus obloqui & obstrepere liberum esset.* Quae, quamvis longe ab auctoris mente aberrantia,

absque Animadverſione praetermiſit Caſaubonus. Nec ve- c
ro diffitendum, difficultate non carere hunc locum; cum ob alia nonnulla quae haud ſatis perſpicua videri poterant, tum quod pronomen αὐτῷ utrum ad *Cynulcum*, qui proxime verba fecerat, an ad *Ulpianum* eſſet referendum, prima fronte minus adparebat. Sed ex initio capitis XXXVI. pag. 386. c. ſatis intelligitur, ad Ulpianum pertinere id pronomen, & ſummam eorum, quae hîc dicit auctor, hanc eſſe: *Myrtilum perinde atque Ulpianum ſermones miſcendo potius, quam comedendo, tempus conſumere voluiſſe.* Ex quo ſimul intelligitur, vim verborum συναπογραφόμενος αὐτῷ, non eſſe poſſe, *eius orationi ſubſcribens:* nam de *oxalme* nihil adfirmaverat Ulpianus, ſed quaeſierat ſolummodo, quis veterum eo vocabulo uſus eſſet; de vocab. ὀφάριον vero plane contrarium eius, quod Ulpianus dixerat, contendit probatque Myrtilus. Igitur, quemadmodum lib. V. pag. 214. e. ſic & hoc loco συναπογραφόμενος αὐτῷ ſignificat *rationem eius probans, idem atque ille conſilium profeſſus:* quod quale fuerit, proximis verbis declaratur, ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνῃ, ἀλλὰ πάντα λαλῇ: nempe, *ut cibum nullum amplius caperet, ſed omnia loqueretur*, i. e. omne reliquum tempus ſermones miſcendo conſumeret. Iam illud ἡδέως πως poſſis quidem ad ipſa proxima verba συναπογραφ. αὐτῷ referre: ſed praeſtabit, puto, interpoſito commate, ἡδέως πως ad ἔφη referri, *ſuavi quodam modo, arridens, non ſine gratia, dixit.*

Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσιν &c. Eosdem CRATINI verſus, primo excepto, adpoſuit Pollux, lib. VI. cap. X. ſect. 69. Cyclopem induci loquentem ſatis adparet. *Verſ.* 3. κἀτ' d ἐς σκοροδάλμην. Sic ms. *Ep.* tam perſpicue, quam commode: neque aliud debuerat ms. *A.* in quo eſt κἀτ' ἐσκοροδ. Temere κἄτα σκοροδάλμην edd. quod ipſum non bono conſilio ex Athenaei editionibus apud Pollucem in recentioribus editionibus receptum; cum Aldina Pollucis editio recte κἀτ' ἐς σκοροδ. dediſſet, perinde ac noſtri libri. *Verſ.* 4. χλιερὰν recepi ex ms. *Ep.* χλιερὸν ms. *A.* χλιαρὸν edd. cum apud Noſtrum, tum apud Pollucem. Perinde per α & per ε ſcribi id nomen, ſed fere frequentius (apud Atticos quidem) per ε, paſſim obſervavimus in ſuperioribus libris. vide not. ad III. 123. d. *Foeminínum* vero genus aptius eſſe huic loco iudicavi quam *masculínum*. *Ibid.* ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἀπάντων. Recte monuit CASAUBO-

d NUS: » Emenda ex hoc loco Pollucis codices libro VI. » cap. X. «

ARISTOPHANIS teſtimonium exſtat in Veſp. vs. 330 ſq. Et ex Comici libris adoptandum foemininum θερμὴν putavi, pro masculino θερμὸν, quod hic vulgo legebatur. In ms. *Ep.* deſideratur hoc teſtimonium. In cod. *A.* vero per ſcribae incogitantiam θερμὸν poſitum, cum is adiectivum illud cum ſequenti ſubſtantivo ὀψάριον iungeret, nullâ interpoſitâ diſtinctione.

AD CAP. XXXV.

Ὀψάριον δὲ τῶν μὲν ζώντων &c. Vide paulo ante, lit. *b.* & ibi notata. De toto hoc capite Breviatori non niſi haec adponere placuit: Εἰπόντος, φησὶν (nempe ὁ Ἀθήναιος,) Οὐλπιανοῦ, τὸ ὀψάριον παρ' οὐδενὶ τῶν ζώντων λέγεσθαι, παρέφερέ τις πολλὰς χρήσεις, δι' ὧν ἐδείκνυτο ἐπὶ ἰχθύος τὴν λέξιν κεῖσθαι. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ προσφήματος. Caeterum ὀψάριον, de *piſciculo* dictum, habes etiam apud Iohannem Evangel. cap. 6. vs. 9. quem ad locum ſpiſſam exemplorum ſylvam e plurimis auctoribus congeſſit WETSTENIUS.

Πλάτων - - ἐν Πεισάνδρῳ. » Fabulae huius Plutarchus » meminit in Vita Antiphontis: ſed locus hodie corrupte » editur: κεκωμῴδηται δ' εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος » σὺν Πεισάνδρῳ. Scribendum ἐν Πεισάνδρῳ. « CASAUBONUS. — PLATONIS *verſus primus*, quum non diſtinctis perſonarum partibus vulgo ſcriberetur, Ἤδη φαγόν τι πώ ποτ' &c. ſic latine vertit Dalec. *Iam diu cum cibi nihil ſumſeris, quale eſt quod datur*; quaſi Graece ſcriptum eſſet, Μηδὲν φαγόντι πώ ποτ' ποῖα γίνεται. In editâ ſcripturâ nil mutat cod. *A.* niſi quod γείνεται pro γίνεται ſcribit: & deinde προσέστι, pro πρόσεστι. Qui *verſ.* 2. ait ὀψάριον, id eſt, *piſciculum*; is alios inſuper cibos nominaturus fuiſſe videtur, ni ſermonem intercepiſſet alter. *Verſ.* 3. πέρυσι non ſemper de *anno praeterito* dicitur: ſed generatim de *praeterito tempore*, ut Heſychius monuit. Commode *dudum* interpretatus eſt Dalec. In fine verſus ſuſpenſam eſſe & abruptam adparet orationem. Temere vero poſtremum verbum φαγὼν omiſſum eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Agnoſcit illud quidem editio Caſ. 1. cum ed. Ven. & Baſ. praeeunte codice msto. Malles tamen ἔφαγον. Sic qui-

dem ſententia plena foret, & nonniſi verſui defecturus eſſet pes poſtremus.

Pherecratis verſiculus fortaſſe interrogative accipiendus fuerit, ſic ſcribendo:

Τοὐψάριον τουτὶ παρέθηκε τίς ἡμῖν;

Sic quidem Dalecampius interpretatus eſt, *nobis ecquis apposuit?* non incommode. In eodem verſu, vocalis anceps *α* in vocab. ὀψάριον, quae in aliis exemplis corripitur, produci debebit. Sic in χορδάριον, III. 95. a. producta eadem vocalis.

In *Philemonis* verſu, pro vulgato παραλογίσασθ' ob metri legem corrigendum παραλογίζεσθ' monuit Bentleius in Emend. in Menandr. & Philem. pag. 113. Initio ſecundi verſiculi, poſſis nullo ſententiae discrimine perinde & ὀψάρια χρηστὰ ſcribere, & ὀψάρι' ἀχρηστα. Priori modo conſtructio verborum ſic concipienda, ut οὐδ' ἔχειν ὀψάρια χρηστὰ iungatur cum παραλογίζεσθαι: poſteriori modo intelligendum, οὐδ' ἀληθές ἐστι ἔχειν ὀψάρια ἀχρηστα.

Μένανδρος Καρχηδονίῳ. »Alii numero multitudinis »inſcribunt. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſp. [vs. 1493.] »μέσατος, ἀντὶ τοῦ μέσος. Μένανδρος Καρχηδονίοις.« Casaubonus. — »Χαλκηδονίῳ Suidas in Λιτυέρσης: perpe»ram. Fabulam hanc latine fecit Plautus in Poenulo.« Toup. Emend. in Suid. Part. III. pag. 572.

»Ex ea *Menandri* comoedia afferuntur haec,

»Ἐπιθυμήσας τῷ Βορέᾳ ἴδιον ὀψάριον οὐδὲ ἕν
»ἔλαβον, ἐψήσων φακῆν.

»Quae nihil ſignificant ita ſcripta. Lego

»— Ἐπεὶ δὲ ζύσας τῷ Βορέᾳ ἴδιον
»ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἐψήσω φακῆν.

»Inter praecipua piſcationis incommoda eſt ventorum »flatus vehementior.

»Λαβροὺς γὰρ τρομέουσι καὶ ἐχθαίρουσιν ἀήτας
»ἰχθύες, οὐδ' ἐθέλουσιν ὑπεὶρ ἅλα δινεύεσθαι.
»εὐκραεῖ δ' ἀνέμῳ περιδέξιος ἵσταται ἄγρη:

»ait vere Oppianus. [Halieut. III. 59.] Ideo *Boream* im»penſius *colebant* quorum vivendi rationes in piſcium ca»pturâ erant ſitae. *Hoc pietatis officio functum ſe* ait iſte pi»ſcator; *fruſtra tamen: nihil enim piſcium capere quitum eſſe: »quare ſibi rem rediiſſe*, non ad rectum quidem, ſed *ad len»ticulam.*« Casaubonus. — Sententiam recte adſecutus

e doctus Animadverſor, priorem verſiculum parum feliciter curavit. Infeliciore conſilio CLERICUS (in Menandri Reliquiis pag. 98.) partem vulgatae ſcripturae revocavit, ſic ſcribens:

— Ἐπιθυμήσας τῷ βορέᾳ ἴδιον
ὀψάριον, οὐδὲν ἔλαβον ἑψήσω φακῆν.

Quae ſic latine reddidit, Dalecampium fere ſecutus:

— *Cum cuperem, Borea flante, ſuavius*
Opſonium, nihil nactus elixabo lentem.

Nos partim BENTLEII, partim TOUPII rationes ſecuti ſumus: quorum ille in Emend. in Menandr. p. 36. ſic conſtituendos verſiculos cenſuit:

Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ λιβανίδιον,
ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἑψήσων φακῆν.

Haec inſuper adnotans: »Caſaubonus, cum θύσας (*hoſtiâ ſacrificans*) emendavit, oblitus eſt, id non tuiſſe pauperculi piſcatoris. *Suffimentum ex ture* ventis erat aptiſſimum: ſic Orpheus Hymnis, Βορέου θυμίαμα λίβανος: »*Aquilonis ſuffimentum, tus.* Ita & Νότου, & Ζεφύρου, »ibidem.« TOUPIUS, Emend. in Suid. p. 571. reliquam tenens *Bentleii* emendationem, ἑψήσω pro ἑψήσων ſcripſit cum Caſaubono: percommode, rectèque, ut nobis quidem videbatur. Idem, quo iuſta prodiret verborum periodus, ante duos iſtos verſus ponenda verba ἐπεὶ δ' cenſuit, in quae exiiſſet verſus praecedens. Quod additamentum ſicut facile equidem patiar, ſic parum neceſſarium iudicavi. Poterunt verba iſta, ἑψήσω φακῆν percommode ita accipi, ut ex abrupto pronunciata; poſtquam ſcilicet inhibito paulisper ſermone, quid nunc facturus eſſet, cogitaſſet piſcator. Ad eadem poſtrema verba non eſt praetereundum quod peropportune TOUPIUS (l. c. pag. 572.) ex Plauti Poenulo, vs. 53 ſq. adnotavit, ubi ſic Comicus latinus:

Carchedonius vocatur haec comoedia;
latine Plautus, Patruus Pultiphagonides.

Quae perapte reſpondent huic loco. Sonat quippe *Pultiphagonides* eum, *qui* φακῆν, id eſt, *pulmentum ex lente comedit.* Poſteriori verſu, pro οὐδὲ ἕν, quod habent edd. cum Msto, commode οὐδὲν ſcripſere docti, quos laudavi, viri omnes. Ac ſaepe etiam in vetere noſtro cod. *A.* οὐδὲ ἕν duabus vocibus exſerte ſcriptum vidimus, ubi nonniſi diſſyllabam vocem οὐδὲν patiebatur verſus. Sed

hoc quidem loco nihil admodum urgere videbatur, ut a vetere ſcriptura discederemus. Priori verſu obſervaverit diligens lector, veteris codicis ſcripturam (ἐπιθυμίσας) paulo propius ad verum accedere quam id quod editum erat.

Καὶ ἐν Ἐφεσίῳ. Ἐφεσίοις ſcribebatur ſupra, lib. f VII. p. 309. e. ubi vide quae notavimus. In priore minuto fragmento, quod ex illa fabula hîc adponitur, CLERICUS, in Menandr. Reliq. p. 72. ἐπ' ἀρίστῳ μὲν λαβὼν ſcripſit, invitis libris voculam μὲν inſerendam exiſtimans; neſciens ſcilicet primam ſyllabam vocabuli ἄριστον, cum *prandium* ſonat, conſtanter produci: de quo monuit BENTLEY in Emend. pag. 29. conf. notata ad IX. 379. e. vs. 10. Quod adiicitur, εἶτ' ἐπιφέρει· τῶν ἰχθυοπωλῶν τις &c. duo ſenarii, e quibus haec deſumta, ſupra adpoſiti ſunt, VII. 309. e. Sed pro ἐτίμα, id eſt, *aeſtimavit*, *fecit*, quod ibi legitur, hîc ἐπώλει ſuo arbitratu ſcripſit Athenaeus.

In ANAXILAE verſiculo, non δι' ὧν, ut ſine ſenſu editum erat, ſed δίων (ſic, unâ voce penacutâ) ſcribitur in cod. *A.* quo indicabatur proprium nomen Δίων.

Τὸ δὲ ἐν Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνους. Temere Ἀριστοφάνου ed. Caſ. 2. & 3. *Ibid.* »Εἰ μὴ παραμύθημ' ὀψαρίοις ἑκά»στοτε. Scribe παραμυθήσωμαι. Atque in hoc loco, ait, »vocem ὀψαρίοις ἀντὶ τοῦ προσοψήμασιν ἀκούομεν: *acci*»*pimus pro pulmentis*, [immo, *pro quovis obſonii genere*,] »non pro *piſcibus*.« CASAUBONUS. — Nempe, non *ſigillatim pro piſciculis*. Sed emendationem viri docti minime convenire verſui, facile adparebat: nec tantae molis res erat. Satis fuit, diſtinctis vocibus παραμυθῇ μ' ſcribere: ſive cum BRUNCKIO (in Fragm. Ariſtoph. pag. 220. num. 3.) Attico more παραμυθεῖ malles.

In *ALEXIDIS verſ.* 1. pro ἀεὶ eſt αἰεὶ in ms. *A.* *Tertium verſum* ſi teneas qualis vulgo legitur, a

κατωτέρω τί λέγεις δέσποτα; πῶς; οὐτοσὶ:

habebit ille, contra quod volunt artis magiſtri, dactylum pedem δέσποτα in quarta ſede. Si inverſa verborum ſerie ſcripſeris, δέσποτα, τί λέγεις; habebis anapaeſtum, qui aptior videatur illi regioni. Iſtud οὐκ ἐπίστασαι ζῆν, (*verſ.* 4.) *neſcis vivere*, intelligebam, *neſcis vitâ frui*, *iucunde & cum voluptate vivere*. Hoc enim ſolum, *vivere* intelligit coquus. Perſonarum partes per totam eclogam noſtro iudicio, ſicut fere alibi, adpoſuimus. Paulo aliter Daleçampius. Nonnihil contulit CASAUBONUS, qui ad

a *verſ.* 6. haec adnotavit: »Distingue iſta: [nempe, quae »iunxerat Dalec.]

»α. Ἀπολλον. β. Οὐκοῦν τὸ μέσον ἔσται δηλαδή.

»Interrogatus, *an vellet frigidos ſibi apponi cibos*, dixerat »μηδαμῶς. Idem poſtea rogatus, *an vellet ferventes*, re»ſpondet, Ἀπολλον! quae abominantis exclamatio eſt, »pro Ἀπολλον ἀποτρόπαιε: ſicut etiam dicebant, Ἡράκλεις »ἀλεξίκακε: latine, *Dii avertant!* Cum igitur iſte neque »ferventes, neque frigidos cibos probaret; infert alter re»ſte, οὐκοῦν τὸ μέσον ἔσται δηλαδή. *Ergo medium erit vi»delicet aliquod.* Ita probatum eſt quod primis verſibus »ridebatur. « Sic ille: qui quod poſtremo loco ait, *ridebatur*, haud ſatis video quid ſpectarit: ac neſcio an *videbatur* ſcribere voluerit. Pro ἔσται, quod erat editum, ἔστω dedit ms. *A.*

b *Verſ.* 10. Quid dicat coquus τὸν καιρὸν τῆς συγκράσεως, haud ſatis ſcio. *Tempus iuſtae contemperationis* reddidit Dalec. Interpres Gallicus, *le tems de lier converſation.* Intelexeram equidem, *ſe id curare*, dicere coquum, *ut commodo temperamento miſceri poſſint cibi in convivarum ventriculis.*

Verſ. 11. »Σὺ πρὸς θεῶν ἔθυσας τὸν ἔριφον. Debilis uno »pede hic verſus. Potes, Σὺ πρὸς θεῶν μεγάλων ἔθυ»σας τὸν ἔριφον. « Casaubonus. — Nos aliam rationem tentandam exiſtimavimus. Sed incertae ſemper manebunt huiusmodi coniecturae.

Duodecimus verſus quum nullâ orationis diſtinctione ſic editus legeretur,

Μὴ κόπτε μ' ἀλλὰ τὰ κρέα παῖδες παράγετε:

monuit Casaubonus: »Ita diſtingue:

»Μὴ κόπτε μ', ἀλλὰ τὰ κρέα. παῖδες παράγετε.

»*Heus tu, ne occide me; ſed has carnes concide.* Ita expri»menda hoc loco elegantia verbi κόπτειν, de quo plura »capite ſexto.« — Vide Animadv. ad pag. 378. b. Dalecampius τὰ κρέα cum παράγετε iunxerat: *ſed carnes, pueri, adducite.* At, *adferuntur* carnes; non *adducuntur*: & in iſtam ſententiam παραφέρετε, puto, oportuerat. παράγετε vero *adducite*, neſcio, *hoedum*-ne, qui adhuc viveret; an *coquum* ducite, nempe ad culinam. Poſſit etiam neutraliter accipi verbum: *accedite, adeſte, pueri.*

Ad *verſum* 13. cum ita vulgo legeretur,

Παῖδες ὀπτανεῖόν ἐστιν. ἔστι καὶ κάπυνὴ ἔχει

nihil monuit Caſaubonus. Peccabat tamen ille verſus non

uno modo. Nam (ut taceam male distinctam orationem, b cum ne in fine quidem post ἔχει distinctio ulla poneretur:) & importune repetitum initio versus vocabulum παῖδες erat, & ὀπτανεῖον non erat Graeca vox, certe non Attica, sed ὀπτάνιον penultimâ syllaba brevi scriptum oportebat; ut praeeuntibus viris doctis docuimus ad III. 102. f. & ad IX. 378. d. Quare sic constituendum versum existimavimus:

A. Ὀπτάνιον ἐστίν; B. Ἔστι. A. Καὶ κάπνην ἔχει;

quibus cum verbis proxima illa, δηλονότι μή μοι δῆλον, ita cohaererent, ut garrulus coquus pluribus verbis hoc inculcaret, non satis esse si sit culina; esse enim etiam culinas quae careant camino: illud sibi nondum satis clarum, illud adeo praeterea scire se plane cupere, an camino etiam instructa sit culina. Eumdem versum eruditissimus Iacobs, in Notis msstis, sic constituendum censuerat:

»Τί δ'; ὀπτανεῖόν ἐστι καὶ κάπνην ἔχειν;«

hàc (ni fallor) sententiâ: *Quid vero? Potero-ne culinam & caminum habere?* Et video quidem etiam in ed. Ven. & Bas. ἔχειν expressum. Sed ad scripturam ἔχει, quae est in ed. Cas. nihil discrepantiae ex ms. *A.* adnotatum. Dein, ut alia omittam, ad talem quaestionem parum commode (proximo versu) responsum fuerit, ἀλλ' ἔχει κάπνην.

Postremus versus corruptissime in ed. Ven. & Bas. scri- c ptus erat in hunc modum:

ἔχειν κακὸν εἰ τύφου σ' ἀπολεῖ μ' οὕτωσίγε.

Unum sphalma correctum in ed. Cas. ubi ἔχει κακὸν, consentiente msto *A.* Porro vero τύφουσαν ἀπολεῖ μ' recte dedit idem codex: denique idem οὕτοσίγε, recte per ο in media voce. Ita nihil corrigendum nobis superfuit, nisi ut γε particulam, importune in fine adiectam, abiiceremus.

AD CAP. XXXVI.

Haudquaquam incommode ὦ ὀλβιογάστωρ editum erat: sed sequi nos debuimus veterem codicem, qui ὀλβιογάστορ (sic) absque ὦ non minus commode dedit. Vocabulum istud cum eo quod huic simile videtur, κ[illegible]ιοδαίμων, contulit Casaubonus in Animadv. ad III. 1 b. Sed, cur *Ulpianum* prae caeteris isto nomine notatum Athenaeus noster faciat, haud sane video.

In *Alexidis verſ.* 1. recte mstus codex uterque οὐδὲ εἷς dedit, non οὐδὲν εἷς. Sic vero etiam correxerat Grotius, in Excerpt. pag. 563. *Verſ.* 5. Vulgatum ἐσθίειν πίονος tenet quidem uterque codex mstus: ſed nec ad ſententiam aptum id erat, nec ad metrum. Certiſſima autem emendandi ratio ea nobis viſa eſt, qua uſi ſumus, ἐστὶ, *ſunt mihi, habeo:* pro quo paulo ante dixerat, ἔχω ἀγοράσας.

Verſ. 6. »οὐ ζῶντος. οὐχ οἷόν τε γάρ τι ἄλλο ναί. Interpunge:

»οὐ ζῶντος. οὐχ οἷόν τε γάρ. τί ἄλλο; ναὶ

»ἥπάτιον ὀπτὸν προσέλαβον.« Casaubonus. — Nobis non niſi poſt ἄλλο interpungendum videbatur. Hoc dicit: *nec enim aliud erat*, nempe venale erat, quod emere potuiſſem. Tum recordatur, ſe tamen aliud etiam quiddam habere, ſed ne illud quidem vivum. *Immo*, inquit, *etiam hepar habeo aſſum. Verſ.* 8. Vulgatum φωνήν τιν' tenent ambo mssti. Quam ſcripturam qui primus invexit librarius, is pronomen ad ſubſtantivum proxime praecedens referendum putaverat, non videns deſiderari accuſativum τι, (*quidquam*) a quo pendeat genitivus τούτων. Recte vero τι correxit Grotius: ſed, cur ἔχον in ἔχειν mutaret idem, nulla cauſſa erat; ac videtur id invito excidiſſe, aut peccatum eſſe a typotheta. *Verſ.* 9. Recte idem Grotius ὁμολογῶ ſcripſit, pro προσομολογῶ, quod minime quidem admittebat verſus; quamquam & in hoc conſentiant mssti.

e ἐγώ σοι »ἦρι μάλ' οὐχ Ἑλλήσποντον πλεύσας.« »Alludit Ulpianus ad Homeri locum, Iliadis libro nono: [verſ. 360.]

»Ὄφελαι εἰ ἐθέλησθα, καὶ αἴκεν τοι τὰ μεμήλη,

»ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλεύσας

»νῆας ἐμάς.« — Casaubonus.

AD CAP. XXXVII.

Εὐρύβατε κνισολοῖχ' &c. »Εὐρύβατε: *proditor, fur, improbe, flagitioſe, vaſer, verſute:* ab *Eurybate* [vel *Eurybato*] nefario homine, cuius mores fuerunt eiusmodi.« Dalecamp. — Vide Suidam, & Erasmi Adagia, p. 308. De vocab. κισσολοιχὸς vel κνισολοῖχος vide III. 125. d. e. ibique notata. Pro eo quod hic editum erat κνισσόλοιχε,

oportuiſſe κνισολοῖχ' docuit Toup ad Suid. Part. II. p. 268. quem in revocandis ad ſuos numeros poëtae verbis ſecutus ſum. Monuit idem, primam ſyllabam in κνισολοῖχος (a verbo κνίζω) corripi hoc loco, cum aliàs producatur.

ἐν ᾗ κατοικήσουσιν ἀπράγμονα. »Scribe ἀπράγμονε. De f »duobus loquitur.« Casaubonus. — At modo ζητοῦντες in plurali numero dixerat, quod non ſolicitavit doctus Animadverſor, nec opus eſt ut ſolicitetur, licet ζητοῦντε dixerit Ariſtophanes, Avib. vs. 44. ἀπράγμονα vero ad πόλιν recte refertur, prorſus ut apud Comicum legitur, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα. Deerant paulo poſt in ed. Ven. & Baſ. complura verba, ἔρχονται οὖν - - τῶν ὀρνίθων, quae e msstis auctori reſtituta ſunt in ed. Caſ. Qui deinde citantur duo verſus, ſunt apud Ariſtoph. num. a 67 ſq. unde ſcripturam Ὁ δὴ δ' ἐ δὴ auctori reſtitui, quae ad metrum plane neceſſaria erat.

»In locum e Comici *Nebulis*, [vs. 109.] τοὺς φασια»νοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας, non debuit inſeri vox ὄρνεις: »quae neque eſt apud poëtam, neque poteſt: alioquin »illi quaeſtioni non erat locus quae iactata eſt inter phi»lologos ſuper voce φασιανοὺς, ut narratur hic.« Casaubonus. — Ad unum Dalecampium ſpectat iſta animadverſio; qui nimirum in verſione pro Ariſtophaneis verbis haec poſuerat, *Equos alit & Phaſianos aves*. Illud maioris erat momenti, (ſilentio praetermiſſum ab Animadverſore) quod manifeſto defectu laborabat hic locus: nam in editionibus omnibus deerant quatuor verba, δύναται γὰρ ὁ Λεωγόρας, quae ex ms. *A*. ſupplevimus. De *Ariſtophane* nihil hic poſuit Epitomator, niſi haec verba: Τὸ δὲ φασιανικὸς, ὁ φασανὸς, (ſic) παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισι. Sed eadem, quae dixi quatuor verba, δύναται γὰρ ὁ Λεωγόρας, exhibebat etiam Scholiaſtes ad Ariſtoph. Nub. 109. totum iſtud ex Athenaeo citans, Καὶ τὸ ἐν Νεφέλαις δὲ - - - ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Περιαλγεῖ. Eſt autem id Scholion non quidem ex veteribus illis, quae a Marco Muſuro Venetiis primum edita ſunt: ſed e recentioribus, quae in Küſteriana editione certis ſignis a vetuſtioribus iſtis diſcernuntur; quorum ſignorum rationem expoſuit editor in Praefat. pag. 3. Nec vero, ut illud Scholion ad Plut. vs. 1111. de quo in Praefatione ad Athenaeum pag. XIX ſq. not. *k*. diximus, ſic & hoc ex Epitoma aut ex Euſtathio

a ductum eſt; ſed ex ipſo pleniore Athenaei opere, & quidem e probato exemplo, quod h. l. exhibuerat iſta verba, quae non modo in libris ante hunc diem editis deerant, ſed & in duobus iunioribus Pariſienſibus codicibus deſunt, ut ex Villebrunii ad hunc locum adnotatione colligo. Mirari vero ſubit, a Caſaubono ex Italicis msstis ſuppletum non fuiſſe iſtum defectum; cum praeſertim ex codice *Aegiano* ab ipſius Caſauboni manu tria ſaltem haec verba, δύναται γὰρ Λεωγόρας, ad oram libri impreſſi, quo is uſus olim erat, adnotata videam. At ſunt nimirum ibi verba iſta iniquo loco adſcripta, quaſi media interſerenda inter illa ἐπὶ ἵππων & ὡς πολλοί: cui loco quum plane non convenire intelligeret vir doctus, prorſus neglexiſſe ea videtur. Attamen alium errorem editionis Baſileenſis hoc ipſo loco correxit idem Caſaubonus. Nempe, pro καὶ ἵππους τρέφειν, Baſileenſis editor (incruſtaturus puto ulcus, quo laborare hunc locum vidiſſet) ἵππους τρέφει ſcripſerat: ubi recte Caſaubonus τρέφειν repoſuit, quod erat in msstis & in ed. Ven. Etiam paulo ſuperius alius error ab eodem Caſaubono ſublatus eſt: nam pro eo quod perperam in ed. Ven. & Baſ. legebatur οὐκ ἐπὶ ἵππω vel ἵππῳ, recte ille & conſentiente noſtro codice οὐκ ἐπὶ ἵππων edidit. Caeterum de re quae hîc agitur, id eſt, de quaeſtione *quosnam φασιανοὺς loco citato dixerit Ariſtophanes*, confer quae a BRUNCKIO ad ipſum Comici locum notata ſunt.

κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Περιαλγεῖ. »Platonis locus, quem intellexit Athe»naeus, nec tamen appoſuit, hic eſt:

»Ὦ θεῖε Μόρυχε· νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς·
»καὶ Γλαυκέτης ὁ ᾄττα, καὶ Λεωγόρας·
»οἳ ζῶτ', ἀτερπὲς οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

»Extat apud Comici veterem interpretem, [non illum re»centiorem, quem modo dicebamus:] ſed depravatus. »*Morychum* & *Glauceten* Ariſtophanes quoque, in Pace, ga»neones fuiſſe teſtatur. De *Leogora* addit Scholiaſtes Ari»ſtophanis: Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β. ὡς καὶ διὰ Μυρρίναν »ἑταῖραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκε φησί. CASAUBONUS. — Confer KÜSTERI Notas in praedictum ſcholion.

b In *PHILIPPI verſiculo* 2.

σπανιώτερον πάρεστιν ἢ ὀρνίθων γάλα;

particulam ἢ neceſſario inſerendam putavi cum GROTIO,

Excerptor. 663. Corripi autem potuerit vocalis longa *η*, b ob aliam vocalem initio vocis ſequentis. Vulgatam ſcripturam ſic latine reddidit Dalec. *Adeſt, quod eſt rariſſimum, lac gallinarum: & phaſianus evulſis recte plumis nudus.* Sed quod idem Grotius γάρ ἐστιν pro πάρεστιν poſuit, ea novatione nil opus eſſe viſum erat nobis. De *gallinae lacte* vide proverbium apud Eraſmum pag. 102. Caeterum quid ſit, quod *rarum praeſertim eſſe* ait ἀποτετιλμένον καλῶς *phaſianum*, nobis non liquet.

Θεόφραστος - - ἐν τρίτῃ Περὶ Ζώων. Eſt ad hunc locum Animadverſio CASAUBONI huiusmodi: »*Sextus li*»*ber* THEOPHRASTI *de Animalibus*, qui hîc citatur, in »chirographis eſt *decimus tertius*. Sic enim praeferunt: »Θεόφραστος δ' ὁ Ἐρέσιος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν ιγ'. »περὶ ζώων. Alteram lectionem firmat Diogenes, qui Theo»phraſti illud opus, ſex librorum facit, non plurium.« — Quae ſcribens vir doctus quid ſpectarit, exputare non potui. Recenſet utique Diogenes Laërtius (V. 49.) in *Theophraſti* operibus, Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους Περὶ Ζώων, α'. β'. γ'. δ'. ε'. στ'. Sed nec in ulla Athenaei editione *sextum* librum huius philoſophi DE Animalibus citatum hîc video; nec ex ullo ſcripto codice (ſane nec ex noſtro ms. *A.* nec e duobus aliis Pariſienſibus *B.* aut *C.* nec ex Aegiano Romano) ſcripturam ιγ'. adnotatam reperio. Quin potius libri omnes, quorum ad nos notitia pervenit, conſtantiſſime in id quod edidimus, ἐν τρίτῃ Περὶ Ζώων conſentiunt. In *Epit.* vero nec numerus nec titulus libri adpoſitus eſt.

τὰ μὲν γὰρ βαρέα καὶ μὴ πτητικὰ &c. Ferendum nullo modo fuiſſe vulgatum βραχέα, (licet utriusque noſtri codicis auctoritate ſuffultum) ſatis adparet: nec enim prae caeteris *minutae aves* dici poſſunt eae quae hic nominantur, & ſunt potius e numero *maiorum*. Quare, ut monuit CORAY in *Notis mſstis*: »Recte interpres βαρέα: [nempe, *graves & ad volatum ineptae*, Dalec.] »niſi quis con»iiciat βραχύπτερα: utrumque enim aptum eſt huic »loco, quandoquidem infra (extr. hac pag.) ſequitur, διὰ »τὸ βάρος καὶ τὴν τῶν πτερῶν βραχύτητα.« — Sicut nos edidimus, ſic iunxit Ariſtoteles οἱ βαρεῖς καὶ μὴ πτητικοὶ τῶν ὀρνίθων, Hiſt. Anim. IX. 8. init. & DE Partib. Anim. IV. 12.

Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὀγδόῃ Ζώων Ἱστορίας γράφει τάδε.

b Εἰσὶ δὲ τῶν ὀρνίθων οἱ μὲν κονιστικοὶ, &c. Ad editam ante nos ſcripturam, ἐν ζ'. ζώων ἱστορίας, haec adnotavit CASAUBONUS: » Occulti libri, nec publici, ἐν ὀγδόῃ. Neu» tra lectio vera. Vide *nonam Hiſtoriam*, cap. XLIX. « — Leguntur utique eadem verba, quae hìc citantur, in eo libro qui *nonus* hodie vulgo inſcribi ſolet. At in vetuſtis codicibus Ariſtotelicis, qui liber hodie *nono* loco poni ſolet, is *octavum* locum olim obtinuerat, *octavus*que liber numerabatur. Vide CAMUS, in Praefatione, Hiſtoriae Animalium Graece & Gallice editae praefixa, pag. XLII. & p. XLIII. item MORELLII Epiſtolam ad eumdem Ariſtotelis Editorem Venetiis datam, quae exhibetur in *Notices & Extraits des MSS. de la Biblioth. Nat.* Tom. V. pag. 435. Quare reſtituere nos auctori debuimus veterem ſcripturam, temere ab Editoribus aut a iunioribus librariis mutatam.

c κορυδαλλὸς, geminatâ λ literâ, dedit codex noſter uterque, ut alibi. Sic & codex Mediceus Ariſtotelis apud *Camus*, in Var. Lect. ad Hiſt. Anim. IX. 49.

AD CAP. XXXVIII.

d Ψιττακοὶ καὶ ταὼ καὶ μελεαγρίδες &c. Ad editam olim ſcripturam ταὼς (id eſt, *pavo*, in ſingulari) nihil varietatis e ms. *A.* adnotatum: in *Epit.* vero deſunt haec. At non adeo rara avis pavo erat, ut in tam ſplendida pompa, qualis illa fuit Ptolemaei Philadelphi, (de qua vide lib. V. cap. 27 ſqq.) nonniſi unicus, qui produceretur, reperiri potuiſſet. Immo recte libro praedicto p. 201. b. ταοὶ (ſive ταῶι) in plurali numero legebatur: nec dubitandum puto, ταὼι hoc loco debuiſſe codicem *A.* quod cum (pro more illius ſeculi) idem ac ταῷ valeret, in ταὼς corruptum dein fuerit ab hominibus imperitis.

Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἀριστοφάνειος. Sic edd. Ἀριστοφάνιος ms. *A.* quae forma minus legitima nobis viſa erat. Nam a nomine quidem *ſecundae* declinationis, Καλλίμαχος verbi cauſſâ, recte Καλλιμάχιος deducitur, quemadmodum paulo inferius praeeunte noſtro codice edidimus: ſed a nomine *tertiae* declinationis Ἀριστοφάνης, aptius videbatur derivatum Ἀριστοφάνειος. Sic edd. & mssti infra, XI. 485. e. Quamquam facile credo, in his & aliis ſimilibus promiſcue utramque formam obtinuiſſe. Eumdem vero *Artemidorum* ſupra, lib. I. pag. 5. b. Ψευδαρι-

στοφάνειον appellatum vidimus. Ex toto hoc loco Breviator nonnisi haec verba excerpsit: Καλεῖται δ' ὁ φασιανὸς καὶ τατύρας, ἔφη Πάμφιλος.

Πτολ. - - ἐν δευτέρῳ Ὑπομν. Sic ms. *A.* & ed. Cas. e 3. non δευτέρᾳ, ut habent editiones superiores. *Ibid.* Suspectum utique vocab. τέταρτον, sed nil variant libri: qui tamen omnes ex unius codicis *A.* auctoritate pendent; nam in *Epit.* haec desiderantur.

οὓς ἐγὼ διὰ σὲ ὥσπερ οἱ πυρέσσοντες περιφερομένους εἶδον. »De his satis libro quarto, cap. XIV.« Casaubonus. — Vide notata ad IV. 156. e. Pro περιφερομενους, nescio an rectius foret παραφερομένους; quod sua de coniectura olim Casaubonus ad oram sui Athenaei adnotaverat. Epitomator ea quae hoc loco leguntur, collata cum his quae supra pag. 386. d. dicta sunt, sic reddidit: Φησί τις τῶν παρὰ τῷ ῥήτορι τούτῳ, περὶ τῶν φασιανῶν, ὅτι μὴ ἀπεγεύσατο αὐτῶν, περὶ τὰς χρήσεις ἀσχολούμενος· οὓς ὥσπερ οἱ πυρέσσοντες περιφερομένους εἶδεν. Pro ἔχω λέγειν, perperam est ἔχων in ms. *A.*

οὐκ ἐξαπατήσεως δημοσίᾳ σε γράφομαι. Quum duabus vocibus perperam ἐξ ἀπατήσεως vulgo scriberetur, monuit Casaubonus: »Scribe οὐκ ἐξαπατήσεως »δημοσίᾳ σὲ γράφομαι. Atque hic vocem δημοσίᾳ »caute accipe: nam actio, quam adversus Ulpianum ait »se non suscepturum Myrtilus, pacti non servati vide»licet, neque publica est, neque popularis, sed praeto»ria. Itaque δημοσίᾳ non potest verti, *apud populum*; sed; »*publice*: & hoc interpretare, *in iure*, vel *apud praetorem*.«

Ἴστρον τὸν Καλλιμάχιον, συγγραφέα, εἰς τὸν ὁμώνυμον f κατεπόντου ποταμόν. »Non attendunt ad vocem συγγρα»φέα, qui Ἴστρον Καλλιμάχειον συγγραφέα vertunt, [ut »fecit Dalec.] *Istrum Callimachi interpretem.* Quis nescit, »συγγραφέα esse *historiae conditorem?* neque porro ignorat »quisquam in Graecorum libris vel mediocriter versatus, »*Istrum* libros *Historiarum* edidisse, non in poëtas com»mentarios. Sed errarunt, quia *Callimacheus* appellatur: »quod quam vim habeat dicebamus libro VI. capite quin»to. [ad VI. 234. d. Animadv. Vol. III. pag. 354.] »Non »est autem putandum, quia dicat, Πολέμων ὁ Περιηγητὴς »Ἴστρον τὸν Καλλιμάχειον συγγραφέα εἰς τὸν ὁμώνυμον κα»τεπόντου ποταμὸν, revera *Istrum a Polemone in Danubium* »*fuisse demersum*: sed κακεπόντου vertendum, *demergebat*;

f »per iocum nempe, in aliquo ſuorum ſcriptorum loco. »Senſus igitur eſt: *Quemadmodum Polemon Iſtrum hiſtoricum »in Iſtrum fluvium demergendum dicebat: ſic ego, niſi tu prae»ſtas quod pollicitus es de phaſiano, ad Phaſim te amandabo.«* CASAUBONUS. — Recte Ἴστρον edd. Corruptum ἱστορῶν, quod hìc ms. *A.* habet, fortaſſe imperite huc translatum eſt, cum paulo poſt ἱστοριῶν συγγραφέα olim ſcriptum fuiſſet. Commode vero Καλλιμάχιον (non Καλλιμάχειον) ſcribitur in cod. *A.* quâ formâ id nomen ſcriptum dabat idem codex cum editis lib. VI. pag. 272. b. ubi vide quae ex Suida breviter de hoc ſcriptore notavimus: de quo plura vide apud Voſſium DE Hiſtoric. Graec. lib. IV. c. 12. & apud TOUPIUM in Epiſt. Crit. pag. 141 ſqq. quem ſi audias, (pag. 144 ſq.) *frigiditatem* ſcriptoris illius notare voluerat Polemon. Nobis veroſimilius viſum erat, ob non ſervatum promiſſum aliquod (cum fortaſſe in quodam Hiſtoriarum ſuarum loco promiſiſſet, ſe de Iſtro flumine diligentius & copioſius in alia operis parte verba facturum) ſuccenſuiſſe Iſtro Polemonem. Caeterum, quod negat Caſaubonus, commentarios in poëtas edidiſſe eumdem *Iſtrum*, erroris convinci videtur ex his quae ex Venero Scholiaſte Homeri adnotavit WOLFFIUS in Prolegom. ad Homerum, pag. 218.

AD CAP. XXXIX.

Ἀττάγας. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς·
Ἀττάγας, ἥδιστον ἕψειν ἐν ἐπινικίοις κρέας.

Conſtanter Ἀττάγας *penacute* ſcribitur in cod. *A.* & fuiſſe hanc ſcripturam pronunciatiationemque Athenaeo noſtro probatam, intelligi videtur ex his quae paulo poſt, pag. 388. b. ſubiiciuntur: e quibus ſimul intelligebatur, in Ariſtophanis (τοῦ Ἀττικωτάτου) teſtimonio proxime ſubiecto, ſubtilius ſi rem ſpectes, Ἀταγᾶς ultimâ circumflexâ ſcribi debuiſſe. At plane contra factum in editis Athenaei libris: in quibus titulus quidem ſic ſcriptus, Ἀταγᾶς: (nempe in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. ſed in ed. Caſ. 2. & 3. ΑΤΤΑΓΑΣ absque accentu, ut ſolent in quadratâ ſcripturâ:) dein vero, Ἀττάγας ἥδιστον &c. In *Epit.* deeſt & titulus & Ariſtophanis teſtimonium: ſed ab his verbis initium fit ſermonis de *attagene*, Ὅτι ἀτταγᾶς μείζων πέρδικος &c. In Comici anapaeſtico verſu, pro ἕψειν,

quod ed. Caſ. habebat, ἑψεῖν reſtitui ex ed. Ven. & Baſ. & f
ms. *A.* quae forma verbi circumflexa magis in uſu videtur fuiſſe apud Atticos. Adnotavit h. l. CASAUBONUS: » *Attagenem* inter delicatiſſimos cibos habitum argumento eſt » verſiculus Ariſtophanis, Ἀττάγας ἥδιστον ἐν ἐπινικίοις » κρέας. Hieronymus in eâdem librâ ponit cum accipenſe» re; de cuius praeſtantia inter piſces dictum eſt. Sic ille in » Epiſtola ad Aſellam: *Tu attagenem ructas, & de comeſo* » *accipenſere gloriaris: ego faba ventrem impleo.* Poëtae inter» dum per ſimplex τ nomen hoc ſcribunt. Phoenicides, » [apud Athen. XIV. 652. e.]

» — κοὐδὲν ἦν τούτων ὅλως
» πρὸς τὸν ἀταγῆνα συμβαλεῖν τῶν βρωμάτων. «

ὅλος δὲ κατάγραφος &c. » *Colorem avis huius* ita deſcribit » nobis philologus: ὅλος δὲ κατάγραφος τὰ περὶ τὸ νῶτον, » κεραμοῦς τὴν χρόαν, ὑποπυρίζων μᾶλλον. *Toto dor*» *ſo variis notis eſt compunctus, colorem habet fictilium, ſed* » *magis ſubruffus.* Lego enim ὑποπυῤῥίζων, ut erat » emendatum in Excerptis. Verum quidem eſt, *ignis* ſimi» litudinem interdum aſſumi ad coloris ſignificationem: » qua de re plura alibi: ſed πυρίζειν, pro *coloris ignei eſſe*, » nemo dixit. πυῤῥότης ſit-ne *fulvus* color, an *ruffus*, non » eſt loci huius quaerere: fecimus alibi, in Commentario » de Coloribus; ubi etiam exponimus quis ſit κεραμεοῦς » color, quis ῥυπαροκέραμος, de quo aliquid cap. XII. « CASAUBONUS. — Vide ad pag. 395. e. & conf. p. 398. d. περὶ τὸν νῶτον recte dedit uterque codex mstus. In ſingulari numero, *masculi generis* eſt id nomen; in plurali, *neutrius.* Iidem codices recte κεραμεοῦς, ſicut pag. 398. d. quod cum temere in κεραμνοῦς detortum eſſet in ed. Ven. & Baſ. dein in κεραμοῦς mutatum eſt in ed. Caſ. (Recte vero κεραμεοῦς ſcripſit idem Caſaub. in Animadv.) ὑποπυρίζων, ſingulari ρ literâ, tenet quidem cum editis codex *A.* in quo frequenter ſimplices ſunt literae, quae geminatae eſſe debebant. Sed ὑποπυῤῥίζων recte ſcriptum in noſtro cod. *Epit.* quemadmodum in Hoeſcheliano repererat Caſaubonus.

Σωκράτης δὲ &c. » Sequitur hiſtoria de *translatis in Ae*- a
» *gyptum ex Lydia attagenibus*, pulcra & digna quam pen» ſiculatius conſideremus. Auctor illius dicitur SOCRATES » quidam, in libro περὶ Ὅρων καὶ Τόπων καὶ Πυρὸς καὶ Λί» θων. Cogitemus de hoc lemmate: non enim librum ali-

a »quem, ſed Neſtoris cocetum hic promittit titulus: quo »nihil magis contrarium rectae docendi rationi. Pro ὄρων »ſcribunt nonnulli [nempe, ex coniecturâ] Ὁρῶν, ſane »probabilius. Ita fuerit univerſus liber phyſico argumen»to; quod per alteram lectionem vix licet ſuſpicari. No»bis placebat, περὶ Ὡρῶν καὶ τόπων: ut intelligamus, »actum eo libro *de Rerum varietate pro Anni tempeſtatibus*, »*& Locorum diverſo ingenio.* Sic Hippocrates ὥραν καὶ χώραν »ſolet coniungere: vel, περὶ Ἀέρων καὶ τόπων, ut in »lemmate commentarii eiusdem ſenis, περὶ Ἀέρων, Ὑδά»των, καὶ Τόπων.« CASAUBONUS. — Περὶ Ὀρῶν, id eſt, *De Montibus*, placuit VOSSIO, DE Hiſtoric. Graec. lib. I. cap. 5. pag. 182. περὶ Ὡρῶν, de *Tempeſtatibus anni*, probavit CORAY, in *Diſcours préliminaire* ad Hippocratis librum DE Aëre, Aqua & Locis, pag. CXXXIX. aliam ſimul proponens coniecturam, περὶ Ὀρνέων, *De Avibus.*

»Ait igitur Socrates: (recitabo enim eius verba, »quia ſunt in illis quaedam animadvertenda nobis:) Ἐκ »τῆς Λυδίας μετακομισθέντες εἰς Αἴγυπτον οἱ ἀπτάγαι, »καὶ ἀφεθέντες εἰς τὰς πύλας, ἕως μέν τινος ὄρτυγος »φωνὴν ἀφίεσαν. ἐπεὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος λι»μὸς ἐγένετο, καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἀπώλ»λυντο, οὐ διέλιπον σαφέστερον τῶν παίδων τῶν τραυλτά»των ἕως νῦν λέγοντες, Τρὶς τοῖς κακούργοις κακά. συλλη»φθέντες δὲ οὐ μόνον οὐ τιθασσεύονται, ἀλλ' οὐδὲ φωνὴν »ἔτι ἀφιᾶσιν. ἐὰν δὲ ἀφεθῶσι, φωνάεντες πάλιν γίνονται. »Haec lectio eſt non ſolum editorum librorum, ſed om»nium etiam manuſcriptorum de quibus compertum no»bis. Nunquam tamen dubitavimus, pro ἀφεθέντες εἰς τὰς »πύλας ſcribendum eſſe εἰς τὰς ὕλας: ſemperque mi»rati ſumus doctiſſimos viros in ea ſcriptura explicanda »operam & oleum perdidiſſe. Poſtea coniecturam noſtram »apud *Aelianum* reperimus: qui totidem verbis ex eodem »Socrate, [ſive ex ipſo noſtro Athenaeo, ut viſum PERIZONIO, in Praefat. ad Aeliani Var. Hiſtor.] »diſſimu»lato tamen auctoris nomine, hiſtoriam hanc refert, [DE »Nat. Anim.] libro XV. cap. 17. Obſervemus in proxi»mis verbis genus loquendi, cuius ignoratio etiam peri»tiſſimis linguae huius fuit fraudi, Τοῦ ποταμοῦ κοίλου »ῥυέντος. Et Aeliani & Athenaei interpretes, & alii mul»ti, *Coelum* fluvium ex his verbis commenti ſunt: [ſic Da»lecampius; *Caelium* fluvium Gesnerus, de Avibus pag.

» 226.] qui in rerum natura nullus unquam fuit. Abſur- a
» diſſimum vero quod ſomniant quidam [rurſus idem Da-
» lec.] de *Olyra* fluvio, Pylas ſive Thermopylas praeter-
» labente. Heus, vir optime! τοῖ παρεπλάγχθης φρενῶν
» ἐγαθῶν; Nos olim, quia de Aegypto eſt ſermo, calide
» emendabamus, Νείλου οὐ ῥυέντος: ſed frigidam ſuffudit
» Aeliani librorum & omnium exemplarium in hac ſcri-
» ptione conſenſus. Quare ita legamus; & quaeramus
» quid ſit, *fluvium* κοῖλον ῥέειν. Puto autem, de *flumine*
» dici *quod alveum ſuum non implet, nec ripas attingit:* ſic
» enim relinquitur inanis & vacuus fluvii lectus: illud *in-*
» *ane* non male κοῖλον appellaveris. Sic κοίλην aut κοιλαι-
» νομένην θαλατταν dicunt ſcriptores, cum turbato mari

» — *unda dehiſcens*
» *terram inter fluctus aperit.* —

» Et in univerſum τὸ κοιλαίνειν pro *detrahere* & *minuere*
» accipitur; contrarium τοῦ ἐξαίρειν. Agathias libro quin-
» to: Δέον προσεξαίρειν καὶ συναναστᾶν τὸ πεποιθὸς καὶ
» προθυμούμενον, ἀλλ' ἔγωγε κοιλαίνω ταῦτα τοὐναντίον καὶ
» παραιροῦμαι. Haec vera interpretatio eſt huius locutio-
» nis. Caeterum ad loci iſtius ſententiam nihil refert, ſive
» ita accipias, ſive e contrario de flumine cuius aquae in-
» tumuerint. *Nilus* enim, quem ποταμὸν vocat per excel-
» lentiam, ſive intra legitimum ſtaret modum, ſive ultra
» illum ſe efferret, aeque famem Aegypto indicebat. Di-
» co *famem:* probo enim Athenaei lectionem, λιμὸς ἐγέ-
» νετο, quam & Excerpta Hoeſcheliana & omnes mssti
» ſtabiliunt; nec moror quod praeferunt Aeliani publica
» exemplaria, λοιμὸς ἐγένετο. Verba *Socratis* ita ver-
» te: *Ex Lydia in Aegyptum translati attagenes, ac deinde*
» *in ſylvas dimiſſi, coturnicis vocem aliquamdiu ediderunt. Sed*
» *cum aliquando fluvius humilior fluxiſſet, fames ſecuta eſt,*
» *quae multos in ea regione perdidit. Ex eo non ceſſarunt attage-*
» *nes illi clarius dicere, quam qui vel planiſſime loquuntur pueri,*
» *Ter maleficis mala! Hi ſi capiantur, non ſolum non ci-*
» *curantur, ſed ne vocem quidem amplius edunt: ſin dimittantur,*
» *iterum fiunt vocales.* Illa verba, ἕως νῦν, *Aelianus* non
» agnoſcit, qui Socratis ſententiam ita extulit: οὐ διέλι-
» πον οὖν οἱ ὄρνιθες οὗτοι πολλῷ σαφέστερον καὶ ἐναρθρώ-
» τερον παιδίου μείζον (lego μείζονος) φθέγμα ἀφιέντες.
» Idem, pro φωνάεντες πάλιν γίνονται, maluit πάλιν γί-
» νονται ἔμφωνοι. Sed noſter etiam alibi vocem φωνάεντες

a »usurpat hoc libro.« Haec CASAUBONUS: cum quibus conferendae *Abr.* GRONOVII & SCHNEIDERI ad Aelianum Adnotationes. Quibus nos pauca adiiciemus. φωνάεντες (ut ab hoc incipiam) rursus legitur apud Nostrum, pag. 392. f. cum in edd. tum in ms. *A*. Rectius videri possit φωνήεντες, quod utrobique habet ms. *Epit.* e communis Hellenismi usu; cum φωνάεις sit dorica vocabuli forma. At potuerat eâ formâ uti *Socrates;* quippe cui, ut *Rhodio*, doricus sermo vernaculus esse debuit: similisque ratio est inferioris loci, ubi de Lacedaemoniis agitur, quos eodem idiomate usos esse novimus. Percommode quidem hodie apud Aelianum τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥέοντος editum est, praeeunte codice Mediceo, pro eo quod olim ibi legebatur ῥυέντος: sed non idcirco a nobis sperni debuit haec posterior scriptura, quam cum vetustis Aeliani editionibus agnoscunt apud Athenaeum ambo nostri codices mssti pariter atque editi. De notione, quâ κοῖλος ποταμὸς hic dicatur, priori interpretationi Casauboni merito suffragati sunt Aeliani Interpretes, quos paulo ante laudavimus. Post μετακομισθέντες, septem verba, φησὶν εἰς Αἰγ. οἱ ἀττ. καὶ ἀφεθ. cum temere in ed. Ven. & Bas. omissa essent, e mssstis Italicis restituit Casaub. quibus nostri adsentiuntur codices. Mendosam deinde scripturam, εἰς τὰς πύλας, quam ex Aeliano corrigendam recte monuit Casaubonus, tenebat apud Athenaeum codex *A*. cum editis: in ms. *Ep.* vero desunt istae tres voces. De illo dicto, τρὶς τοῖς κακούργοις κακὰ, (in quo minus recte in ms. *Ep.* diremta est a reliquis prima vox, & superioribus adtributa) vide ERASMUM in Adagio, *Malis ter mala:* pag. 727.

b *HIPPONACTIS* versiculum praetermisit Breviator. Eumdem Casaubonus, cum quid esset σιλαγὼς, quod hic legebatur, non magis quam nos compertum haberet, tacite sic correxit:

οὐδ' ἀτταγάς τε καὶ λαγὼς διατρώγων.

Quod nos, cum certius nihil occurreret, tenuimus. σὺ λαγὼς legebat Dalecampius, sic convertens, *Tu nec quidem es attagen, nec lepus herbam arrodens.* Fortasse καὶ σιάλους conjecerit aliquis. Sed mire sociati fuerint cum *attagenibus porci faginati.* Vide vero, ne καὶ σιάλεις aut aliquid tale oportuerit, coll. pag. 392. f.

ἐν τῇ Μεγαρικῇ. »Memoriae lapsus inest in ista Dei-

»pnoſophiſtae obſervatione. *Attagenum*, inquit, *meminit* b »ARISTOPHANES in *Acharnenſibus*, ὡς πλεοναζόντων ἐν τῇ »Μεγαρικῇ. Dicendum erat, ἐν τῇ Βοιωτικῇ. Boeotus »namque eſt, non Megarenſis, qui apud Comicum ſic »loquitur: [vs. 873.]

— »Φέρω ὅσ' ἐστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς,
»ὀρίγανον, γλαχὼ, ϕιάθους, ϑρυαλλίδας,
»νάσσας, κολοιοὺς, ἀττα γᾶς, ϕαλαρίδας,
»τροχίλους, κολύμβους.

»Similis in Pace locus, etſi *attagen* ibi non nominatur:

»κἀκ Βοιωτῶν γε ϕέροντας ἰδεῖν
»χῆνας, νῆττας, ϕάττας, τροχίλους.« CASAUBONUS. — Monuit h. l. Gallicus Interpres, Scholiaſtem etiam Comici ad Acharn. 882. eum qui iſta locutus erat, *Megarenſem* dicere. At non minus imprudenti Scholiaſtae hoc excidit, quam Athenaeo id quod notavit Caſaubonus. Manifeſte *Boeotus* iſta dixerat; non Megarenſis, qui ſcenâ iam abierat.

Περισπῶσι δ' οἱ Ἀττικοὶ &c. »Qui vulgo dicebatur »Graecis ἀτταγὴν, Atticis erat ἀττα γᾶς. *De cuius vocis* »*accentu* ſcribit philologus, *adverſus normam caeterorum ſi-* »*milium nominum, ultimam huius dictionis circumflecti ab At-* »*ticis:* tum *canonem* adiicit, qui eſt huiusmodi: Τὰ εἰς ας »λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ὅτε ἔχει τὸ α »παραλῆγον, βαρύτονά ἐστιν· οἷον, ἀκάδας, ἀδάμας, »ἀκάμας. *Quae deſinunt in* as *longum ultra duas ſyllabas,* »*cum in penultima habent* a, *gravi notantur: ut* ἀκάδας, »ἀδάμας, ἀκάμας. Interpretes pro otioſis illa verba ha- »buerunt, ὅτε ἔχει τὸ α παραλῆγον, & ſuſtulerunt. Haud »oportuit. Melius Euſtathius, qui undecimo in Iliadem »commentario [ad Iliad. λ'. pag. 795. l. 38.] eundem ca- »nonem totidem verbis deſcripſit; uno excepto, quod »ſine dubio eſt corruptum, ἀκάδας: neque auctor Epi- »tomae eam dictionem āgnoſcit. Tollatur igitur, ut coelo »Graeco incognita, aut mutetur in Ἀκράγας, quod & »melius.« CASAUBONUS. — Mirus vero canon, quo confunditur primae declinationis nomen cum nominibus tertiae: nam ἀττα γᾶς primae declinationis eſt; itaque in accuſat. plur. etiam ἀττα γᾶς formatur in Comici Acharnenſibus: a quo multum differunt ὁ ἀδάμας, τοῦ ἀδάμαντος, & ὁ ἀκάμας, τοῦ ἀκάμαντος. In ipſo canone, quem hic tradit Athenaeus, (ubi ſcribitur τὰ εἰς ας λή-

b γοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, id est, *quae in as productum desinunt pluri∫yllaba,*) pro ἐκτεταμένον est ἐκτεταμένα in noſtro ms. *Epit.* quod ſonat, *nomina in as ultra duas ſyllabas producta.* Sed in eam ſententiam nil opus erat adiecto participio ἐκτεταμένα. Nude τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ſcil. ὀνόματα, ſunt *nomina pluri∫yllaba.* Sic nude τὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόματα habes pag. 397. e. f. Igitur recte h. l. ἐκτεταμένον ad *as* refertur: quam ſcripturam cum editis tenet codex *A.* atque etiam Euſtathius l. c. qui caeteroquin Athenaei Epitomen ibi ob oculos habuiſſe videtur. Adiicit tamen idem Euſtathius duobus exemplis a *Breviatore* noſtro adpoſitis, ἀκάμας, ἀδάμας, duo alia, Πολυδάμας, & Ἀθάμας. Quae in *editis* Athenaei libris adponuntur tria exempla, ἀκάδας, ἀδάμας, ἀκάμας, diverſa ſerie ſcripta dedit non modo Epitoma, ſed & ms. *A.* in quo ſic, ἀκαμασσακάδας, ἀδάμας: qua in ſcripturâ haud obſcure triâ haec nomina continebantur, ἀκάμας, σακάδας, ἀδάμας. Eſt autem Σακάδας nomen proprium poëtae & citharoedi Argivi, cuius multi meminerunt auctores, laudati ab Heſychii Interpp. ad voc. Σακάδιον: cuius etiam nomen latere exiſtimarunt docti viri apud Athenaeum noſtrum, XIII. 610. c. Et hoc quidem nomen paulo commodius conferri cum nomine ἀττάγας poterat, quoniam perinde primae declinationis eſt.

λεκτέον δὲ καὶ ἀττάγαι, καὶ οὐχὶ ἀτταγῆνες. Monuit H. Stephanus in Indice Theſ. pag. 572. mirum merito videri, quid ſit quod ait auctor, *non dicendum eſſe* in plurali numero ἀτταγῆνες: cum tamen nomen ἀτταγὴν & apud Ariſtotelem legatur, & in latino ſermone ſuperſit. Aitque Scholiaſtes ad Ariſtoph. Veſp. 257. ὁ ἀτταγᾶς, - - ὃν ἡμεῖς φαμὲν ἀτταγῆνα. Et Euſtathius, loco paulo ante citato: ἀτταγᾶς, ὃς ἀτταγὴν κοινότερον λέγεται, κλινόμενον ἀτταγῆνος. διὸ καὶ τὸ παλαιὸν ἀτταγαὶ μὲν ἀττικῶς, ἀτταγῆνες δὲ κοινῶς.

AD CAP. XL.

Πορφυρίων. Ὅτι καὶ τούτου Ἀριστοφάνης μέμνηται δῆλον. » Sic loquitur, quia inter Ariſtophaneas fabulas noſtissima eſt *Aves:* ubi *porphyrionum* non ſemel fit mentio. « Casaubonus. — De hac ave, quam eamdem exiſtimant

esse quae *Poule Sultane* hodie nominatur, consuluisse iuvabit quae e veterum recentiorumque scriptis collecta erudite excussit CAMUS in Notis ad Aristotelis Hist. Anim. pag. 692 sqq.

Ibid. προσημαίνει τῷ δεσπότῃ, ἀγχόνῃ τὸ ζῆν περίγραψας. Si verum esset προσημαίνειν, quod erat editum, oportebat dein περιγράψαντα. Sed satis notum est, perinde cum indicativo & cum infinitivo construi coniunctionem ὥστε. Et προσημαίνει perspicue dedit ms. *A.* nec aliud debuit ms. *Ep.* in quo quidem terminatio verbi non exserte expressa. De eâdem re, sic Aelianus DE Nat. III. 42. citatus etiam a Casaubono: καὶ ἐὰν καταγνῷ μοιχεύεσθαι τὴν δέσποιναν, ἀπάγχει ἑαυτόν.

εἰ μὴ περιπατήσῃ τόπον τινὰ ἐξευρὼν ἑαυτῷ ἐπιτήδειον· μεθ' ὃν κονισάμενος λούεται, εἶτα τρέφεται. »Nihil erat cauſſae cur hac lectione quisquam offenderetur, »nisi aurem velleret Aelianus. Ex eo intelligimus scriben»dum τρόπον τινὰ, non τόπον. Neque enim hoc vo»luit Polemon, unde habent & Athenaeus & Aelianus: »*porphyrionem quaerere locum in quo ambulet priusquam lavet:* »sed, *inveniſſe illum convenientem ſibi deambulationem.* Quam »multas ambulationum species notas habuerint veteres, »Hippocrates, Galenus, & universus medicorum grex »docent. Verba sunt Aeliani: πρὶν ἂν βαδίσῃ τινὰ ἀριθ»μὸν βαδίσεως ἀρκοῦντά οἱ. Ubi non sine cauſſâ aliquis »scribat, τινὰ ῥυθμόν: nihil tamen censeo mutandum; »nam & numerus passuum inibatur a gymnastis.« CASAUBONUS. — Vulgatum τόπον tenet GESNERUS, DE Avib. pag. 718. dein μεθ' ὃ corrigens. Sed verosimilius videtur, περίπατόν τινα scripsisse auctorem, quo dein recte illud μεθ' ὃν referatur. Percommode autem graece dicitur περιπατεῖν περίπατόν τινα, *ambulare ambulationem*, quemadmodum ὁδοιπορεῖν ὁδόν τινα. Et cum nomine περίπατον commodius positum videri debet verbum ἐξευρὼν, quam cum nomine ὁδόν. Est enim ἐξευρίσκειν, *invenire tentando, meditando, experiundo:* quod perapte huic loco convenire intelliges, si Aeliani praesertim verba conferas.

ῥύγχος ὑπρυμένον ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικοῦν. »*Rostrum* »*illi, incipiens a capite puniceum esse.* Id est: *non extremum* »*tantum illi rostrum puniceum est, sed totum omnino.* ὑπρυμένον »probum verbum Graecum: quod cur mutandum inter»pretes censuerint, vellem nos docuissent.« [*rostro ad caput*

d *vehementius obſtricto* interpretatus erat Dalec. quod *εἰργμένον ἐπὶ τῆς κεφ.* Graece reddidit Purſanus.] »De voce »ῥύγχος notat Euſtathius [ad Odyſſ. γ'. p. 126. l. 49.] »ex hoc loco, poni etiam pro ῥάμφος: adverſus eorum »ſententiam, qui ſuillo generi proprium ῥύγχος eſſe vo»luerunt. Ariſtoteles [Hiſt. Anim. II. 12.] ſic: Στόμα δ' »οἱ ὄρνιθες ἔχουσι μὲν, ἴδιον δέ. οὔτε γὰρ χείλη, οὔτ' ὀδόν»τας ἔχουσιν, ἀλλὰ ῥύγχος.« CASAUBONUS. — De eodem vocab. confer Noſtrum, III. 95. d. e.

στόμαχον δ' ἔχει λεπτὸν· διὸ τῶν λαμβανομένων εἰς τὸν πόδα ταμιεύεται μικρὰς τὰς ϕωμίδας. »Mirabar quor»ſum illud *ideo* (διὸ) ſpectaret: propterea codices inſpe»xi diligentius. Cum nihil nos iuviſſent membranae, in »doctiſſimi Hoeſchelii Excerptis reperi quod quaerebam. »Ibi enim ante διὸ habentur haec verba, στόμαχον δ' ἔχει »λεπτόν: *habet meatum ventriculi anguſtum.* Iam ergo eius »libri beneficio cauſſam tenemus, cur *baccas parvas* de»glutire haec avis dicatur.« CASAUBONUS. — Eadem verba nobis & noſter codex Epit. & veteres membr. *A.* dederunt. Alioqui potuerant vel eadem vel in eamdem ſententiam alia ex ipſo Ariſtotele ſuppleri, qui porphyrioni *στόμαχον οὐκ εὗρον, ἀλλὰ σφόδρα μακρὸν* tribuit, Hiſt. Anim. II. 17. ſub fin. Adde Plinium, lib. XI. ſect. 79.

κάπτων δὲ πίνει. »Huius quoque loci emendationem »imputat nobis Epitome. Nam priores editiones *σκάπτων*, »inepte: membranae *βάπτων*, haud multo melius. Magni »doctoris ſcitum eſt, [Ariſtot. Hiſt. Anim. VIII. 6.] *ſolum* »*porphyrionem ex omnibus animalibus bibere κάλλει*: caetera vel »*σπάσει*, vel *λάλλει*. Plinio interprete, [lib. X. cap. 46. »ſect. 63.] *κάλλει πίνειν*, eſt *morſu bibere.* Poëtae pro *bibe»re* poſuerunt τὸ *κάπτειν*: ut Timocles in Porphyra, [apud »Athen. X. 431. a.] Μὰ τὸν Διόνυσον, [ὃν] σὺ *κάπτεις* »ἴσον ἴσῳ.« CASAUBONUS. — Confer HEMSTERHUSIUM ad Ariſtoph. Plut. pag. 314 ſqq. & TOUP Cur. Noviſſ. in Suid. pag. 299. Eſt autem *κάπτειν* (interprete Hemſterh. l. c.) proprie, *repetitis identidem interpellatisque morſibus adpetere, & vellicatim carpta dimittere.* Reſpondet Franco-Gallorum verbo *happer*, Germanorumque *ſchnappen.*

πενταδάκτυλός τε ὤν, τὸν μέσον ἔχει μέγιστον. Librarii vitio *quinos pedum digitos* hic tribui *porphyrioni*, monuit SCHNEIDERUS ad Aelian. Nat. Anim. III. 42. Ac ſane, ab Ariſtotele non eſſe illam ſcripturam *πενταδάκτυλος*, fi-

dem facere videtur quod diſerte docet idem Philoſophus, d De Partib. Anim. lib. IV. cap. 12 ſub fin. *quaternos pedum digitos, non plures, omnibus eſſe avibus.* Quorum digitorum quum in plerisque avibus tres ſint anteriores, unus poſterior; facile patet, *medium* illum, quem *caeteris maiorem* dicit, intelligi debere medium e tribus anterioribus. Nec vero ullum, quod ſciam, avium genus ad hunc diem repertum eſt, *quinis digitis* inſtructum. *Mox deinde*, pro Μύνδιος, perperam Μυνδαῖος ſcribitur in cod. *A.*

ἰδίᾳ ἑκάτερον καταριθμούμενος. Notavit BENTLEIUS ad Fragm. Callim. pag. 468. ed. Erneſt. pro *ἰδίᾳ ἑκάτερον* corrigendum eſſe *ἴδια ἑκατέρου*. Nobis ſatis placet vulgata ſcriptura, in qua nil mutant veteres membranae. *Paulo inferius*, in ed. Ven. & Baſ. non modo verbum καταδυομ. deſideratur, ſed & duae voces praecedentes, ἐν σκότῳ, quae in ed. Caſ. adiecta ſunt. Tria verba, ἐν σκότῳ καταδυόμενον dedit nobis cod. *A.* eademque etiam Breviator in ſuo repererat exemplari. *Mox*, ἐχθραίνει γὰρ de- e dit ms. *A.* Pro eo vero quod ait Athenaeus, ἐχθραίνει (ſive ἐχθαίρει) τοὺς προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ, Aelianus ſcribit, καὶ σιτούμενος δ' ἐπὶ μαρτύρων ἄχθεται.

Avis πορφυρίδος meminit *ARISTOPHANES*, Avib. 304.

Ἴβυκος δέ τινας λαθιπόρφυρας ὀνομάζει διὰ τούτων &c. λαθιπορφύρας penacute ſcripſit CASAUBONUS, ubi verba iſta in Animadv. repetiit. Adnotavit autem haec: »Quam magis cogito de hoc loco, tam magis quid pro- »nuntiem incertus ſum. Membranae omnes corruptae: »Epitome ſilet. Auctor ipſe, ut quidem haec lectio eſt, »ſibi contradicit: nam *lathiporphyrae* aves in ſequente *IBY-* »*CI* loco nullae ſunt: [quandoquidem ibi nude πορφυρί- »δες in editis libris legebatur.] Eſſet emendatio in prom- »ptu, ut ex ſubiectis verbis legeremus πορφυρίδας ὀνομά- »ζει. Sed ex verbis Athenaei adducor, ut credam Iby- »cum aliter ſcripſiſſe. Satis enim clare patet ex voce τι- »νὰς, alias quam *porphyridas* intelligi, ſive diverſas rea- »pſe, ſive nomine ſolum. Lego igitur totum locum ita: »Ἴβυκος δέ τινας ἁλιπορφύρας ὀνομάζει διὰ τούτων, Τοῦ »μὲν πετάλοισιν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ξανθοῖσι ποικίλαι, ἁλι- »πόρφυραι . . . . . πανέλοπες, αἰολόδειροι, &c. In »lacunâ, praeter vocem ἁλιπόρφυραι, quam inſeruimus, »deſunt ſimilia his: καὶ Ἀλκαῖος δὲ πορφυρίδων μνημονεύει. »Verba, quae ſequuntur, eſſe *ALCAEI*, [ſic ſcribere vo-

e luerat Animadverſor; non, ut editum, *Athenaei:*] »non »*Ibyci*, docuit nos Scholiaſtes Ariſtophanis, qui ad Co»mici Aves [vs. 1410.] haec profert ex *Alcaeo*: Ὄρνιθες »τίνες οἵδε; Ὠκεανῶ ἀπὸ περάτων ἦλθον, πανέλοπες, ποι»κιλόδειροι, ταυσίπτεροι.« — Sic ille. Equidem in veteris codicis ſcripturâ, corruptâ illâ quidem, ubi in *Ibyci* verbis ante πορφυρίδες inſeritur vox αδοι, haud obſcura veſtigia verae ſcripturae, λαθιπορφυρίδες, mihi viſus ſum reperiſſe. Nam tali quodam nomine uſum eſſe hunc poëtam ſuperioribus verbis docuerat Athenaeus: quam facile vero duae primores huius vocabuli ſyllabae ΛΑΘΙ in ΑΔΟΙ potuerint corrumpi, ſui quemque oculi poſſunt docere. Manifeſta eſt autem vis nominis & origo: nempe πορφυρὶς *quae* λήθειν vel λαθεῖν (id eſt, *latere*) *amat*; quem eſſe morem huius avis, modo docuerat Deipnoſophiſta. Iam ex hac lectione ſic reſtitutâ, λαθιπορφυρίδες; par eſt ut corrigatur menda quae eamdem vocem, ubi priori loco legitur, occupavit: nempe pro λαθιπόρφυρας (aut λαθιπορφύρας, ut Caſaubonus ſcripſit) vix dubitandum videtur, quin λαθιπορφυρίδας ſcriptum oportuerit. Denique, quod Comici interpres verba nonnulla ex *Alcaeo* profert convenientia cum his quae ex *Ibyco* citavit Athenaeus: nihil obſtat, quo minus credamus alterum horum poëtarum ab altero (*Ibycum* ab *Alcaeo*, qui fuerat illo paulo ſuperior) verba iſta adoptaſſe. In ipſo poëtae teſtimonio, πέταλα non tam *folia* intelligenda putavi, quam *frondes foliis veſtitas*. Conf. Odyſſ. τ'. 520.

Αἰεί μ', ὦ φίλε θυμὲ, &c. Tam certam quam elegantem iudicavi VALCKENARII emendationem, φίλε θυμὲ, pro corrupto φίλε οὐ με, quod obſederat libros. Habet illa quoque inſignem veri ſpeciem, Λίρεις με, pro Αἰεί με: quam tamen in contextum recipere dubitavi. Vide Valcken. Diatr. Eurip. pag. 248.

AD CAP. XLI.

f Σοφοκλῆς Καμικοῖς. Nulla discrepantia e membranis adnotata. Vide vero Animadv. ad III. 86. e. Ad intelligentiam teſtimonii *SOPHOCLEI* commodum fuerit Suidam conſuluiſſe in Πέρδικος ἱερόν.

a Φρύνιχος Τραγῳδοῖς. Perperam & invitis libris Φρύνιχος καὶ Τραγῳδοῖς ed. Caſ. 2. & 3. *PHRYNICHI* verſus,

τὸν Κλεόμβροτόν τε τοῦ Πέρδικος υἱόν: a

videtur esse trochaicus tetrameter, cui demti duo pedes posteriores. Temere vero Κλεόμβροτός τε scriptum erat in edd. Recte *accusativum* casum dedit ms. *A*. Proxima verba, Τὸ δὲ ζῶον ἐπὶ λαγνείας &c. parentheseos signis includenda curavi; quo facilius, quid ea huc facerent, intelligeretur. De quorum sententiâ bene CASAUBONUS praecepit: »Τὸ δὲ ζῶον ἐπὶ λαγνείας συμβολικῶς παρεί»ληπται. Hoc est: *Phrynichus in allato loco Perdicis fi»lium vocat Cleombrotum, notans hoc symbolo eius libidi»nem.* In perdicis ingenio duo observantur, libido & astu»tia: propterea comici & *libidinosos* vocabant *Perdices*, »vel *Perdicis filios*, ut Phrynichus: & *astutos ac va»fros*, ut proditores & id genus pestes. Aristophanes in »Avibus: [vs. 766.]

»Εἰ δ' ὁ Πισίου προδοῦναι τοῖς ἀτίμοις τὰς πύλας
»βούλεται, πέρδιξ γενέσθω, τοῦ πατρὸς νεόττιον·
»ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι.«

Nicophontis versus, si initio syllabam adieceris, (quo loco particulam καὶ ex coniecturâ posuimus) legitimus fuerit hexameter.

In *Epicharmi* trochaico,

Σηπίας τ' ἄγον νεούσας, πέρδικάς τε πετομένους:

quid spectarit CASAUBONUS, ἀγανεούσας edens, nescio; ac suspicor temere id commissum, non consilio ac voluntate Editoris: qui tamen, quum ante oculos haberet illam suae editionis scripturam, nihil aliud ad hunc locum monuit, nisi corrigendam esse pravam distinctionem verborum, qua vox βραχέως cum Epicharmi verbis iuncta erat. »Distingue melius, (inquit) Ἐπίχαρμος δ' ἐν Κω»μασταῖς βραχέως. Nam hoc vult, *Epicharmum corripuisse* »τὸ ἰῶτα *in voce* πέρδικας. Lege praecedentia.« — Pro eo, quod in ms. *A*. est ἀγαν ἑούσας, in ed. Ven. & Bas. ἄγον ἑούσας legitur, casu nescio, an consilio alicuius qui emendationem tentaret. Mihi plane sic visum erat, ἄγον νεούσας scripsisse poëtam. νεούσας est epitheton ad σηπίας pertinens, sicut πετομένους ad πέρδικας. Pendent autem isti accusativi a verbo ἄγον, quod dorice pro ἦγον positum, quemadmodum ἄγε pro ἦγε apud Theocrit. Idyll. III. 43.

ζῇ δὲ (ὁ πέρδιξ) ἔτη πεντεκαίδεκα· ἡ δὲ θήλεια, καὶ πλείονα. πολυχρονιώτερα γὰρ ἐν τοῖς ὄρνισι τῶν ἀρρένων τὰ

θήλεια. Ad priora verba, de *numero annorum quindecim*, adnotavit CASAUBONUS: »Ita pronunciat Philoſophus in »nono Hiſtoriarum: [cap. 7. ſub fin.] id nimirum ſpe»ctans quod plerumque fieri amat. In ſexto vero, [cap. »4.] etiam *ultra annos ſedecim* quasdam vivere ſcribit.« — Poſteriorem locum Plinius expreſſit, lib. IX. cap. 33. ſect. 51. Quod autem adiicit Deipnoſophiſta, *in avibus longiorem eſſe vitam foeminis quam maribus:* plane contrarium eius dicere Philoſophus videtur, eo ipſo loco, unde ſuperiora verba ducta ſunt, IX. 7. Nam, πολυχρονιώτερα, inquit, ὅλως μέν ἐστι τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων: id eſt, *generatim longiorem vitam maribus eſſe quam foeminis.* A generali regula autem nonniſi fere columbinum genus, ait, eſſe exceptum.

b ὅταν δὲ γνῷ ὅτι θηρεύεται, &c. »Leviter immutat ver»ba Ariſtotelis, Hiſtoriar. lib. IX. cap. 8. Vide, lege, & »confer: non ſine fructu feceris & voluptate. Nam phi»loſophi oratio longe floridior atque elegantior.« CASAUBONUS. — Paria, poſt Ariſtotelem, habet Plutarchus, De Solert. Animal. pag. 971. & De Amore Prolis, p. 494. Aelian. De Nat. Anim. III. 16. Plinius, X. 33, 51. Solin. cap. 7. quos laudavit BECKMANN ad Antigon. Caryſt. cap. 45. ubi eadem narrantur. Et eſt res vera: teſtes quidem etiam recentiores in eamdem partem citat Beckm. ibid.

AD CAP. XLII.

ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν, &c. Vide eosdem, quos modo laudavimus, auctores.

c Νεοττεύουσι δὲ - - διελόμενοι ἕκαστοι οἶκον. Corrupte διεκόμενοι ed. Ven. & Bat. ubi διοικούμενοι legendum coniectaverat editor Baſil. Sed διελόμενοι, ut edidit Caſaubonus, ſic recte exhibent ms. *A.* & *Ep.* Conf. Ariſtot. Hiſtor. VI. 8. ubi eadem res luculentius expoſita. *Ibid.* Ἐπὶ δὲ τὸν θηρεύοντα πέρδικα. ὁ θηρεύων πέρδιξ, eſt perdix cicur, quae feras perdices ſuis artificiis in laqueos illicit.

d ὅταν δὲ θήλεια ᾖ ἡ θηρεύουσα. Sic recte edd. vett. cum msstis: non ᾖ καὶ θηρεύουσα, ut habet ed. Caſ. *Ibid.* ἄδει ἕως ἂν ἀπαντήσῃ ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ. Corruptum haud dubie erat id, quod & in editis, & in utroque noſtrorum codicum msstorum legebatur, ἕως ἂν ἀπατηθῇ ὁ ἡγε-

μὰν αὐτῆς. Si teneremus verbum ἀπατηθῇ, oportebat dein ὑπ' αὐτῆς, aut τῇ ᾗ δῇ αὐτῆς, aut tale aliquid. Sed non erat id verbum huius loci. Quae h. l. ex Aristotele tradit Deipnosophista, ea respondent his Philosophi verbis, (Hist. Anim. IX. 8.) ἐὰν δὲ θήλεια ἡ θηρεύουσα ᾖ καὶ ἀδουσα, ἀντιάσῃ δ' ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ: ex quo perspicuum nobis esse videbatur, istud ἀπατηθῇ, quod habent hodie Athenaei libri, ex ἀπαντήσῃ esse corruptum: quae verba non uno hoc loco permutata inter se per librariorum incogitantiam observavimus; hic vero accedebat quod ex loco superiore (lit. b.) verbum ἐξαπατᾷν animo adhuc obversabatur illius scribae, e cuius errore ista scriptura libros omnes invasit: tum vero etiam αὐτῆς ex αὐτῇ (id est, αὐτῇ) detortum fuisse adparebat. Denique illud etiam per se patebat, corruptum esse quod in ed. Ven. legebatur ἀεὶ ἕως ἂν, & ἀδει scriptum oportuisse; quod ipsum & in ed. Casaub. repositum. Basileensis editor, corruptum videns locum prouti in ed. Ven. legebatur, quem solvere non potuerat nodum diffecuit, ex ipsis libris Aristotelicis verbum fere de verbo inferens in Athenaei contextum, & talem in modum refingens hunc locum, ὅταν δὲ θήλεια ᾖ ἡ θηρεύουσα καὶ ἀδουσα, ἀντιάσῃ δ' ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ.

ὅτι ἐκείνῃ ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῖς προσέχει. In ora ed. Bas. scribitur προσέρχεται. Nempe sic vulgo legitur apud Aristotelem. Sed percommoda est scriptura apud Nostrum vulgata: videndumque ne eodem modo scripserit ipse etiam Aristoteles; apud quem idem verbum προσέχειν simillima ratione usurpatum paulo inferius occurrit, ὅταν τῇ θηρευούσῃ θηλείᾳ αἴσθηται προσέχοντα τὸν ἄῤῥενα: pro quo apud Nostrum, vice versâ, ὅταν προσερχόμενον ἐπαισθάνηται τὸν ἄῤῥενα τῇ θηρευούσῃ. Hoc loco, quod apud Aristotelem vulgo προσέρχεται legitur, id e verbis proxime sequentibus irrepsisse videtur: quae in Aristotelicis libris sic leguntur, ὁ δὲ πολλάκις διὰ ταῦτα σιωπῇ προσέρχεται, eodemque fere modo apud Nostrum; nisi quod Athenaei libri ὅθεν pro ὁ δὲ habeant, minus commode, quia statim adiicitur διὰ ταῦτα, quod idem ac ἔθεν valet. In ms. *A.* quidem & in ed. Ven. προσέρχονται in plurali numero scribitur: sed recte προσέρχεται dedit ms. *Ep.* quod ex Aristotele iam receperat editor Bas. tenuitque Casaubonus.

ἐνίοτε δὲ ἡ θήλεια τὸν ἄῤῥενα προσιόντα κατασιγάζει. Particulam δὲ, quae deerat editis, dedit uterque codex mstus. Caeterum nil mutant noſtri libri. Confer vero Ariſtotelem l. c. *Mox deinde*, pro ἐξίσταται, quod habent libri Athenaei, ἀνίσταται ſcribitur apud Ariſtot.

e καθίζοντας ἐπὶ τῶν κεράμων. »Ariſtoteles, καὶ πολλάκις καθιζάνουσιν ἐπὶ κεφαλάς. Membranae & Epitoma cum noſtra lectione conſentiunt.« CASAUBONUS. — Quod in ed. Caſ. 2. & 3. legitur, ἐπὶ τῶν καράμων, ab operis peccatum eſt. ἐπὶ τῶν κεράμων apud Athenaeum tenent veteres libri omnes. Cum Ariſtotelicis libris facit Plinius, X. 33, 5. *ut in capite aucupantium ſaepe ſedeant.* Mireris tamen, quo pacto facilis illa & expedita lectio, ἐπὶ τὰς κεφαλὰς, in hanc noſtram ἐπὶ τῶν κεράμων fuerit detorta. Ac potuit quidem is error ex perperam accepto nexu compendioſo oriri, quo in vetuſtioribus libris ſcripta vox κεφαλὰς fuiſſet: ſed propemodum ſuſpicor equidem, ſub duabus illis diverſis ſcripturis, cum apud Ariſtotelem, tum apud Athenaeum, aliud neſcio quid latere. *Mox dein*, τὰς ἀγομένας θηλείας cum editis recte habet ms. *Ep.* ſed τοὺς ἀγομένους ms. *A.* quod & ipſum bene haberet, ſi ſequeretur θήλεις, non θηλείας: nam perinde ὁ & ἡ θῆλυς dicunt Graeci; (vide III. 90. e. & ibi not.) ſed ὁ θήλεια nullo pacto dici poteſt. Quae res hic agitur, ducta eſt ex Ariſtot. Hiſt. Anim. V. 5. Confer infra p. 393. a. *Ibid.* in περὶ τὸν - - καιρὸν recte conſentiunt ambo codices.

f τούτου δὲ αἴτιον ἡ τῇ ψυχῇ γινομένη φαντασία περὶ τῶν πλησιασμῶν. »Haec eadem vel praecipua cauſſa eſt τῆς »ἐξονειρώξεως, quae maribus foeminisque ſolet accidere.« CASAUBONUS.

AD CAP. XLIII.

Καλοῦνται δὲ οἱ πέρδικες ὑπ' ἐνίων κακκάβαι. »Et κακκάβη & κάκκαβος *perdix* eſt Heſychio. Ariſtoteli κακκαβίζειν & τριζειν propriae voces ſunt ad exprimendum »perdicum ſonum.« CASAUBONUS.

a ALCMANIS teſtimonium deeſt Epit. Scripturam Ἐπῆγε, quam ed. Ven. & Baſ. exhibebat, firmat ms. *A.* Dorica quidem dialecto, qua uſus erat Alcman, Ἐπᾶγε fuerat ſcribendum. Vide ad pag. 389. a. Verbum γλωσσάμενον

nusquam alibi, quod sciam, reperitur: videtur autem esse a participium a themate γλωσσάω, unde γλώσσημα & γλωσσηματικός. Pro γλωσσώμενον, doricâ formâ γλωσσάμενον dixerit poëta.

ὧν κατὰ μίμησιν λαβεῖν στάσιν τὴν μουσικήν. »Malim λαβεῖν σύστασιν. Periphrasis est verbi συνίστασθαι vel συστῆναι.« CASAUBONUS. — Commodius utique hoc loco vîderi vocabulum σύστασιν debebat, de quo vide Lexicon noſtrum Polybianum: ſed & apud Polybium alicubi vocab. στάσις idem atque σύστασις valet, quamquam notione ab ea quae huic loco convenit nonnihil diverſâ. Vide Polyb. XVI. 34, 11. & ad eum locum notata. Tenent quidem hîc στάσιν ambo noſtri codd. mssti. Sed mire in eisdem ſcribitur ὧν τὴν κατὰ μιμ. λαβ. στασ. τὴν μουσικήν: ſub quo quid lateat neſcio.

Οἱ Ἀθήνησι, φησὶν, ἐπὶ τάδε πέρδικες τοῦ Κορυδαλλοῦ πρὸς τὸ ἄστυ κακκαβίζουσιν· οἱ δ' ἐπέκεινα τιττυβίζουσιν. »*Corydalus*, ſive, ut alii ſcribunt, Κορύδαλλος, pagus fuit tribus Hippothoontidis, eâ viâ qua in Boeotiam ibatur: quod etiam declarant ſequentia non longe.« CASAUBONUS. — Graeca verba iſtâ ſerie, quâ repraeſentavimus, ſcripta dedere mssti *A.* & *Ep.* In utroque etiam codice Κορυδαλλοῦ geminâ λ literâ ſcribitur. Conferenda autem cum iſtis verbis haec, quae paullo poſt (lit. *c.*) ſubiiciuntur: οἱ δὲ περὶ τὴν Βοιωτίαν (πέρδικες) ἢ οὐ διαβαίνουσιν εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἢ διαβαίνοντες τῇ φωνῇ διάδηλοι γίγνονται. (ubi γίγνονται dedit ms. *A.* γίνονται edd. cum ms. *Ep.*) Cum utroque loco conferendus, e vetuſtioribus, maxime Aelianus Nat. Anim. III. 35. e recentioribus cum alii, qui de Avibus aut omnino de Animantibus ex profeſſo egerunt, tum SALMASIUS, Exercit. Plin. pag. 105. SCHNEIDERUS ad Aelian. l. c. & in Addendis pag. 580 ſq. & *Io.* BECKMANN ad Antigon. Caryſt. cap. 6. Nempe τιττυβίζειν, (Ariſtoteli, τρίζειν) eſt vox perdicis vulgaris griſeae ſ. cinereae, quae *tetrao perdix* Linnaei, Gallis *perdrix griſe*: κακκαβίζειν eſt vox perdicis maioris rufae, qui *tetrao rufus* Linnaei, Gallorum *perdrix rouge*. Prius genus in *Boeotiâ* frequentius erat, alterum in *Atticâ*.

Οἱ μικροὶ, φησὶν, ἄνδρες &c. Non eſt hic locus exponendae discutiendaeve fabulae, quae de *Pygmaeis* olim circumferebatur. Luculentâ cum brevitate tum doctrinâ, quae

b huc ſpectant, collegit excuſſitque CAMUS, in Notis ad Ariſtotelis Hiſtor. Anim. pag. 402 ſq. Iſtud, *πέρδιξιν ὀχήματι χρῶνται*, duobus modis intelligi poteſt: ſive quod *perdicibus* veluti equis inſidentes *veherentur*, vel quod *curribus uterentur, quibus iunctae perdices* eſſent. Priorem rationem placuiſſe nonnullis video: nobis praeferenda viſa poſterior. Sic quidem paulo inferius, pag. 391. f. ubi Venus dicitur *ἐπὶ στρουθῶν ὀχεῖσθαι*, ſatis certum eſt, non hoc voluiſſe auctorem, *paſſeribus inſidentem vehi Venerem*, ſed *vehi curru a paſſeribus tracto*.

Τῶν δὲ περδίκων ἐστὶν ἕτερον γένος -- τὸ ῥύγχος οὐχὶ κινναβάρινον ἔχον. »Excerpta, *οὐ κινναβάρινον*: [ſic & no»ſter cod. *Ep.* & Euſtath. Il. Ψ. p. 1444. l. 14.] retenta ne»gatione, quam tollit interpres.« CASAUBONUS. — Tenendam negationem adſentitur Caſaubono BECKMANN l. c.

οἱ δὲ περὶ τὴν Κίρραν πέρδικες, ἄβρωτον ἔχουσι τὸ κρέας διὰ τὰς νομάς. Alliis praeſertim veſci *Cirrhaeas perdices* ait Aelianus, Nat. Anim. V. 13. in miraculum vertens rem, & avium prudentiae tribuens id quod ex agri natura accidebat; ut monuit SCHNEIDERUS ad Aelian. l. c.

AD CAP. XLIV.

d ὁ Πλούταρχος. *Plutarchus*, Grammaticus *Alexandrinus*, unus e Deipnoſophiſtis. Vide I. 1. c. & Animadv. T. I. pag. 13.

μιμητικόν ἐστι τὸ ζῶον τοῦτο ὁ ὦτος. μιμητικὸν δέ ἐστι incommode ſane legitur in edd. nec aliud quid e ms. *A.* adnotatum. Abieci particulam, quam ignorat *Epitoma*, cum caeteroquin verbotenus hoc loco ſequatur plenius opus. Lubens accepiſſem *γάρ ἐστι*: ac ſic fortaſſe ſcripſerat Athenaeus. Ad rem ipſam quod ſpectat, monuit CASAUBONUS: »Manifeſtiſſime confundit auctor *otum* & »*otidem*: quae tamen duo ſunt diverſarum avium gene»ra: quod doctis viris dudum obſervatum recte.« — Poſt doctiſſimum GESNERUM, conſulendus inſtar omnium BUFFON, *Hiſt. des Oiſeaux* T. III. p. 1. & ſqq. Ὠτὶς, de qua loquitur Xenophon, eſt *avis tarda* quae dicitur; Gallice, *l'outarde*: ὦτος, *noctua* eſt, *aurita* quae cognominatur; & hoc eſt illud animal *μιμητικὸν*, quod dicit auctor. Quod
e paulo poſt pro θεωρούμενοι edidimus, θεώμενοι, id dedit codex mstus uterque, reſtituique a nobis auctori debuit.

Idem verbum ex Epit. habet etiam Euſtathius, hunc locum citans ad Odyſſ. λ'. pag. 439. l. 22. Ad verba, ἐκ τῶν λεκανίδων adnotavit CASAUBONUS: »Apud Eu»ſtathium, λεκανιδίων: modo vocabat λεκανίσκας. « — Nempe λεκανιδίων itidem ex *Epit.* tenuit Euſtathius: ſic certe ſcribitur in noſtro codice. Sed nihil intereſt: perinde & λεκανὶς, & λεκανίσκη, & λεκανίδιον, diminutivae formae ſunt nominis ἡ λεκάνη.

Quae ſequitur dein deſcriptio avis ex *ARISTOTELE*, ea non ad *otum*, ſed ad *otidem* pertinet: nec vero ulla pars huius deſcriptionis hodie in ſuperſtitibus philoſophi libris reperitur. Quod porro ex *ALEXANDRO Myndio* tra- f ditur, λαγωδίαν eamdem adpellari avem, id ad *otum* recte, ut videtur, retulit GESNERUS, de Avib. pag. 623. intelligens ſic vocatum »a *lepore*, quod pedes plumis vil»loſos habeat. « DALECAMPIUS ſuo arbitratu *lagotian* per *t* literam ſcripſit, ſic dictum *otum* ratus, ut qui eſſet auribus veluti leporinis. Sed editam ſcripturam λαγωδίαν tenent ambo noſtri codices mssti; a quibus non temere discedendum: nec abſurde ſuſpicati ſunt viri docti, latere fortaſſe idem nomen apud Heſychium in illâ gloſſâ: Λαγωΐνης· ὄρνις ποιός. Sane a ſcripturâ λαγωΙΔας in λαγωΙΝας, aut vice verſa, facile aberrare potuit aliquis librarius. Terminatio ας vero ex lingua communi eſt, ης e Ionico & poëtico idiomate.

Quod ſubiicitur, φασὶ δ' αὐτὸν καὶ τὴν τροφὴν ἀναμαρυκᾶσθαι, ἥδεσθαί τε ἵππῳ: iſtud de *ruminatione cibi* ad *otum*-ne ſpectet, an ad *otidem*, non dixerim: alterum, de *amore equi*, haud dubie ad *otidem* referendum, coll. Aeliano DE Nat. Anim. II. 28. Oppiano, II. 407. & Plutarcho de Solert. Anim. T. I. Opp. pag. 981. b. qui *otidum & equorum amicitiam* ab Ariſtotele ait commemorari. Verbum ἀναμαρυκᾶσθαι ſic ſcriptum dedit ms. *A.* recte. Similiter certe apud Heſych. habemus μαρυκᾶσθαι & μαρυκᾶται. Quae videri quidem poſſint eſſe doricae formae, pro ἀναμηρυκ. & μηρυκ. quae ſunt communis linguae Graecae: ſed tamen nomine verbali eiusdem formae, μαρύκημα, uſum etiam eſſe Plutarchum adnotavit H. Stephanus. Minus recte ἀναμαρικᾶσθαι h. l. ſcribitur in ms. *Ep.* per *ι* vocalem pro *υ*, ſed ſervatâ *α* in ſyllabâ praecedente. Prorſus corrupte ἀναγκαρυκάσθαι ed. Ven. & Baſ. quod in ἀναμαρυκᾶσθαι mutandum eſſe perſpecte monuit H.

f STEPHANUS in Indice Theſ. pag. 420. pro quo ἀναμπυκάσθαι poſitum eſt in ed. Caſ. cum ἀναμπυκᾶσθαι ſaltem oportuiſſet penultimâ circumflexâ. *Mox dein*, ὅσους ἂν θέλοι dedere ambo noſtri mssti. θέλῃ erat in ed. Ven. pro quo ſi θέλῃ ſcriptum fuiſſet, nihil deſideraſſes. Perperam vero θέλει ed. Baſ. & Caſ.

Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης· »Ὁ ὦτος ἐστὶ μὲν παρόμοιος τῇ γλαυκὶ, *&c.* Leguntur haec, quamquam non prorſus totidem verbis, in Hiſtor. Anim. lib. VIII. cap. 12. ſub fin. Apud Noſtrum, cum vulgo ſcriberetur Ὦτός ἐστι *absque articulo*, adieci *articulum* praeeunte ms. *Epit.* in quo ſic ſcriptum, Ὁ ὦτος ἔστιν ὅμοιος τῇ γλαυκὶ, *&c.* Quod vero continuo ſequitur conſentientibus apud Noſtrum libris omnibus, οὐκ ἔστι δὲ νυκτερινός: id apud Ariſtotelem non modo non legitur, ſed plane contrarium haud obſcure ſignificat Philoſophus, cum ait eamdem avem a nonnullis νυκτικόρακα (quaſi dicas *noctturnum corvum*) vocari. Tam aperte vero, quam recte, Suidas adnotavit: Σκώψ· εἶδος ὀρνέου νυκτερινοῦ. Suo igitur iudicio iſtud adiecerit Athenaeus: qui, ut fuit alioquin in poëtarum lectione magis, quam in naturae cognitione verſatus, & *otum* cum *otide* (quae ſane *non eſt noctturna avis*) confudit permutavitque, & fortaſſe, quoniam *ſaltando capi* otum accepiſſet, id non tam noctu, quam interdiu fieri poſſe putaverat. *Mox*, pro παρὰ τὰ ὦτα, quod erat editum, recte περὶ dedit ms. *Ep.* quemadmodum in Ariſtotelicis etiam libris ſcribitur. Continuo deinde, perperam in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcriptum erat, πτερύγια δύο. καὶ ὦτος καλεῖται: ubi verum e mssts reſtituit Caſaubonus, διὸ καὶ ὦτος &c.

a τὰ ζῶα βλέποντα εἰς τὸν ὀρχούμενον νευροσπαστεῖται. »*Aves intuentes cum qui ſaltat, moventur ad inſtar ſigillario-*»*rum quae nervis agitantur.* Hoc ſignificat verbum νευρο»σπαστεῖσθαι: non quod abſurde putavit Interpres. Ele»gantiſſime autem hac voce uſum Athenaeum intelligent, »qui meminerint quid ſit apud Graecos philoſophos νευ»ροσπαστεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. Sed de *neuroſpaſtis* multa »olim diximus ad illa Perſii:

»— *nec quicquam extrinſecus intrat,*
»*quod nervos agitet:* [Sat. V. vs. 128 ſq.]

»cum in poëtam illum praeſtantiſſimum commentarios »ſcriberemus; quos edemus, ubi erit occaſio, σὺν θεῷ. «

CASAUBONUS. — Vim verbi satis explicaverat exemplisque veterum auctorum illustraverat H. STEPHANUS, Thes. T. II. pag. 1045 sq. ubi etiam monuit, perperam in veteribus editionibus Athenaei *νευροσπατεῖται* legi: quae quidem scriptura etiam in nostro ms. *Epit.* obtinet, sed ibi impositâ notâ ut mendosa notatur. Veram scripturam auctori restituit Casaub. a

AD CAP. XLV.

μνημονεύει δ' αὐτῶν (τῶν σκωπτῶν) Ὅμηρος. Vide Odyss. ε'. vs. 66. ad quem locum quae in Commentariis suis posuit Eustathius p. 207. sub fin. ea ex Athenaei Epitoma ducta sunt.

γενος τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. De eo *saltationis genere* conferendus Pollux, IV. 103. *Ibid. καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡμεῖς σκώπτειν καλοῦμεν τὸ συνεικάζειν.* »Vult »dicere, *σκώπτειν* significare non simplicem *irrisionem* quae »verbis solis fiat, sed quae *gestu* quoque *formato ad instar* »*eius quem irrisum volumus.* Latini *sannam* & *subsannare* di»cunt. Addit in eamdem sententiam, *καὶ καταστοχάζε»σθαι τοὺς σκωπτομένους*, vel ut legit Eustathius »*τῶν σκωπτομένων.* Significat, eos qui subsannan»tur *velut scopum esse expositos irrisoribus* suis: unde illae lo»cutiones, *βάλλειν ἔπεσιν*, & *βάλλειν ἔπη*: latine, *iacere* »*in aliquem dicta*: & convicia poëtis dicuntur *ἐπεσβολίαι.* »Non igitur audiendi, qui [quod fecit Dalec.] emendant »*εἰκάζεσθαι.*« CASAUBONUS. — *τοὺς σκωπτομένους* cum editis tenet ms. *A.* itemque ms. *Epit.* sed in hoc altera scriptura inter lineas ab eâdem manu superne adscripta: quam unice veram & analogiae consentaneam iudicavimus. b

Πάντα δὲ τὰ τῶν ζώων εὔγλωττα, καὶ διηρθρωμένα ἐστὶ τὴν φωνὴν, καὶ μιμεῖται τοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἴχους. »Hoc est: *Omnia animalia quae linguam* »*bene formatam habent, & articulatam vocem edunt, & cum* »*hominum, tum aliarum avium sonos imitantur.* Quod de *om*»*nibus animantibus* in totum dicitur, ex ipso argumento »& sequente voce *ἄλλων* restringi debet ad *avitii genus.* »*Εὔγλωττα* autem appellantur, *quae habent linguam huma*»*nae linguae similem.* Homo enim est, ad cuius formam »omnes omnium animantium partes exigi debent: nam »id perfectissimum animal est. Ita exponi potest vox *εὔ*»*γλωττα*, ne temere discedamus a vulgatâ & omnium li-

b »brorum lectione. Alioquin legi poterat ex Aristotele πλα-»τύγλωττα: quod & fecerunt interpretes. « CASAUBONUS. — τὰ τῶν ζώων cum editis tenet uterque codex mstus. Commodius vero, atque rectius haud dubie, τὰ τῶν πτηνῶν vel τὰ τῶν ὀρνίθων dixisset Deipnosophista: nam ne sic quidem defendi eius oratio potest, ut dicamus τῶν ζώων intelligendum esse τούτων τῶν ζώων; quod locum haberet, si proxime ante de *universo avium genere* esset locutus. Nec in voce εὔγλωττα quidquam mutant veteres libri: pro qua tuenda quidquid adferri potuerat, a Casaubono prolatum est. At aegre mihi persuadeo, ab Athenaei manu esse illam scripturam: quem puto id ipsum hîc dicere voluisse, quod ex Aristotele (Hist. Anim. VIII. 12.) Dalecampius expressit, *quibus latior est lingua.* Nec vero idcirco opus est, ut statuamus, eodem vocabulo πλατύγλωττα, quod est apud Aristotelem, usum esse Nostrum; qui si (ut perquam probabiliter *Gallicus interpres* statuit) in eamdem sententiam εὐρύγλωττα scripsit, per veteris alicuius scribae errorem facile inde oriri potuit scriptura hodie vulgata.

Quod deinde, pro μικρότερός ἐστι, in ed. Cas. 3. scribitur μικρόσκελός ἐστι, id temere prorsus commissum. μικρότερος recte tenent mssti & superiores editiones, una Basileensi excepta, in qua est μικρότελος ex operarum lapsu. Ὁ δὲ σκώψ, ait Aristot. VIII. 3. ἐλάττων γλαυκός. Confer Aelianum, DE Nat. Anim. XV. 28. ubi etiam,
c quae ex *CALLIMACHO* de *duobus scopum generibus* adferuntur, eadem reperies: &, quae ad totum istud caput a SCHNEIDERO adnotata sunt, consuluisse iuvabit.

Ὁ δὲ Μύνδιος Ἀλέξανδρος φησὶ, τοὺς παρ' Ὁμήρῳ χωρὶς τοῦ σ κῶπας εἶναι. Nonnihil diversa verborum serie vulgo edebatur, Ὁ Μύνδιος δὲ Ἀλεξ. Nos praescriptum veterum membr. *A.* secuti sumus. In *Epit.* sic scribitur: Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος, κῶπας χωρὶς τοῦ σ τοὺς παρ' Ὁμήρῳ φησί. Ad quaestionem, de qua agitur, haec adnotavit CASAUBONUS: »*HOMERI* versus est Ὀδυσσ. ε'. [num. 66.]

»Σκῶπές τ', ἰρικές τε, ταναύγλωσσοί τε κορῶναι.

»Sed non defuere critici qui κῶπες emendarent pro σκῶ-»πες. Itaque ait Athenaeus, probatum *Alexandro Myn-»dio* fuisse κῶπες sine σ. Plane contrarium tamen scribit »Theocriti vetus interpres, cuius sunt haec ad Idyllium

» primum: [vers. 136.] Ἀλέξανδρός φησι, τοὺς σκῶπας » οὐκ ἐπιτρεπεῖς τῇ φωνῇ. διὸ καὶ παρ' Ὁμήρῳ φησὶν ὀρθῶς » δοκεῖν γράφεσθαι σκῶπές τ' ἴρηκές τε. οὐ δεῖ γάρ φησι » γράφεσθαι χωρὶς τοῦ σ. Non laborabo in tollenda hac » contrarietate: neque dicam, de alio *Alexandro* loqui hunc » Grammaticum, non de *Myndio*; nam id falsum puto. » Dicerem potius, corrigendum Athenaei librum, & scri- » bendum, τοὺς παρ' Ὁμήρῳ οὐ χωρὶς τοῦ σ σκῶπας εἶναι: » nisi cum edita lectione consentirent & mssti omnes & » Eustathius. Firmat etiam quod vulgatum est Athenaeus » ipse, paullo post scribens, etiam *Speusippum* κῶπας d » legisse in illo poëtae loco: nam τὸ, καὶ, [praesertim sequente δὲ particulâ, καὶ Σπεύσιππος δὲ, *atque etiam Speusippus*:] » indicat clare, *Alexandrum*, de quo erat di- » ctum, κῶπας *probasse*. Sed mirum etiam illud, quod sub- » iicitur ex eodem Alexandro, καὶ Ἀριστοτέλη οὕτως αὐτοὺς » ὠνομακέναι. Nam falso dixit hoc Alexander. Locus, quem » citat, ex Historiis est, libro IX. cap. XXVIII. « — De scripturâ apud Homerum cum Athenaeo consentit Aelianus, Nat. Anim. XV. 28. qui sua ex ipso Athenaeo hausisse videtur. Videndum igitur ne temere alteratum sit scholium illud Theocriteum. Ad τῷ τάχει, quod editum apud Nostrum, nihil varietatis adnotatum ex ms. *A*. In *Epit.* vero desunt verba διαφέρουσι usque φάττῃ. Sed apud Aelianum τῷ πάχει scribitur, quemadmodum apud Aristotelem, id est, *corpulentiâ*, vel *mole corporis*: quae scriptura etiam Athenaeo restituenda videtur. Postrema verba, καί εἰσι παραπλήσιοι τρυγόνι καὶ φάττῃ, quae adferunt ut *Aristotelica*, hodie quidem apud Philosophum, quod sciam, non leguntur.

In *Epicharmi* testimonio, σκῶπας, non κῶπας, dedit ms. *A*. Rursusque in *Metrodori* testimonio σκῶπας dedit idem ms. *A*. itemque ms. *Ep*. in quo deest Epicharmeum testimonium.

AD CAP. XLVI.

ἐν τῷ περὶ τῶν περδίκων λόγῳ. Sic ms. *A*.

Ἀριστοτέλης γοῦν φησιν, ὅτι τῶν ἀνατιθεμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀλεκτρυόνων &c. » *Gallos gallinaceos* variis numinibus » consecravit antiquitas: Marti praesertim, & Aescula- » pio: de quorum templis sensisse *Aristoteles* videtur.

d » Ait igitur Philosophus *de his sacris gallis*, τὸν ἀνατε-
» θέντα οἱ προσιόντες ὀχεύουσι μέχρις ἂν ἄλλος ἀνατε-
» θῇ. Hoc est: *Galli gallinacei prius consecrati eum qui novis-*
» *sime accessit cohorti suae ineunt, donec alius offeratur, qui*
» *tamquam novissimus gallinae loco ab iis habeatur.* Haec phi-
» losophi mens: quam in contrarium vertere interpretes
» absurdissime. Perplacet vero quod in Excerptis inveni-
» mus, οἱ προόντες, non οἱ προσιόντες: nisi ita ma-
» lumus, οἱ προόντες προσιόντες ὀχεύουσι. Elegan-
» tius etiam scripseris, τὸν ἀνατεθέντα ἀεί: de quo lo-
» quendi genere ante diximus. In iis quae hodie extant
» Aristotelis, hunc locum haud invenias, si satis memini:
» sed habetur huic simillimus alius, [brevior ille quidem]
» in Nono Historiarum, cap. VIII. Ἐν τοῖς ἱεροῖς, ait,
» ὅπου ἀνευ θηλειῶν ἀνάκεινται οἱ ἀλεκτρυόνες, τὸν ἀνα-
» τιθέμενον πάντες εὐλόγως ὀχεύουσι. Id est: *In templis,*
» *ubi absque foeminis consecrantur galli gallinacei, ut quisque*
» *dicatur, eum omnes servato ordine ineunt.* εὐλόγως, si men-
» dum non est, neque ὡς λόγος scribendum, interpretor
» ἐφεξῆς, & ut poëtae dicunt, ἐπισχερώ: *alius post alium,*
» *primas tenente eo qui primus fuit consecratus.* « CASAUBO-
NUS. — Salacitatem gallinacei generis iam uno verbo ante notaverat Philosophus, Hist. Anim. I. 1. sub fin. καὶ τὰ μὲν, ἀφροδισιαστικά· οἷον τὸ τῶν περδίκων καὶ ἀλεκτρυόνων γένος. Apud Nostrum, recte οἱ προόντες ὀχεύουσι non modo ms. *Epit.* dedit, sed & vetus codex *A*. Porro commodum utique foret, quod maluerat Casaubonus, τὸν ἀνατεθέντα ἀεὶ, ea notione quae exposita est in Anim-adv. T. III. pag. 363 sq. ad VI. 235. a. sed & carere illâ particulâ potuit oratio, quam nec Athenaei libri nec Aristotelici agnoscunt. Deinde in cod. *A*. sic scribitur, εἰ δὲ μὴ ἀνατεθῇ, ἢ μάχονται πρὸς ἀλλήλους &c. ubi si recte suo loco posita est ἢ particula, statuendum fuerit intercidisse aliquod orationis membrum. Nos eam particulam negligendam putavimus, ut e fine verbi praecedentis temere repetitam: & ignorat eam cum superioribus editionibus codex Epitomae, qui hoc loco reliqua omnia verba operis plenioris adcurate repraesentat.

e εἰσιὼν οἷαν δή ποτε θύραν, ἐπικλίνει τὸν λόφον. Eamdem fabulam referens Aelianus, Nat. Anim. IV. 29. θύραν γὰρ ὑπιὼν ait, & exaggerandi miraculi caussâ adiicit, καὶ τὴν ἄγαν ὑψηλήν: caussam etiam addit, arrogantiam animalis,

caventis ne quid detrimenti capiat ipsius crista. Quas nugas merito explosit *Schneiderus* ad l. c.

Post ista *de Passeribus*, Καὶ οἱ στρουθοὶ δέ εἰσιν ὀχευτικοί: sic legebatur in editis, διὸ καὶ Τερψικλῆς ἐμφαγόντας φησὶ στρουθῶν &c. ubi desideraveram articulum τους participio ἐμφαγόντας praeponendum. Quem cum adiectum in ms. *Epit.* reperissem, restituendum auctori iudicavi.

μή ποτε (vitiose μὴ τοτε ed. Cas. 1. & 2.) οὖν καὶ ἡ Σαπφὼ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι. » Quia autem venere plurimum uti hanc avem »(passerem) proditum est ab historiae naturalis auctori»bus: *ideo fortasse* καὶ ἡ Σαπφὼ, inquit Athenaeus, ἀπὸ »τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι: »SAPPHO, *hanc historiam de salacitate passerum secuta, Ve*»*nerem illis vehi ait.* Extat hodieque suavissimae poëtriae »locus, quem respiciebat auctor haec scribens. Nam ait in »Hymno Veneris, qui apud Dionysium Halicarnassaeum: [De Compositione Verborum, cap. 23. Opp. T. V. edit. Reisk. pag. 176 sq.]

»— πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
»χρύσεον ἦλθες
»ἅρμ' ὑποζεύξασα· καλοὶ δέ σ' ἆγον
»ὠκέες στρουθοὶ, πτέρυγας μελαίνας [*rectius*, περὶ γᾶς μελαίνας]
»πυκνὰ δινέοντας [δινεῦντας πτέρ'] ἀπ' ὤρᾶν αἰθέρος διὰ μέσσω. « CASAUBONUS.

Quod SAPPHO ait, *curru vehi Venerem a passeribus tracto*, pro eo Athenaeus eamdem in sententiam dixit, ἐπὶ στρουθῶν ὀχεῖσθαι: de qua locutione confer quae haud multo ante ad pag. 390. b. monuimus.

τὰς δὲ Ἠλείας αὐτῶν ἀσθενεστέρας τὰ τ' ἄλλα εἶναι, καὶ τὸ ῥύγχος κερατοειδεῖς μᾶλλον τὴν χρόαν, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λίαν λευκὸν ἐχούσας, οὔτε μέλαν. Totum locum praetermisit Breviator. Iftam vero, quam repraesentavimus scripturam, cum editis tenet (quod quidem noverim) vetus codex *A*. Quam qui primus invexit, is adiectivum nomen κερατοειδεῖς ad substantivum τὰς Ἠλείας & ad verbum εἶναι retulit: qua ratione etiam post χρόαν deinde vulgo interpungitur oratio. At multo commodius & consecutioni totius orationis convenientius videtur, ut verba ista καὶ τὸ ῥύγχος &c. cum sequentibus

f iuncta intelligantur, hoc modo, καὶ ἐχούσας τὸ ῥύγχος κερατοειδὲς μᾶλλον τὴν χρόαν, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λίαν λευκὸν &c. Quam rationem placuisse video eruditissimo CORAYO, ad Xenocr. pag. 141. Hoc ad terminationem vocis: sed de ipsius etiam vocabuli scripturâ haud temere addubitare licuerit. DALECAMPIUS quidem, *colore magis testaceo* vertens, κεραμοειδὲς legebat: minime absurde. Similiter certe *de colore* usurpata vocabula videmus, κεραμεοῦς, pag. 387. f. & pag. 398. c. d. & ὑποκέραμος, pag. 395. e. & quidem omnia ista eidem *Alexandro Myndio* frequentata, cuius hic quoque verba citantur. Nullum vero scrupulum vulgata hoc loco scriptura κερατοειδεῖς vel κερατοειδὲς doctissimo GESNERO iniecerat, quem ille *colorem corneum* interpretatus est, DE Avib. pag. 644. l. 35. Eamdemque scripturam probans CORAY l. c. contulit cum Xenocratis loco, DE Aliment. ex Aquatilib. sect. 7. ubi belonae, id est, acui pisci tribuitur ῥάμφος κερατῶδες, *rostrum corneum*. At enim quamvis insignem similitudinem videri possit habere Athenaei haec sive Alexandri Myndii cum ista Xenocratis dictione, haud parum tamen inter illas differt: nam apud Nostrum de *colore rostri* agitur, apud Xenocratem vero de eius *natura et substantia*, quae nimirum non carnea aut musculosa, nec ossea, sed *cornea* esse dicitur: qua ratione etiam una ex oculi membranis κερατοειδὴς, *cornea*, dicitur, non tam a coloris similitudine, (qui in cornu quidem varius atque varius esse potest,) quam a similitudine substantiae. Quod deinde subiicit auctor, τὸ δὲ πρόσωπον &c. monuit CASAUBONUS: »Notemus, etiam de *passeribus* usurpari »vocem πρόσωπον, cum ait *Alexander Myndius* de illis lo»quens, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λίαν λευκὸν &c. Dura sa»ne κατάχρησις.« — De pisce quoque usurpatum idem nomen vidimus, VI. 227. d. & VII. 295. e. sed id quidem apud poëtam.

Ἀριστοτέλης δέ φησι, τοὺς ἀῤῥένας &c. Haud paulo aliter haec leguntur hodie apud Philosophum, Hist. Anim. lib. IX. cap. 7. sub fin. qui locus cum hoc conferendus. De *coloris mutatione* habes nonnihil apud eumdem lib. IX. cap. 49. & lib. III. cap. 12.

a Ἠλεῖοι δὲ καλοῦσι τοὺς στρουθοὺς δειρήτας. Sic ms. *A.* & *Ep.* non δειρίτας. Placet etiam quod habet ms. *Ep.* οἱ Ἠλεῖοι, praepositio articulo.

AD CAP. XLVII.

Τὶ δή ποτε τῷ αὐτῷ &c. Sic recte uterque codex mstus: id est, *eádem consoná*. Nullus sensus inerat verbis prouti edita erant, cum deesset τῷ ante αὐτῷ. Recte item ἔχῃ δὲ dedit ms. *Ep.* (nescio an consentiente ms. *A.*) b Iungenda enim haec verba cum proxime praecedentibus; & pendet subiunctivus a coniunctione ὅταν.

ἕν τι τῶν ἀμεταβόλων. Grammatici Graeci σύμφωνα (γράμματα) ἀμετάβολα, id est, *consonas literas immutabiles* vocant quatuor istas, λ, μ, ν, ρ, quas *liquidas* vulgo dicere consuevimus. Ratio denominationis, quod non sint eidem mutationi obnoxiae, quae in novem mutas cadit ex pervulgata regula, *Tenuis tenuem* &c.

δι' ὧν ἡ πρώτη συζυγία τῶν βαρυτόνων λέγεται. *Literae per quas formatur ea coniugatio quae prima vocatur verborum barytonorum.* Sunt eae β, π, φ, & πτ: ut in verbis λείβω, τέρπω, γράφω, τύπτω.

ὅσα δὲ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα, διὰ τοῦ γ· ὄρτυγος, κόκκυγος, ὄρυγος. Quid huc faciat tertium exemplum, ὄρυγος, difficile dictu; quum non modo sub regulà non comprehendatur, sed plane exceptionem faciat a regula, atque adeo ipsam regulam labefactet, quemadmodum & istud ὄνυχος, quod continuo deinde seorsim adponitur. Nam ex praescripto canone, a nominativis ὄρυξ (quo nomine quid significetur, vide Animadv. T. III. p. 113 sq. ad VI. 100. f.) & ὄνυξ, quorum nominum utrumque ultimam syllabam habet a consona liquida sive immutabili (ut vocat Grammaticus noster) incipientem, genitivi formari debebant ὄρυκος & ὄνυκος: atqui alterum ὄρυγος facit, alterum ὄνυχος. Quare, nisi prorsus ineptus fuit Grammaticus, e quo ista desumta sunt, videndum ne sic olim scriptum fuerit: σημειῶδες δὲ (id est, *notandum*, nempe *ut peculiare*) τὸ ὄρυγος, καὶ τὸ ὄνυχος. Quamquam ne id quidem satis commodum foret: nam peculiare quidem est ὄνυχος, per literam χ formatum; ὄρυγος vero cum ὄρτυγος & aliis hoc commune habet, ut per γ literam formetur. Sed sicut fingere quodlibet poëtae, sic ineptire Grammatici numquam non sibi licitum putavere. Fortasse igitur ob ipsam illam, quam dixi, pugnantiam factum est, ut consulto ab editore Veneto omitteretur istud vocabulum ὄρυγος, quod adeo nec in ed. Bas. nec

b in Natalis Comitis & Dalecampii verſionibus latinis comparet. Sed tacite adiectum illud eſt in ed. Caſaub. ex veterum codicum praeſcripto, quibus adſentiuntur noſtri mssti *A.* & *Ep.*

Quod deinde ait, *genitivum ſingularem ſequi formationem nominativi pluralis:* invertit ordinem quem conſtanter aliàs tenent Grammatici, genitivum ſingularem ut exemplar ſtatuentes, quod ſequantur reliqui caſus: quod ipſum & ab eodem hoc Grammatico modo factum erat. Sed, quod nunc *nominativum pluralem* inſtar exemplaris & canonis eſſe ait, videtur id quidem rationem quamdam in ipſa naturâ ſatis probabilem habere. Perquam enim eſt probabile, in eis etiam linguis, in quibus nomina per ſuos caſus tam in ſingulari numero, quam in plurali, flectuntur, *terminationem nominativi pluralis* prius in uſu fuiſſe, quam *genitivus ſingularis* coepiſſet propriâ quadam terminatione a nominativo distingui. Documento eſt vetuſtiſſima Hebraeorum lingua, in qua pluralis numerus a ſingulari propriâ terminatione diſcernitur, cum caſus obliqui nullâ peculiari terminatione, nec in ſingulari, nec in plurali numero, a nominativo caſu diſtinguantur.

κἂν ἄνευ συμφώνου λέγηται. Sic recte ms. *A.* non λέγεται, ut erat editum. In *Epit.* deſunt iſta, καθόλου τε &c. usque ὁμοίως.

Quae de *Coturnice* ex *ARISTOTELE* adferuntur, ea habes in Hiſt. Anim. partim libro VIII. 12. partim IX. 8. c νεοττιὰν acute hoc loco efferunt mssti libri & editi; alibi νεοττίαν penacute, ut vulgo apud Ariſtotelem: neutrum male.

» *Coturnicem foeminam* his ALEXANDRI MYNDII verbis »deſcribit Athenaeus: ὁ ὄρτυξ λεπτοτράχηλός »ἐστι τοῦ ἄρρενος, οὐκ ἔχων τὰ ὑπὸ τῷ γενείῳ μελανα. »ἀνατμηθεὶς δὲ πρόλοβον οὐχ ὁρᾶται μέγαν ἔχων· καρ»δίαν δὲ ἔχειν μεγάλην, καὶ ταύτην τρίλοβον. Scri»bendum, λεπτοτραχηλότερός ἐστι τοῦ ἄρρενος: »vel μᾶλλον λεπτοτράχηλος. Reſtituimus autem hîc »duas dictiones, πρόλοβον, & τρίλοβον: cum earum loco »ederetur prius τρίβολον, ineptiſſimo aut nullo potius ſen»ſu.« CASAUBONUS. — Immo, in primoribus *Alexandri* verbis nulla litera erat corrigenda: nonniſi aptâ verborum diſtinctione ſuccurrendum lectoribus. Obſcurior videri poterat oratio, cum *poſt* λεπτοτράχηλός ἐστι in ed.

Venetâ *nulla distinctio* esset interposita : prorsus corrupit c orationem editor Basileensis, *post* τοῦ ἄῤῥενος *comma interserens ;* quo nunc a nobis *ante* τοῦ ἄῤῥενος reposito, recte habent omnia. Epitomae auctor, interpretis vice hîc (ut subinde alibi) functus, paulo etiam planiorem reddidit orationem levi verborum transpositione, cum sic scriberet, οὐκ ἔχων τοῦ ἄῤῥενος τὰ ὑπὸ τῷ γενείῳ μέλανα. Quod a se vocem πρόλοβον restituram esse ait Casaubonus, pro qua τριβολον antea fuisset vulgatum, uni editioni Basileensi proprius is error fuit : veram scripturam, πρόλοβον, Veneta editio tenuerat. Deinde vero, καὶ ταύτην τρίβολον utique legebatur in ed. Ven. & Bas. nec aliud quid ex cod. *A.* adfertur : in ms. *Ep.* vero desunt tria ista verba. Istam vero scripturam miratus sum Gesnero scrupulum non iniecisse, qui *cor tricuspidatum* vertit, de Avib. pag. 353. Corrigendum utique τρίλοβον monuerat iam *Guil.* Canterus, Novar. Lect. VII. 23. Confer Animadv. nostras ad Athen. VI. 319. f. Porro non ferendum fuit καρδίαν δὲ ἔχειν, quod hîc editum erat : aut enim ἔχων oportebat, aut ἔχει, quod ipsum dedit ms. *Ep.*

Περὶ δὲ τῆς γενέσεως αὐτῶν Φανόδημος ἐν δευτέρῳ d Ἀτθίδος φησίν· Ὡς κατεῖδεν Ἐρυσίχθων Δῆλον τὴν νῆσον &c. » Phanodemum, ait Deipnosophista, *scripsisse* » *aliquid in secundo Rerum Atticarum de generatione co-* » *turnicum.* Deinde eius historici verba quaedam recitan- » tur : sed nihil in eis invenias de eo quod fuerat propo- » situm. Caussam putamus esse, quod hodie in nostris li- » bris non integer locus Phanodemi habeatur, quem Athe- » naeus describserat. Scribo, ὡς κατεῖχεν Ἐρυσίχ- » θων Δῆλον τὴν νῆσον : non, ut habent libri omnes, κατ- » εῖδεν. Vel scribe καθῆρεν. Ex historia Thucydidis no- » ta est Deli ἡ κάθαρσις. « Casaubonus. — Nisi intercidisse partem verborum Phanodemi statuas, fatendum utique fuerit, perincommode positam esse hîc vocem γένεσιν : videndumque ne aliud quid sub ea lateat, nempe de more coturnicum *gregatim volandi* cum peregre abeunt. Pro eo quod editum erat Εὐρυσίχθων, citra haesitationem Ἐρυσίχθων correximus, praeeunte Casaubono. Sed κατεῖχεν in contextu ponere non sine caussa dubitavimus : ac statim quidem, quoniam nullo incommodo defendi vulgata scriptura poterat, ὡς κατεῖδεν, *ubi conspexit :* tum quod *Erysichthonem,* Cecropis filium, *fuisse* quidem *Deli*

d sacrorum causſâ novimus ex Pausaniae Atticis cap. 18. & 31. sed, *in potestate suâ tenuisse* insulam, nemo memoriae prodidit. Quod si intelligere velles, *cum portum tenuisset Deli*; satis equidem novimus, eam notionem verbo κατέχειν non minus convenire: sed in illam sententiam alia desiderabatur orationis structura, oportebatque κατεῖχεν (vel potius κατέσχεν) εἰς Δῆλον. Breviter Epitomator: φησὶ Φανόδημος, Ὀρτυγίαν νῆσον καλεῖσθαι παρὰ τὸ τὰς ἀγέλας &c. Ad id vero, quod hîc agitur, nil facit historia τῆς καθάρσεως Deli insulae apud Thucyd. I. 8. & III. 104. *Mox*, pro eo quod in ed. Ven. & Bas. legebatur ὑπὸ τῶν ἀχαιῶν, recte Casaubonus, & consentientibus (ut puto) vetustis membranis, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων edidit. Frequenter duo ista nomina permutata videas ab imperitis librariis. Denique quod editum erat, παρὸ τὰς ἀγέλας &c. non placuit; quandoquidem παρὸ (id est, παρ' ὃ) cum verbo finito, non cum infinitivo construitur, nisi praecedens oratio etiam infinita sive obliqua (ut aiunt) fuerit. Quare παρὰ τὸ adoptavi ex *Epitoma*.

Εὔδοξος δ' ὁ Κνίδιος, ἐν πρώτῳ Γῆς περιόδου. Ferri potuerat quod est in ed. Ven. & ms. *A*. ἐν πρώτῳ τῆς Περιόδου. Sic quidem & apud Laërtium I. 8. citatur Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Nec invitus vero tenui id quod in ed. Bas. & Cas. receptum reperi, Γῆς περιόδου. Sic certe consentiente ms. *A*. scribitur apud Nostrum VII. 288. c. itemque apud Laërt. VIII. 90. & apud Stephanum Byz. in Ἀζανία, & apud Porphyr. in Vita Pythag. sect. 7.

e Ad editam ante nos scripturam, καὶ περιῶν, monuerat CASAUBONUS: »Scribe, καὶ περιών. *Num etiam cum »esset in vivis, eo animali gaudebat.*« — Veram scripturam nobis dedere ambo nostri codices mssti. Fabulam, cuius hîc fit mentio, interpretari tentavit BOCHARTUS, Hierozoic. P. II. lib. I. cap. 15.

AD CAP. XLVIII.

Εὔπολις ἐν Πόλεσιν. »*EUPOLIDIS* comici Πόλεων me»minit & Pollux, cum alibi, tum libro VII. cap. 2. [sect. »13.] ubi scribe ita haec verba, Κακὰ τοιάδε πάσχουσιν, »οὐδὲ πρᾶσιν αἰτοῦσι. Quid significet πρᾶσιν αἰτεῖν, quod »proprium est servorum, alibi est expositum. Meminit et»iam Harpocration, in Ἀπόκρισις.« CASAUBONUS. —

Teſtimonium *Eupolidis* non adpoſuit Breviator: ex ms. *A.* vero nulla notatur discrepantia a vulgata ſcriptura Θρέψας. At ἔθρεψας neceſſario & ſententia & metrum deſiderare nobis viſum erat. Confer quae infra ad p. 393. b. de quantitate mediae ſyllabae vocabuli ὄρτυγος monemus.

Πρατίνας δ' ἐν Δυμαίναις &c. »Multas aves alibi f »mutas eſſe, alibi vocales, aut ſonum mutato loco mu»tare, non ignorant periti rerum naturalium. Quare non »eſt quod miremur nimis ſequentem philologi obſerva»tionem. Πρατίνας, ait, ἐν Δυμάναις ἢ Καρίτισιν »ἀδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα. πλὴν εἰ μή τι παρὰ »τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνάεντες, ὡς καὶ οἱ πέρ»δικες. Recte iudicavit Dalecampius, lemma tragoediae »*Pratinae*, quae hîc nominatur, eſſe corruptum: re»cte etiam pro Καρίτισι emendari ab illo cenſemus Κα»ρυάτισι. Legimus enim, Πρατίνας ἐν Λακαίναις ἢ »Καρυάτισι. Lacaenae virgines annuas choreas *Dia»nae Caryatidi* agitarunt. Hinc videtur natum huius fa»bulae argumentum. *Phliaſius* autem fuit *Pratinas*. Phliûs »in Peloponneſo urbs fuit, non procul Sicyone. Ait igi»tur Athenaeus: *Quod coturnices appellaverit unus Prati»nas Phliaſius ἀδυφώνους, id eo factum eſſe fortaſſe, quoniam »in agro Phliaſiorum eſſent vocales coturnices non minus quam »perdices.*« Casaubonus. — Eumdem cum Caſaubono titulum fabulae Pratinae ſtatuit *Ioach.* Kühnius ad Pauſan. III. 10. pag. 230. Et recte haud dubie a docto Animadverſore monitum eſt, Καρυάτισιν eſſe corrigendum; quo etiam proxime accedit veteris noſtri codicis ſcriptura, Καριάτισιν. Vide Pauſan. l. c. & IV. 16. pag. 320. Polluc. IV. 104. Stephanum Byz. in Κάρυα, & Heſychium, in Καρύαι & in Καρυᾶτις. Pro vulgato ἐν Δυμάναις, a Caſaubono diſcedens Meursius, ἐν Δυμαίαις legendum cenſuit, in Miſcellan. Lacon. lib. IV. c. 14. p. 306. Rectius Δυμαίναις, Toup, in Epiſt. Crit. pag. 53. ex Stephano Byz. in Δυμᾶν, coll. Heſychio in Δύσμαιναι, mendoſo vocabulo, ex Δύμαιναι corrupto: quod exponitur, αἱ ἐν Σπάρτῃ χωρίτιδες βάκχαι. Duplicem nominis formam adnotavit Stephanus Byz. l. c. ἡ Δυμανὶς & ἡ Δύμαινα: ac pro Δύμαινα legitur quidem etiam Δύμανα φυλὴ apud eumdem Stephanum in Ἁλικαρνασσός: ſed ibi veram ſcripturam Δύμαιναν e Palatinis ſchedis adſeruit Berckelius.

f Quare & nos hîc Δυμαίναις corrigendum putavimus, Toupio obſequentes. Quod vero per iſtas ambages cauſſam quaerit Grammaticus noſter, cur ἀδυφώνους, id eſt, *ſuaviſonas* coturnices adpellarit poëta: videtur ille numquam coturnicis vocem audiviſſe; quae ſane haud inſuaviter, e longinquo praeſertim, ad aures noſtras, cum inter ſegeres obambulamus, accidere ſolet. De Doricâ formâ vocabuli φωνάεις, pro communi φωνήεις, ſupra diximus, ad pag. 388. b. Ipſam communem formam ſi mavis cum Toupio, adſentientem habes noſtrum cod. *Ep.* in quo hic, ut loco ſuperiore, φωνήεντες. Quod ait, πλὴν εἰ μή τι, refertur ad id quod dixerat, ἰδίως (id eſt, *plane ſingulariter*) *illud epitheton coturnici tribuiſſe Pratinam.* Paulo commodius videri poteſt, quod pro πλὴν εἰ μὴ poſuit Breviator, καὶ τυχὸν παρὰ Φλιασίοις &c. id eſt, *ac fortaſſe apud Phliaſios* &c.

καὶ ἡ σίαλις δὲ ἀπὸ τούτου ἂν εἴη, φησὶν ὁ Δίδυμος, ὠνομασμένη. »Quae ſequuntur de appellatione cuiusdam aviculae, quae σίαλις diceretur, nec ſatis manifeſtam cohaerentiam habent cum praecedentibus, neque »agnoſcuntur ab auctore Epitomae. *Sialendris* ex Heſychio ſaltem nota avis: *ſialis* incomperta nobis alibi. Certum autem eſt, Athenaeum totam iſtam obſervationem »ex *Didymi Commentariis* in Pratinae ſuperiorem locum »hauſiſſe. Quare illius, ἀπὸ τούτου, expoſitio pendet e »praecedentibus, non hic quidem apud Athenaeum, ſed »olim apud Didymum.« Casaubonus. — Gallicus Athenaei interpres, hunc locum ita accipiens quaſi *coturnix* alio nomine σίαλις fuiſſet nominata, nomen iſtud, quod a σίαλον (*ſputum*) derivatum videri poterat, cum Gallorum vocabulo *bavard* confert; quod, cum ſimilem habeat originem, in vulgari ſermone de *garrulo* uſurpatur; ſic nempe nominatam coturnicem cenſens, quia eamdem identidem vocem repetat. At perſpicue auctor distinguere a *coturnice* videtur *aviculam illam, quam σίαλιν nominatam* ait. Si quid iuvaret hariolari in verbis e connexione cum his quae olim praeceſſerant abruptis, longe aliam rationem exponendi huius loci equidem initurus eram. Sane ex his quae continuo ſequuntur, intelligi par erat, σίαλιν eſſe onomopoëticum (quod vocant) nomen, aviculae neſcio cui impoſitum, quae continuo vocem *ſi, ſi*, edere conſueverit.

Ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα καλουμένη (ἧς μνημονεύει Κράτης f ἐν Χείρωσι, λέγων· Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα·) λέγει δὲ περὶ αὐτῆς &c. » *Ortygometra*, quae Italis *qualiarum rex* nomi» natur, in *Ithaca* insula frequentius spectata olim videtur, » quam in aliis Graeciae partibus. Non enim temere Ἰθα» κησίαν ὀρτυγομήτραν dixit vetus poëta. μνημονεύει, ait » Athenaeus, Κράτης ἐν Χείροσι λέγων, Ἰθακησία ὀρ» τυγομήτρα. Suspicor legendum Φερεκράτης: quia » semper alibi eius fabulae auctor nominatur Pherecrates. » Aut scribe, Κράτης Γείτοσι. Potest etiam ita, Κρατῖνος » Χείροσι. Vide ad librum XI.« CASAUBONUS. — Fabulae nomen, non, ut ante edebatur, Χείροσι, id est, *Deterioribus*, sed Χείρωσι, id est, *Chironibus*, scriptum dedit ms. *A*. Sic & editi cum eodem msto, XIII. 553. e. ubi *Cratini* Χείρωνες citantur: ad quem locum vide Casauboni notata. Et multis quidem multorum auctorum in locis, ubi *Cratini* ista fabula laudatur, (quae loca collegit partim Fabricii, partim Harlesii diligentia, in Notitiâ Comicorum deperditorum, Biblioth. Graec. T. I. p. 754. ed. Fabr. T. II. p. 434. ed. Harl.) ἐν Χείροσι per ο breve vulgo scribitur; sed in eorum nonnullis alii codices ἐν Χείρωσι praeferunt, probantibus viris doctis. Vide Menagium ad Laërt. I. 62. & Iungermannum ad Polluc. X. 186. Apud Nostrum hîc non modo fabulae titulum, ut fere aliâs, sed & poëtae nomen ac testimonium omisit Epitomator: in ms. *A*. vero poëtae nomen Κράτης est, haud secus atque in editis; quod hactenus utique haud immerito suspectum videri potest, quod nusquam alibi hoc titulo fabula *CRATETIS* nominata reperitur, cum *CRATINI Chirones* frequenter a multis commemorentur. Nam, quod hîc de *Pherecrate* etiam cogitaverat Casaubonus: *Pherecratis* Χείρων quidem passim laudatur, Χείρωνες vero nusquam: & ab Athenaeo quidem nostro ipsa illa fabula Χείρων *Pherecrati* numquam nisi cum dubitationis significatione tribuitur. Vide VIII. 364. a. IX. 368. a. b. & 388. f. XIV. 653. e. *Cratetis* vero & *Cratini* comicorum nomina alibi quoque subinde permutata a librariis esse docuit HARLESIUS in recensu fabularum quae *Crateti* tribuuntur, T. II. p. 429 sq. in fabulis Γείτονες, Ὀδυσσεῖς, Πανόπται, Πυτίνη, Ὧραι. Iam, quo persuadeamur eamdem permutationem hîc apud Nostrum obtinuisse, & *CRATETIS* nomen *CRATINI* locum occupasse, accedit quod vocabulum aliâs nusquam

occurrens, δυσθαλὴς, quod continuo deinde de *ortygometra* uſurpatur, ad *Cratinum* auctorem diſerte relatum videmus ab Heſychio: Δυσθαλής· δυσαυξής. Κρατῖνος. Et legitur hîc quidem vocabulum iſtud in *ALEXANDRI MYNDII* verbis: ſed cum omnino poëticum habeat colorem, accedente iſto Heſychii teſtimonio perquam fit probabile, translatum illud eſſe ab Alexandro ex eodem *Cratini* loco, quo *Ithacenſis ortygometrae* mentionem fecerat hic comicus. De ave iſta, quae ὀρτυγομήτρα apud Ariſtotelem aliosque nominatur, quam *avolantibus coturnicibus* ducem aut *comitem* certe *ſe praebere* Philoſophus ait, Hiſt. Anim. VIII. 12. ſententias doctiſſimorum virorum, concinnâ (ut ſolet) brevitate relatas, erudite excuſſit CAMUS, in Notis ad Ariſtot. pag. 151 ſq. art. *Caille-mère*. In orationis ſtructurâ hoc loco ἀνακολουθίᾳ uſus eſt auctor noſter eiusdem generis, qualem iam ſaepius obſervavimus; cuius ut levaremus incommodum, verba iſta ἣς μνημονεύει &c. parentheſeos noris incluſimus. Poſt parentheſin, quo ſequens oratio rurſus connectatur cum ſuperiori, repetitur δὲ particula, quae iam initio orationis in verbis iſtis, Ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα, poſita erat: cuius uſus frequentia exempla
a apud Polybium olim obſervavimus. In *ALEXANDRI Myndii* verbis, editam ſcripturam μακρὰ tuetur ms. *A*.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένων. Cum μαθηματικῶν eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Legamus, Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλατ. Πολ. μα»θηματικῶς εἰρ. Ita enim concipi debet lemma libri a »CLEARCHO editi.« — Veram ſcripturam nobis optimus codex *A*. obtulit.

b Iſta, διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν. καὶ γὰρ τοσοῦτον &c. ſic absque lacunae veſtigio, quemadmodum edidimus, ſcribuntur in cod. *A*. Ac novimus, etiam alibi paſſim abrupta ex connexione verba veterum auctorum adponi ab Athenaeo. CASAUBONUS, poſtquam in ſua editione *poſt* vocem φιλοστοργίαν *interpoſitis aliquot punctis* lacunam indicaſſet, in Animadverſionibus ſic monuit: »Mutilam pe»riodum, *de infelici graculorum amore adverſus ſui generis* »*aves*, ita exple: Καὶ τοῖς κολοιοῖς δὲ διὰ τὴν φυσικὴν »φιλοστοργίαν ἁλίσκεσθαι συμβαίνει. εἰ γὰρ »καὶ τοσοῦτον πανουργίᾳ διαφέρει, ὅμως &c.« Ubi verbum διαφέρει imprudenti viro docto excidiſſe videtur; prorſus enim nulla cauſſa erat, cur vulgatum διαφέρουσι

mutaretur. Breviter Epitomator: φησὶ δὲ (nempe ὁ Κλέαρχος) καὶ τοὺς κολοιοὺς τοσοῦτον διαφέροντας πανουργίᾳ, ὅμως ὅταν &c. De re confer Aelian. Nar. Anim. IV. 30.

Τὴν μέσην δὲ τοῦ ὀνόματος συλλαβὴν ἐκτείνουσιν Ἀττικοὶ &c. Ait Grammaticus noſter, praeeunte *Demetrio Ixione*, *vocabuli ὄρτυγες mediam ſyllabam produci* ſolere *ab Atticis*; *ſed ab Ariſtophane in illo ex Pace verſiculo*, (num. 788. ed. Br.) ὄρτυγες οἰκογενεῖς, *metri cauſſâ corripi*. Quem canonem ex Athenaei Epitomâ etiam adnotavit Euſtathius ad Iliad. ρ'. pag. 1145. l. 41. Atqui, quoad nobis quidem compertum, falſus ille canon eſt. Primum enim, nusquam apud Ariſtophanem producitur ſyllaba τυ in illo nomine, ſed conſtanter corripitur: quod adeo non *ex metri neceſſitate*, ſed ex *Atticorum* aut omnino ex Graeci ſermonis *uſu* factum intelligitur. Sic quidem in Avib. vs. 707. 870. & 1298. Pariter vero *Eupolis*, Atticus poëta, ὄρτυγας mediâ brevi uſurpavit, in verſu haud multo ante adlato, pag. 392. e. item ὀρτύγια idem poëta ſyllabâ τυ brevi, ibidem verſu poſteriori, ubi tres ſyllabae τύγια in quarta ſenarii ſede pedem tribrachyn efficiunt. Rurſus *Antiphanes*, ibidem, ὀρτυγίου ſyllabâ τυ brevi dixit, ubi anapaeſtum pedem formant ſyllabae τυγιου. c

Τῶν δὲ καλουμένων χεννίων &c. »Ex iis quae ſcribuntur »de *chenniis*, duo cognoſcimus: ſolitam *inter vulgares aves* »*chennium* haberi, quaeque etiam inter *ſalitas* carnes »in familiae uſum aſſervaretur: &, *Aegyptios plurimum hoc* »*cibo eſſe uſos*. Patet illud prius ex *Cleomenis* verbis in »*Epiſtola ad Alexandrum M.* ubi inter ciborum quisquilias »nominantur χέννια ταριχηρὰ μύρια. Extat etiam elegan»tiſſimum veteris poëtae Epigramma in ſordidum quen»dam, ſolitum ſuis convivis minimi pretii dapes appo»nere, in queis *chennia ſalſa* numerantur: [Analect. Brunckii, T. II. pag. 411. num. XXI.]

»Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα,
»χέννια, καὶ τυροὺς, χηνὸς ἁλιστὰ λίπη,
»ὄρνεα, καὶ μόσχεια. μίαν δ' ἐπιπίνομεν αὐτοῖς.
»πάσχομεν οὖκοῦν σοῦ, Τάνταλε, πικρότερα.

»Quod autem *propria Aegyptiis* fuerint *chennia*, probant »liquido *Hipparchi* verſiculi, quos *ex Iliade Aegyptiâ*, poë»mate illius, deſcripſit Athenaeus. Eos deſcribemus & »nos, ut medicinam, ſi poſſumus, aliquam faciamus eo»rum vulneribus. Sic ergo *Hipparchus*:

c » Οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσιν
» χέννια τίλλοντες καλκατιάδει σαλέοντα.
» Si licet hiſcere in tantis tenebris, legam,
» χέννια τίλλοντες καὶ ἄλευρα ἀεὶ ἀλέοντες:
» vel, καὶ ἀεὶ κριθὰς ἀλέοντες. Libro decimo: [p. 447. c.]
» Αἰγυπτίους Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι, κυλλήστιας
» ἑσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς ἐς ποτὸν καταλεαίνοντας. Vides
» eadem prope verba. De zytho Aegyptiorum ex hordeo,
» praeter hiſtoricos & medicos, Aeſchylus quoque in
» Supplicibus: [verſ. 959 ſq.]
» Ἀλλ' ἄρσενάς τοι τῇδε γῆς οἰκήτορας
» εὑρήσετ' οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ.
» Nemo mihi negaverit, coniecturam hanc plurimum con-
» tinere probabilitatis: quia tamen velut in bivio haere-
» mus ductu librorum deſtituti, tentemus aliam quoque
» viam, ſi forte quam quaerimus veritatem inveniamus.
» Nam quia valde paupertatem Aegyptiorum extenuare
» voluit poëta, ſcribi fortean poteſt, καὶ βίβλον ἀεὶ ἀλέον-
» τες. Eſum *byblici panis* exprobrat Aegyptiis: quorum
» tenuiores pane e papyro ſe ſuſtentaſſe obſervavimus.
» Apud Aeſchylum Danaus rex Argivorum ita conſola-
» tur puellas, quas vi infeſta Argivis eripere manus Ae-
» gyptia parabat: βύβλου δὲ καρτὸς, ait, [verſ. 768. | οὐ
» κρατεῖ στάχυν. Scholiaſtes: παπυροφάγοι οἱ Αἰγύπτιοι
» ἦσαν.« Haec CASAUBONUS: — a quo quae ad corri-
genda corrupta *HIPPARCHI* verba collata ſunt, quamvis
illa docta ſint, vereor tamen ut lectori ſubtilius rem ſpe-
ctanti ſatisfacere queant, cum praeſertim nimis longe a
veteris ſcripturae veſtigiis recedant. Multo vero minus
etiam promovit WESTONUS, in Hermeſianacte p. 31 ſq.
magno hiatu clamans, ſic reſtituendum eſſe verſum:
χέννια τίλλοντες, καὶ ἄλφιτ' ἄδουσ' ἀλέοντες.
id eſt, *chennia vellentes, & farinam ex hordeo conficientes ca-
nunt.* (Coll. Ariſtoph. Nub. 1361.) Qui, alia ut taceam,
ne id quidem viderat, verbo ἄδουσ' (id eſt, ἄδουσι) nul-
lum prorſus hîc locum eſſe, ob primam ſyllabam neceſ-
ſario productam. Duplicem coniecturam VILLEBRUNIUS
propoſuit: unam,
χέννια τίλλοντες, λακάθια δ' εἶσ' ἀλέοντες:
alteram, cui haud immerito (quod ad ſententiam quidem)
priorem locum tribuit ipſe, huiusmodi:
χέννια τίλλοντες, καὶ ἀλὶ ταῦτ' εἰσαλίζοντες.

Idemque aliam item coniecturam retulit, ab ADAMO pro- c
positam in hunc modum:

χέννια τίλλοντες, κολοκάσια δ' εἶτ' ἀλέοντες.

Nos denique sic coniectantes,

χέννια τίλλοντές τε, καὶ ἄλκὰ τάδ' εἰσαλέοντες:

verbum εἰσαλέοντες, non ad simplex ἀλέω, *molo*, retulimus; sed ad ἀλέω, Ionice ἀλέω & ἄλημι, Homero frequentatum, *congrego*, *in unum cogo*, *coacervo*, *includo*: unde etiam in Galeni Lexico Hippocrateo habemus ἀλέουσιν sive ἀλέουσιν, ἀθροίζουσι. Nomen ἄλκὰ vero non sine haesitatione posuimus, quod idem valeret ac ἄλυκὰ, *salita*: auctorem haud satis quidem certum hactenus secuti Hesychium in Glossa, quae sic vulgo mutatis accentibus scribitur, Ἄλκα· ἅλυκα. Quam glossam si in istam partem interpretari minus licuerit, paululo longius a scripturae vestigiis recedendo in eamdem sententiam sic rescripserim:

χέννια τίλλοντες, χἄλιστὰ (*vel*, καὶ ἅλιστὰ) τάδ' εἰσαλέοντες.

Sed iam nimis diu districtos nos tenuere aviculae istae: quarum etiam Hesychius, sive ex ipso Athenaeo nostro, sive eisdem quibus ille fontibus usus, his verbis meminit: Χέννιον, ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον ταριχευόμενον. VILLEBRUNIUS, in priore *Hipparchi* versu Αἰγύπτου corrigens pro Αἰγυπτίων, nescisse videtur secundam illius vocabuli syllabam perinde corripi atque produci posse. Vide Odyss. IV. 83. 127. 229. Redeamus paulisper ad *Cleomenem*, cuius *epistola ad Alexandrum M.* paulo ante commemorata est. Fuerat ille scilicet *vectigalibus Aegypti* ab Alexandro *praepositus*, ut ex Curtio discimus, IV. 8, 5. Eiusdem & Pausanias meminit, lib. I. cap. 6. pag. 15. & Arrianus in Rebus Alex. lib. III. cap. 5. & VII. 23. In *Cleomenis verbis* recte φαληρίδας tacite correxit Casaubonus. Quod veteres editiones cum msto *A.* habent, ἀθληρίδας, id haud dubie statim paulo minus vitiose sic scriptum fuerat Θαληρίδας, permutatis inter se literis Φ & Θ, quae nonnisi situ fere differunt. Conf. ad VIII. 331. d. & ad IX. 368. d. De toto hoc loco nil aliud in Epitomâ legitur, nisi brevia haec verba: Ὅτι (nempe Σημείωσαι ὅτι, *Nota, quod*) τὸ χέννιον, μικρόν ἐστιν ὀρτύγιον, ὥς φησι Κλεομένης.

AD CAP. XLIX.

Οὐκ ἀπελείποντο δὲ ἡμῶν τοῦ συμποσίου πολλάκις οὐδὲ κύκνοι. *Ne cygni quidem ſubinde deerant epulis noſtris.* Iam ſaepius obſervaverit Lector, pridem receſſiſſe Auctorem noſtrum a primo ſuo inſtituto nonniſi unum aliquod ac ſingulare convivium deipnoſophiſtarum deſcribendi. Nempe, quo uberiorem ſibi pararet occaſionem de rebus quibuscumque in cibum ſumi ſolitis disputandi, *etiam aliás ſaepius ſe* cum caeteris convivis *apud eumdem Larenſium* fingit *coenaſſe*, atque adeo varios ſubinde atque varios cibos, qui unius coenae eſſe non potuiſſent, menſae fuiſſe inlatos. Conf. p. 395. f. ibique not. Vox κύκνος in editis Athenaei libris fere conſtanter cum circumflexo accentu ſcribebatur, contra veterum codicum praeſcriptum.

d ἀλληλοκτονεῖ γοῦν ὁ μάχιμος. Quo pacto defendi haec ſcriptura poſſit, (quam tenet quidem cum editis uterque codex mſtus) non video: & prorſus ὁ μαχόμενος corrigendum exiſtimo, niſi quid aliud occurrat commodius. Aelianus, qui ipſum Athenaeum ob oculos habuiſſe videtur, mutato paululum ſtylo ſic ſcribit: πολλάκις εἰς ὀργὴν καὶ μάχην προελθόντες καὶ ἀλλήλους ἀπέκτειναν οἱ κύκνοι. Var. Hiſt. I. 14. Gravius vero eſt quod idem *Ariſtoteles*, ad quem Athenaeus provocat, ſcribit in Hiſt. Anim. IX. 1. ἀλληλοφάγοι μάλιστα τῶν ὀρνέων: quem ſecutus Plinius, X. 23, 32. *mutuâ carne*, inquit, *veſcuntur.*

μάχεται δὲ καὶ τῷ ἀετῷ. Merito ſic correxit editor Baſileenſis. Vide Ariſtot. & Aelian. locis cit. rurſusque Aelian. De Nat. Anim. V. 34. Vetus autem error fuerat τῷ αὐτῷ in Athenaei libris: quem cum in ſuo etiam exemplari reperiſſet Epitomator, locum hunc praetermiſit. *Mox*, διαίρουσι utique ſcriptum oportuit: *traiiciunt.* διαβαίνουσι ait Aelian. Var. I. 14. ἀναπέτονται εἰς τὸ πέλαγος, Ariſtot. IX. 12.

e τραφῆναι ἐν Λευκόφρυϊ. »Tenedon *Leucophryn* quoque »appellatam fuiſſe, vide apud Plinium.« DALECAMPIUS. — Sic Plinius V. 31, 39. aliique quos ibi laudavit Harduinus.

Βοῖος δ' ἐν Ὀρνιθογονίᾳ, ἢ Βοιὼ, &c. »Rara apud ſcri»ptores Graecos eſt mentio *Boei*, vetuſti auctoris, qui »περὶ Ὀρνιθογονίας ſcripſerat. De eo Noſter: Βοῖος δ' ἐν »Ὀρνιθογονίᾳ, ἢ Βοιῷ, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὸ Ἄρεως

»τὸν Κύκνον ὀρνιθωθῆναι. Non satis capio illa verba, ἢ e »Βοιῷ. Nam absurdum est quod suadet haec lectio, titu»lum editi a *Boeo* libri fuisse Βοίου Βοῖος. [sive Βοιός.] Pu»to verius, Βοῖος ἢ Βοιώ: sicuti postea liquido scriptum »invenimus in [msto codice] *Huraldino*. Videntur dubi»tasse veteres, vir fuisset an foemina auctor poëmatis il»lius. Βοιὼ, ut Δηὼ, Μυρὼ, Θεανὼ, & similia mulierum »nomina. Citatur Βοῖος ἐν Ὀρνιθογονίᾳ ab Antonino Libe»rali in Metamorphosi. [cap. 3. & 7. & 11. &c.] *Cygnum* »*in avem fui nominis esse mutatum a Marte*, quod ait *Boeus*, »non assentiuntur alii. Ovidius Neptunum αἰτιᾶται: [Me»tam. lib. XII. Fab. 3.]

»— *Corpus Deus aequoris album*
»*contulit in volucrem, cuius modo nomen habebat.*

»Liberalis, Apollinem: καὶ ἐγένοντο βουλῇ Ἀπόλλωνος ὄρ»νιθες ἀμφότεροι ἐν λίμνῃ: Historia duodecima. « CASAUBONUS. — Ad editam olim scripturam ἢ Βοιῷ nihil e vetere cod. *A.* enotatum video: quem tamen facile credo in vocabuli accentu consentire cum Huraldino. Utrumque nomen, Βοῖος & Βοιὼ, praetermissum in Epitoma. Haud satis certum iam olim fuisse quis fuerit istorum poëmatum auctor, intelligitur ex fine huius capitis, ubi indefinite ait Noster, ὁ ποιήσας ταῦτα τὰ ἔπη. Βοιὼ aliâs nomen fuerat mulieris vatis, Pausaniae & Clementi memoratae; de qua vide Fabricii Bibl. Graec. T. I. pag. 107. *Mox* dein, Σύβαριν rectè per υ scribitur in ms. *A.* In Epit. non legitur id nomen.

γυνὴ διάσημος ὄνομα Γεράνα. Duas voces, quae deerant editis, obtulere nobis ambo codd. mssti. De inferendo nomine *Geranes* monuerat VALCKENAER apud Verheyk ad Antonini Liberal. fab. 16. ex Eustathio, qui ad Iliad. Ψ. pag. 1444, 14. fabulam istam ex Athenaeo refert. Adde Aelianum, Nat. Anim. XV. 29. qui & ibi, ut saepe aliâs, nonnisi Athenaeum nostrum secutus esse videtur; cuius simpliciori orationi comtior ille & nimis comtus scriptor suum stylum adcommodavit. Quae vero apud Aelianum & Athenaeum *Gerana* nominatur, eidem apud Antoninum Liberalem Οἰνάη nomen est. Ovidius *Pygmaeam* dixit, Metamorph. VI. fab. 2. vs. 90.

ταπεινῶς ἦγε commode edd. cum ms. *A.* Perperam f ταπεινοὺς ἦγε Eustathius l. c. quod ille in suo codice Epitomae vel repererat vel reperisse sibi visus erat. In no-

ſtro cod. *Epit.* ſuo more calligraphus terminatione vocis omiſſâ literam *ν* ſuperne adpinxit, adiecto gravi accentu; ut ταπεινὰ voluiſſe videatur, quaſi ita poëtice dictum pro ταπεινῶς. *Mox*, ubi ait εἰς ἀπρεπῆ ὄψιν τὴν ὄρνιν μετεμόρφωσε, pro τὴν ὄρνιν malles fortaſſe τὴν Γεράναν cum VALCKENARIO l. c. Sed nil mutant veteres libri: & poterit τὴν ὄρνιν per adpoſitionem (quam dicunt Grammatici) intelligi, quaſi dixiſſet Πλαδὴ εἰς τὴν ὄρνιν, id eſt, *nempe in avem cognominem*; vel τὴν ὄρνιν, pro τὴν τῆς ὄρνεως, ſcil. ὄψιν. Suum ſtylum adhibens Aelianus eamdem ſententiam his verbis reddidit: εἰς ὄρνιν αἰσχίστην τὸ εἶδος τὸ ἐξ ἀρχῆς ἤμειψε, καὶ ἔστιν ἡ νῦν γέρανος &c. *Paulo poſt*, quod χερσαίναν pro χερσαίαν legitur in ed. Caſ. 2. & 3. proprium illarum editionum vitium eſt.

AD CAP. L.

a ἐν δὲ πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων &c. »Miratur ſcriptor »coenarum, *Ariſtotelem in enumerandis avibus columbini generis* τὴν φάβα *praetermiſiſſe; cuius tamen alii meminerint*, »*ut Aeſchylus.* ἐν πέμπτῳ, ait, περὶ ζώων μορίων τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει. Locum Philoſophi reſpicit Hiſtoriarum »libro V. capite XIII. De errore huius citationis ſeptimo »libro ſatis. [Vide Animadv. ad VII. 286. c.] In illo igi»tur loco nulla *phabis* mentio: ſaepe tamen in Hiſtoriis »φαβὸς & φάττας diſtinctim habetur mentio.« CASAUBONUS. — Eadem ipſa verba, quae prima adponuntur tamquam ex *ARISTOTELE* ducta, περιστερῶν μὲν εἶναι ἓν γένος, εἴδη δὲ πέντε, &c. nusquam ita concepta leguntur (hodie quidem) apud Philoſophum: ſed non diſſimili ſententiâ ſcribitur in Hiſt. Anim. V. 13. τῶν περιστεροειδῶν τυγχάνει πλείω ὄντα τὰ γένη. At ibi quidem φὰψ non nominatur; ſed lib. VIII. cap. 3. quinque ſive ſpecies ſive genera hoc ordine recenſentur, φὰψ, φάττα, περιστερὰ, οἰνὰς, τρυγών: de quarum differentia vide CAMUS, in Notis, pag. 640 ſqq. & p. 717 ſqq.

»Verſus *AESCHYLI* ſic ſcribuntur:

»Σιτουμένην δύστανον ἀθλίαν φάβα
»μέσακτα πλευρὰ προσπτύοις πεπλεγμένην.

»Pendet ſententia ex praecedentibus apud poëtam. Sed »poſterior verſus ita ſcribendus:

»μέσαν τὰ πλευρὰ πρὸς πτύοις πεπλεγμένην.

» Citantur haec e *Proteo* Aeſchylea fabula. Ea fuit *fabula ſatyrica*, ut cognovimus ex Heſychio in Ἐπάσω. [ad» de eumdem in Ἄμαλα] Tamen in membranis hic invenimus, Αἰσχύλου ἐν τῷ τραγικῷ Πρωτεῖ. « CASAUBONUS. — Eamdem vocem, quae deerat editis, ſuppeditavit nobis vetus codex *A*. Unde colligere licet, *duo* fuiſſe *AESCHYLI dramata* eodem titulo, *Proteus*; alterum *tragicum*, *ſatyricum* alterum. Ac fortaſſe, quod ſubinde titulo dramatis alicuius diſerte notam iſtam adiectam legimus, fuiſſe *ſatyricum drama*, id eâ cauſſâ factum, quod exſtaret etiam eodem titulo *tragoedia*, cum ſatyrico dramate non confundenda. Temere DALECAMPIUS in verſione poſuit, *Aeſchylus in Prometheo*. Iam in *priore verſu*, pro dorico δύστανον, recte δύστηνον dedit cod. *A*. In *Epit.* deeſt totum poëtae huius teſtimonium. In *poſteriore verſu* nil ab editis discrepant membranae. Recte vero haud dubie verbum προσπτύοις, quod alienum ab hoc loco erat, in duas voces πρὸς πτύοις partiendum monuit Caſaub. At cur vocabulum μέσακτα in μέσαν τὰ mutatum idem vir doctus voluerit, ſi quid video, nulla cauſſa erat. μέσακτα πλευρὰ, ni prorſus fallor, valet μέσα ἀκτὰ, id eſt, *media fracta* vel *in medio fracta*; ab ἄγνυμι, *frango*. Sed ex eodem vocab. fit probabile, deinde περπληγμένην ſcriptum oportuiſſe, id eſt, *percuſſam*, *vulneratam*; non πεπλεγμένην, quod valet *irretitam*, quemadmodum Dalecampius vertit: *mediis lateribus irretitam obvolvas*.

In his quae continuo deinde ex *ARISTOTELE* adferuntur, cum in ed. Ven. ſic ſcriberetur, Ἡ μὲν οὖν οἰνὰς, φησὶν ὁ Ἀριστ. μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς καὶ οἰνάδος. ἡ δὲ φάσσα ἀλέκτορος τὸ μέγεθος &c. defectam eſſe orationem intelligens Editor Baſileenſis, collatis duobus Ariſtotelis locis, V. 13. & VIII. 3. ſic poſuit, μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς, ἐλάττων δὲ φαβός. ἡ δὲ φάσσα &c. omiſſis duobus verbis καὶ οἰνάδος: quae duo verba tenens Caſaubonus, iſta deinde ſubiecit, ἐλάττων δὲ φαβός. Certiorem medelam nobis ambo noſtri codices obtulerunt, poſt μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς novem iſta verba interſerentes, χρῶμα δ' ἔχει οἰνωπόν· ἡ δὲ φαλ↓ μέσον (μέση ms. *Ep.*) περιστερᾶς, quibuscum deinde cohaerent illa, καὶ οἰνάδος. Sic ſatis nunc Athenaeo convenit cum his quae hodie apud Ariſtotelem leguntur. Nam ordo, quo

a pro ratione magnitudinis ponendae ſunt iſtae columbarum ſpecies, iuxta Ariſtot. VIII. 3. talis eſt, φὰψ, οἰνὰς, περιστερά: iuxta eumdem, V. 13. φᾶττα, οἰνὰς, περιστερὰ, τρυγών: iuxta haec quae apud Noſtrum leguntur, φάσσα vel φάττα, οἰνὰς, φὰψ, περιστερὰ, τρυγών. Notandum vero quod apud eumdem Ariſtotelem nonnumquam φὰψ & φάττα promiſcue pro eâdem ſpecie nominantur.

χρῶμα δὲ σποδίον. - - χρῶμα δὲ τεφρόν. »*Columbini* »& ut loquitur Philoſophus περιστεροειδοῦς *generis*, ſpe»cies ſunt *phatta* & *trygon*, ſive *turtur*: de quarum diffe»rentiis ſcribit Athenaeus ex *ARISTOTELIS* non extanti»bus libris: Ἡ δὲ φάσσα ἀλέκτορος τὸ μέγεθος, χρῶμα »δὲ σποδίον. ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τε»φρόν. Duabus notis *phaſſam* a *turture* ſeparat: a *magnitu»dine*, & a *colore*. Illam *gallinae parem* facit: hanc *caeteris* »*omnibus* quae ad columbinum genus referuntur *minorem*; »praeterea *phattam vivum cinerem ſimilitudine coloris referre*; »*turturem* vero, *cinerem extinctum*. Ita interpretamur σπο»δίον χρῶμα & τεφρόν: nam doctiſſimorum virorum ac»quieſcere ſententiae non poſſumus, qui nullum diſcri»men ſtatuentes inter eas voces, ſola magnitudine diver»ſas faciunt turturem & phattam. Sunt ſane res affines »σποδὸς & τέφρα, ſed tamen diverſae: ſicut accurate »docemus in commentario DE Coloribus. Ibi explicatum »eſt quid differentiae ſit inter τεφρὸν colorem, & eum qui »σποδίος Athenaeo & Euſtathio, [ad Od. μ'. p. 475. l. 17.] »σποδὸς Heſychio, σποδοειδὴς Hippocrati & Ariſtoteli »dicitur.« CASAUBONUS. — Commentarius Caſauboni de Coloribus numquam in lucem emiſſus eſt: nec ſatis adhuc definitum videtur, quid diſcriminis ſit inter σποδίον *colorem*, atque τεφρόν. Heſychius: Τεφρόν· σποδὸν, φαιὸν, πολιόν. Compoſitum ἐνταφρος occurrit infra, p. 395. e.

b ἡ δὲ φὰψ καὶ ἡ περιστερὰ αἰεὶ φαίνονται. αἰεὶ recepi ex ms. *A*. ἀεὶ edd. cum ms. *Ep*. Apud Ariſtot. VIII. 3. unde haec ducta, non φὰψ nominatur, ſed φάττα καὶ περιστερά.

πολυχρονιωτέρα δὲ εἶναι λέγεται τούτων ἡ φάσσα, *&c.* Ariſtot. VI. 4 & IX. 7. *Ibid.* ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος χηρεύει ὁ ὑπολειπόμενος. Id eſt, *altero* καὶ τελευτήσαντος *mortuo, viduam vitam agit ſuperſtes*: nec tamen eam perpetuam; nam mortuo altero novum connubium inire non dubitat ſuperſtes. Diſerte quidem Ariſtoteles de toto columbino genere: οὔ-

τε συνδυάζεσθαι θέλουσι πλείοσιν, οὔτε προαπολείπουσι τὴν κοινωνίαν, πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρη γένηται. Hiſt. An. IX. 7.

γεγομένων τῶν νεοττῶν, ὁ ἀρὴν ἐμπτύει αὐτοῖς, ὡς μὴ βασκανθῶσι. *Poſtquam excluſi ſunt pulli, ſputo eos conſpergit mas, ne faſcinentur.* Articulum αὐτοῖς adiectum dedere ambo noſtri mssti. Abſurdum vero de *faſcinatione* commentum ignorat Philoſophus: ſed ab Athenaeo adoptavit Aelianus, Var. Hiſt. I. 15. Videtur autem illud temere effictum ex his, quae paulo inferius (lit. *f.*) adlata hodieque in Stagiritae ſcriptis leguntur.

Quae ſequuntur, Τίκτει δὲ ὡὰ δύο, &c. ea ducta ſunt c e lib. VI. cap. 4. unde etiam verba iſta καὶ ἐνδεκάκις inſerta apud Athenaeum in ed. Baſ. & Caſ. quae verba nullo ſane incommodo omitti potuerant a Deipnoſophiſta, & abſunt a mssti non minus, quam ab ed. Ven. Quibus abiectis, καὶ particula ante δεκάκις non coniunctivam habebit vim, ſed intenſivam, de qua diximus in Lexico Polybiano, pag. 316 ſq. num. 2. De verbo τιθέασι, quod ſequitur, haec adnotavit CASAUBONUS: »Τιθέναι, pro *nidificare*, translatitium non eſt. Sic autem »uſurpatur, cum hîc dicitur, Τίκτουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ »ἔτους. διὸ δὴ καὶ δεκάκις καὶ ἐνδεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τι»θέασι. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωκεκάκις. Sic Latini, *congerere*: ut,

» — *aëriae quo congeſſere palumbes.*

»Ariſtoteles, unde noſter, uſus verbo τίκτειν: Hiſtoriar. »lib. VI. cap. 4. τίκτουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ δεκάκις καὶ »ἑνδεκάκις· αἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ καὶ δωδεκάκις. Diffudit »philologus βραχυλογίαν philoſophi: ſolitus ſaepe verbis »ſuis alienas ſententias referre. Errant qui repugnantibus »libris & Excerptis Athenaeum hic cenſent emendandum: »imo vero depravandum. « [Editorem Baſileenſem dicit, qui in ora τίκτουσι adpoſuit, ſic nempe apud Athenaeum corrigendum cenſens.] »Aelianus Var. Hiſt. lib. I. cap. »15. pro τιθέναι poſuit ὠδίνειν. vide locum. « — Confer eumdem Aelian. De Nat. Anim. III. 45. Qui quod ὠδίνειν dixit, id ipſum ex Ariſtotele ſumtum, ex illis Hiſt. IX. 7. ἔστι δὲ περὶ τὴν ὠδῖνα δεινὴ ἡ τοῦ ἄρρενος θεραπεία. Licitum vero utique fuerat Athenaeo, variandi ſermonis cauſſa, nunc τιθέναι dicere (nempe ὠά,) pro τίκτειν ὠά: nec enim aliter illud verbum hîc accipiendum videtur.

Ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ φησιν Ἀριστοτέλης. Edebatur φησὶν ὁ

c Ἀριστοτέλης. Nos *articulum* delevimus auctoritate utriusque mssti. Post ista verba, in ed. Cas. *crucicula* signata erat, ex ed. Bas. translata. Monuit vero in Animadvers. CASAUBONUS: »Tollenda lacunae nota, sine caussa istis »impacta: ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ φησιν ὁ Ἀριστοτέλης † ὅτι πε»ριστερὰ ἕτερον, πελειὰς δ' ἔλαττον, &c. Nihil enim deest: »sed locus illustrandus e libro V. Historiar. cap. XIII. »unde est descriptus.« — Ista *cruciculae nota* in ed. Bas. referebatur ad id quod ibidem *in ora* legitur: ubi, quoniam corruptam defectamque totius huius loci lectionem iudicaverat Editor, ipsa Aristotelis verba, prouti Historiar. V. 13. leguntur, adposuit; quae sunt huiusmodi: ἔστι γὰρ ἕτερον πελειὰς καὶ περιστερά. ἔλαττον μὲν οὖν ἡ πελειάς. τιθασσὸν δὲ γίνεται μᾶλλον ἡ περιστερά. ἡ δὲ πελειὰς καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρόπουν, καὶ τραχύπουν. διὸ καὶ οὐδεὶς τρέφει. Quibus e Philosophi verbis oratio Athenaei, quam hodie libri nostri praeferunt, non modo illustranda, sed (verum si quaeris) emendanda etiam; nisi turpiter non modo errasse, sed & intra pauca verba manifeste pugnantia scripsisse Athenaeum statuas. Et illud quidem facile patiar, quod apud Nostrum scribitur, ὅτι περιστερὰ ἕτερον, πελειὰς δ' ἔλαττον, licet ex Aristotelis praescripto videri possit tali quodam modo scribere debuisse, ὅτι περιστερὰ ἕτερον, ἕτερον δὲ πελειάς· πελειὰς δ' ἔλαττον. Nullo enim incommodo omitti media illa verba potuerunt, facileque per se intelligebatur id quod eis continetur. Videntur tamen etiam ipsa illa verba in vetustioribus Athenaei exemplis fuisse reperta: quare & in nostro ms. *Epit.* & (si modo recte accepi) etiam in ms. *A.* super voce ἔλαττον ab eâdem manu inter lineas scriptum vocabulum ἕτερον cernitur. Scripturam πελειὰς recte utroque loco tenuit ms. *Ep.* Quae vero sequuntur vulgo apud Nostrum, minime ferenda. Nam, ut alia omittam, quis quaeso dixerit, τὰς περιστερὰς (quod & generale *columbarum* nomen est, & sigillatim nomen illius speciei quae prae caeteris *domestica* haberi solet) *ali a nemine?* Dein, cum inter se conferantur hoc loco solae duae hae species, (vel varietates, si ita malis,) περιστερὰ & πελειὰς: qui convenit ut dicat, πελειὰς δ' ἔλαττον, statimque deinde, περιστερὰ δὲ καὶ μέλαν καὶ μικρόν? Superest, ut fateamur, in istis verbis, καὶ ὅτι ἡ πελειὰς τιθασὸν (τίθασον scribitur in ms. *A.*) γίνεται,

περιστερὰ δὲ καὶ μέλαν &c. perperam permutatas esse c sedes vocabulorum πελειὰς & περιστερά. Confer Aelian. Var. Hist. I. 15. & quae ibi monuit PERIZONIUS.

Dein, quum sic legeretur in editis: ἴδιον δὲ λέγει τῆς περιστερᾶς τὸ κύειν αὐτὰς, ὅταν μέλλωσιν ἀναβαίνειν ἢ οὐκ ἀνέχεσθαι τῆς θηλείας: monuit idem CASAUBONUS: »Scribe τὰς θηλείας cum *Epit.* non τῆς θηλείας. » Locus est libro VI. cap. 2. Philosophi quidem non sunt » haec verba: tamen etiam Aelianus, [Var. Hist. I. 15.] »quasi ex Aristotele, μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν »τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίαν τοῦ φιλήματος ἕρημον. u — In re consentit cum Athenaeo Aristoteles, in verbis differunt. Aelianus vero hîc, ut in multis aliis, Athenaeum magis, quam ipsum Aristotelem, ob oculos habuisse videtur. κυνεῖν, quod idem ac κύειν valet, apud Nostrum dedere ambo mssti. Mendosum τῆς θηλείας tenet ms. *A.* sed d ms. *Ep.* recte τὰς θηλ. Quod adiicit Athenaeus, ὁ δὲ πρεσβύτερος, φησὶ, προαναβαίνει μὴ κύσας: paulo uberius Aristoteles l. c. ὁ μὲν πρεσβύτερος τὸ πρῶτον (nempe κύει τὴν θήλειαν·) ὕστερον μέντοι ἀναβαίνει καὶ μὴ κύσας. Apud Nostrum προαναβ. cum ed. Ven. & Bas. tenet uterque codex mstus: in ed. Cas. casu-ne, an editoris consilio προσαναβαίνει scribatur, non liquet. αἰεὶ apud Nostrum, pro ἀεὶ, ex ms. *A.* (ut paulo ante) recepi.

Quae ex *CALLIMACHO* subiiciuntur, praetermisit Breviator. Ibi recte editum est ὡς διαφόρους. Perperam, ut nobis quidem videtur, ὡς διαφορὰς ms. *A.* quod vocabulum ad hodiernum quidem sermonis usum aptissimum videri possit; quasi dicas, *tamquam varietates.* Pro πυραλλίδα, quod erat editum, πυραλίδα simplici λ litera dedit ms. *A.* quemadmodum scribitur apud Aristot. Hist. Anim. IX. 1. & apud Plin. X. 74, 95. itemque apud Hesychium, qui quidem geminatâ ρ extulit, πυῤῥαλὶς, ne id quidem male fortasse, a fulvo colore. Apud Aelianum tamen (Var. I. 15.) geminant vulgo λ. Sed totum vocabulum mendi damnarunt DALECAMPIUS ad hunc locum, & PAUW, ad Philen pag. 112. πελειάδα scribendum contendentes: quod nobis illi non persuaserunt.

AD CAP. LI.

In *ALEXANDRI Myndii* verbis, recte ἀνακύπτουσαν de- e dit ms. *Epit.* Sic corrigendum monuerat etiam CASAUBO-

e NUS, Ariſtotelis verba adponens ex Hiſtoriar. IX. 7. quae paulo etiam clariora ſunt, quam quae apud Noſtrum leguntur. Ἴδιον δὲ, inquit, ταῖς περιστεραῖς δοκεῖ συμβεβηκέναι, καὶ ταῖς φαψὶ καὶ τρυγόσι, τὸ μὴ ἀνακύπτειν πινούσας, ἐὰν μὴ ἱκανὸν πίωσιν. Quod ſequitur ὡς τὴν τρυγόνα, id dedere ambo codices mssti, non ὥσπερ τὴν τρ. quod per ſe quidem perinde erat. Sed commodius utique foret, ὡς καὶ τὴν τρυγ. quo clarius aliquanto intelligeretur, τὴν τρυγόνα *idem facere ac* τὴν φάβα, nempe *utramque ita bibere ut inter bibendum caput non attollat*, ſive, *non reſupinet*, ut Plinius ait, X. 34, 52. Mox, γενομένης iidem duo codd. dedere. Eisdemque vocem ἰδίαν debemus, quae deerat editis.

Quas μηλίνας columbas dixit Noſter, id eſt, *citrei coloris*, easdem ὠχρὰς Aelianus dicit, Var. I. 15. mutandis ſingulis propemodum *verbis* callide cavens, ne *res* omnes Athenaeo ſubripuiſſe deprehenderetur. Idem tamen DE Nat. Anim. lib. XV. c. 14. rurſus Indicarum περιστερῶν ὠχρῶν mentionem facit in narratione, quae ex Athenaeo decerpta non eſt.

Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς &c. »*Bello Perſico*, quod *duce* »*Mardonio* geſtum eſt, *albas primum columbas Graecis eſſe* »*viſas* non hic ſolum legas. Dodonaearum tamen colum»barum hiſtoria longe antiquiſſima eſt: verum, nigro »colore illas fuiſſe, diſertim teſtatur Herodotus in Eu»terpe.« CASAUBONUS. — Vide Herodot. II. 55. & 57. Caeterum, qui praeter Athenaeum memoraverit, *primum illo tempore albas columbas in Graecia viſas eſſe*, nemo nobis compertus, niſi idem Aelianus, qui ſua iſta de columbis omnia Athenaeo noſtro debet.

f Ὁ δ' Ἀριστοτ. φησὶν &c. »Proximus locus *ARISTO*»*TELIS* hodie aliter in noſtris libris legitur. Sic enim Athe»naeus: Ὁ Ἀριστοτέλης φησὶν, ὡς αἱ περιστεραὶ γιγνο»μένων τῶν νεοττῶν, τῆς ἁλμυριζούσης γῆς δια»μασησάμεναι, [διαμασησάμεναι dedit ms. *A.*] ἐμ»πτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου πα»ρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς τὴν τροφήν. At hodie [apud »Ariſtot. Hiſtor. IX. 7.] ſic: Γενομένων δὲ τῶν νεοττῶν »φροντίζει ὁ ἄρρην τῆς ἁρμοττούσης τροφῆς. ἣν »διαμασησάμενος, εἰσπτύει τοῖς νέοις διοιγνὺς τὸ στόμα· »προπαρασκευάζων πρὸς τὴν τροφήν. Ne exiſtimemus ignavi »librarii figmentum eſſe quod habet Athenaei lectio περὶ

»τῆς ἀλμυριζούσης γῆς: quod nobis quidem perplacet. « f CASAUBONUS. — Locum in ms. *A.* nonnihil quidem corruptum, ſed levi operâ ſanabilem, prorſus praetermiſit Epitomae auctor. ὡς αἱ περιστεραὶ recte poſitum iam in vetuſtis editionibus, pro ὡς ἐπ' ἀριστερᾷ quod erat in Msto. In eodem cod. *A.* perperam λαμυριζώσης ſcribitur, quod & editiones Ven. & Baſ. tenuere, ſed in ἀλμυριζούσης mutavit Caſaubonus certiſſimâ ratione, quae & per ſe perſpicua erat, & auctoritate Plinii, X. 34, 52. Aeliani, DE Nat. Anim. III. 45. & (qui primo loco nominandus erat) Antigoni Caryſtii cap. 44. firmabatur. Denique eamdem ſcripturam ipſi etiam Ariſtoteli ex codicibus msstis haud ita pridem vindicavit CAMUS in praeſtantiſſimi operis adcuratiſſima editione, pag. 554. & in Varietate Lectionis ad eumdem locum expoſita, p. 745. Nos Plinii ſaltem verba huc ſpectantia adponamus. *Pullis*, inquit, *primo ſalsiorem terram, collectam gutture, in ora inſpuunt, praeparantes tempeſtivitatem cibo.* Superſtitioſa opinio cui occaſionem dedit iſte mos columbarum, paulo ſuperius (lit. *b.*) notata eſt.

Τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἔρυκι &c. »*Eryx in Sicilia* [mons »&] oppidum fuit, ubi praecipuo cultu *Venus Erycina* »colebatur: de qua, ut Graecos omnes taceam, multa »Cicero in libris contra Verrem. Duae autem in anno »ſolennitates ab Erycinis & aliis Siculis obſervabantur, »quarum alteri *Anagogia*, alteri *Catagogia* nomen e re ſe»cerant. Cauſſam appellationis utriusque feſti planiſſime »explicat hîc Athenaeus. *Anagogia*, inquit, dixerunt »illum *diem quo credebant Venerem e Sicilia in Africam* ἀνά»γεσθαι, id eſt, *ſublatis anchoris enavigare:* illum vero *diem* »*quo redire Venerem* & in portum Erycinum κατάγεσθαι »*pro certo habebant, Catagogia.* Mendoſe ſcriptum in »Athenaei libris, Τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἔρυκι καιρός τίς ἐστιν, »ὃν καλοῦσιν ἀναγωγάς. Lege, ὃν καλοῦσιν ἀναγώ»για. Aelianus, primo Variae Hiſtoriae libro: [cap. »15.] Ἑορτή ἐστιν ἣν καλοῦσιν ἀναγώγια. « CASAUB. — De *Eryce* & *Erycinae Veneris* templo, praeter alios conſulendus Polybius, Hiſtoriar. I. 45. Feſtos dies, qui hic commemorantur, iterum Ἀναγώγια nominavit Aelianus, DE Nat. Anim. IV. 2. qui locus cum hoc conferendus. Et habent ſane in Graecorum ſermone iſtam formam (nominum neutrius generis, pluralis numeri,) omnia fere

nomina Feſtorum: & convenit alterius feſti nomen, τὰ Καταγώγια, ab ipſo etiam Athenaeo hac formâ commemoratum. Nec vero idcirco opus videtur, ut ſcripturam Ἀναγώγια continuo obtrudamus Athenaeo, apud quem veteres libri omnes, & ſigillatim duo noſtri probatiſſimi, in Ἀναγωγὰς conſentiunt. Quae Aelianus Var. Hiſt. I. 15. habet, ea omnia quidem ex Athenaeo deſumta eſſe, iam ſaepius monuimus: ſed conſulto mutata ab hoc compilatore eſſe paene cuncta Athenaei verba, ſimul obſervavimus. Nihil vero prorſus eſt quod obſtet, quo minus idem feſtum & τὰ Καταγώγια & αἱ Καταγωγαὶ (quaſi αἱ τῆς Καταγωγῆς ἡμέραι) perinde dici potuiſſe credamus.

a μιᾶς προπεταστείσης ἐκ τοῦ πελάγους περιστερᾶς. Sic pro olim edito προστεταστ. corrigendum eſſe ex Hoeſcheliana Epitoma (cui & noſter cod. *Epit.* adſentitur) monuit CASAUBONUS; ſimul obſervans, multa de huius columbae colore & praeſtanti formâ habere Aelianum; nempe DE Nat. Anim. IV. 2. ubi alium auctorem ille ſecutus eſt. *Ibid.* ὅσοι οὖν τότε περιουσίας εὖ ἦκουσι τῶν περιοίκων. Temere περὶ οὐσίας ed. Baſ. atque inde ed. Caſ. Recte unâ voce περιουσίας ed. Ven. cum mſtis. Sic εὖ ἥκων παιδείας, *bene eruditus*; εὖ ἥκων χρημάτων, φρενῶν, μορφῆς, *opibus, prudentiâ, formâ praeſtans.*

Αὐτοκράτης δ' ἐν τοῖς Ἀχαϊκοῖς. *Coniunctivam particulam*; quam non fere omittere ſolet Athenaeus in huiusmodi oratione, cum deeſſet editis, (neſcio an & mſto *A.*) recepi ex ms. *Epit.* *Ibid.* μεταβαλεῖν τὴν μορφὴν &c. Edebatur μεταβάλλειν, nec e ms. *A.* aliud quid notatum. Neceſſario vero in praeterito tempore, cuius notionem aoriſtus ſecundus habet, poſitum oportuiſſe verbum videbatur: ad quam ſcripturam propius accedebat ms. *Ep.* in quo μεταβαλλεῖν, qui haud dubie μεταβαλειν debuerat.

ἐν Αἰγίῳ. Duo verba omiſit Breviator. Scripturam ante nos editam, ἐν Αἰγείῳ, tenet ms. *A.* temere perpetuo & promiſcue vocales ει & ι inter ſe permutans. Sed Αἴγειον ſive regionem ſive oppidum nemo novit. Αἴγιον, *Aegium*, nobile olim Achaiae oppidum; in cuius hiſtoria a *ſcriptore rerum Achaicarum* AUTOCRATE mentionem factam eſſe conſentaneum eſt fabulae illius, quam hic tangit Noſter. Quare ἐν Αἰγίῳ ex Aeliano (Var. I. 15.) hic corrigere non dubitavi. De *Aegio* videſis quae ad Aelianum l. c. a KÜHNIO notata ſunt.

Alexidis verſiculus primus e fabula *Concurrentibus*, cum b ſic ederetur,

Ὁ λευκὸς Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός:

nimis manifeſte contra metri leges impingebat; qui, deletâ importunâ primâ voculâ, recto nunc modulo procedit. In *Epit.* duae priores voces deſunt. Ille Ὁ articulus, quem cum editis mstus *A.* agnoſcit, fortaſſe inde huc irrepſit quod ad verbum οἶδε initio ſequentis verſus ο litera ſuperne adſcripta fuiſſet, quo ſignificaretur, rectius in aliis libris ὁ δὲ pro priore οἶδε legi: ac ſane, quaenam potiſſimum vis inſit in illius verbi οἶδε repetitione, difficile dictu fuerit. Quod ſi tamen legeretur Ἀλλ' ὁ λευκὸς &c. legitimus foret verſus trochaicus. In *altero* eiusdem *Alexidis* teſtimonio, perperam ἔνδων pro ἔνδον ſcribitur in ed. Caſ.

» In *Pherecratis* e *Pictoribus* verſiculo,

» Ἀπόπεμψον ἀγγέλοντα τὸν περιστερόν:

» tangitur mos antiquorum, utentium ſaepe *columbis in-* » *ternuntiis:* ſicut Romae fieri ſolitum in theatris. Sed & » in hiſtoriâ ſeriâ invenias huius rei exempla: ut apud Pli- » nium lib. X. cap. XXXVIII. [cap. 37. ſect. 53.] Vide » etiam Aelianum lib. IX. Ποικιλ. cap. 2. [In ed. Caſ. 2. » & 3. interſeruntur hîc nonnulla, uncis incluſa, huius- » modi:] (Arnoldus Abbas Lubecenſis, in Hiſtoria Slavo- » rum: *Volens rex Antiochiae ſuos praeſcire quod factum eſ-* » *ſet, dimiſit columbam. Solent enim exeuntes ad quaelibet ne-* » *gotia ſecum aſportare columbas, quae domi pullos habent no-* » *viter creatos: &, ſi in via forte accelerare volunt nuntium,* » *ſcriptas literas ſub umbilicos columbae ſubtiliter ponunt, &* » *eam avolare permittunt: quae cum ad ſuos foetus properat,* » *celeriter amicis deſideratum nuntium apportat.* Iacobus Vi- » triacenſis, de Hiſtoria Orientali: *Sunt praeterea columbae,* » *quae nuntiorum fungentes officio literas dominorum ſub alis* » *deportant, hora aut tempore modico multa terrarum ſpatia* » *transeuntes. Sunt autem valde utiles; maxime quando per ter-* » *ras inimicorum alii inimici transire non audent.*) Noſtrâ quo- » que memoriâ idem factitatum in obſeſſâ quadam Belgii » urbe & audivi ſaepius & legi. « Casaubonus. — Adi Bocharti Hieroz. Part. II. lib. I. c. 2.

Ἀλλ', ὦ περιστέριον, &c. » Περιστέριον, blandientium c » vox eſt, ut in proximo *Pherecratis* loco, ἀλλ' ὦ » περιστέριον Ὅμοιον Καλλισθένει πέτου. *O columbula, vola* » *ſimilis Calliſtheni.* At περιστερίδιον non *columbulam*, ſed

c »*pullum columbae* significat; ut apud LXX. Levitici cap. 1. »καὶ προσοίσει ἀπὸ τῶν τρυγόνων ἢ ἀπὸ τῶν περιστεριδίων »τὸ δῶρον αὐτοῦ. In textu Mosis est, *min benè hajonáh.* « [i. e. *de pullis columbae.*] CASAUBONUS. — Alterum istud *Pherecratis* testimonium ita continuatis verbis scriptum legebatur in superioribus editionibus, ut versuum nulla haberetur ratio. Casaubonus in Animadversione modo adposita vocem Ὅμοιον ab unciali literâ inchoans, initium novi versus in illa voce statuisse videtur: nisi (quod crediderim equidem) temere istud a typotheta sic positum. Sunt certe, si quid video, duo absolutissimi senarii: quorum in priore vocabulum ὅμοιον mediam corripit, ob vocalem ante vocalem; ut efficiat haec vox pedem anapaestum, qui in illa sede legitimus est.

Νίκανδρος - - - τῶν Σικελικῶν μνημονεύων πελειάδων. πελιάδων ms. *A.* suo more, indeque ed. Ven. Sed correctum in ed. Bas. & Cas. *Nicandri* hexametros absque notatione transmisit doctus Animadversor: puto quod a se corrigi posse desperaret. Audacior *Adrian.* HERINGA fuit: & fortem fortuna iuvit. Extrema verba secundi versus, cum tertio, in hunc modum edita erant:

— οὐδὲ † φιναρσὰ
οὐδὲ φινοστράκεοι νωμήσιμοι ἐξενίπτονται.

Quae sic ille, quemadmodum a nobis edita, restituit in Observatt. Critic. cap. XXXII. pag. 292.

— οὐδέ φιν ἅρπαι,
οὐδέ φιν ἴρηκες νωνήσιμοι ἐξενέπτονται.

φὶν pro σφὶν, σφῖσι, αὐτοῖς vel αὐταῖς, ut apud Callim. Dian. 125. 213. & alibi. Conf. Hesychium in voce, & Maittaire, Dialect. pag. 196. Pro ἀρσὰ quod in fine versus erat, ἀρσαι habet ms. *A.* terminationem saltem vocis recte tenens. Perspecte vero ἅρπαι Heringa. Est autem ἅρπη, ut ait Schol. Homeri ad Iliad. τ'. 350. εἶδος ὀρνέου ὅμοιον ἀετῷ, ὡς ὑπὸ τῆς ἰδέας ἄκριτον εἶναι. τινὲς ἰκτῖνον καλοῦσιν, ἕτεροι δὲ φήνην. Iam νωνήσιμοι, pro ἀνονήσιμοι, *inutiles*, *nocentes*, a verbo ὄνημι: quemadmodum νώνυμος pro ἀνώνυμος, δύσφημος, ex ὄνομα. Tum ἐξενέπτονται, *dicuntur.* Suspicari quidem fortasse licuerat, eâdem notione ferri posse ἐξενίπτονται, vocali ι ante πτ correptâ, sicut υ ante πτ in Αἴγυπτος. Sed emendationi a viro docto propositae patrocinantur aliquatenus etiam veteres membranae, in quibus ἐξενίπονται. In uno vo-

cabulo Ἴρηκες nonnihil haeseram: quod *rei* quidem, de c
qua agitur, perapte convenit; sed a *veteris scripturae vestigiis* longius recedit. Itaque videndum an in voce ὀστράκεοι, quam eius loco habent hodie libri, aliud quid lateat commodius: cuius generis nobis quidem nihil occurrebat, nisi statuere velles fuisse ὀστράκεος nomen *avis* alicuius *rapacis*; cuius tamen nominis, istâ notione, nusquam alibi vestigium ullum reperitur. πλειάδας, per syncopen, pro πελειάδας dixisse poëtam adparet. διτοκεύσας, pro διτοκεούσας, διτοκούσας, *biparas, quae binos pullos pariunt:* verbum ipsi etiam Aristoteli, ubi de columbino genere agit, usurpatum, Historiar. VI. 1. Δρακοντιάδας columbas Dalecampius interpretatus erat, *quae dracontio tritico alantur*, Plinium respiciens XVIII. 7, 12. At, quemadmodum Σικελαὶ πελειάδες sunt *Siculae columbae*, sic Δρακοντιάδας similiter a patriâ nominasse poëtam consentaneum est: nempe ab illâ Libyae insulâ, ex adverso Siciliae supra Hipponem Diarrhytum sitâ, quae Δράκοντος apud Stephanum Byz. & Δρακόντιος νῆσος apud Ptolemaeum nominatur.

AD CAP. LII.

»Τῶν δὲ βοσκάδων καλουμένων, ὁ μὲν ἄῤῥην κατάγρα- d
»φος νήττης. In Excerptis hoc solum, ἔστι δὲ ὁ ἄῤῥην »ἧττον νήττης. Incertum est, utro potius modo legen»dum, an ἧττων νήττης, *minor anate:* an κατάγραφος ἧτ»τον νήττης, *minus varius quam anas.*« CASAUBONUS. — Immo vero, nihil ambiguitatis (curatius si inspicias) habet Epitomae scriptura, quae est huiusmodi: Ὅτι τῶν βοσκάδων ὁ ἄῤῥην σιμὰ καὶ ἐλάττω τῇ συμμετρίᾳ ἔχει τὰ ῥύγχη. ἔστι δὲ ἧττον νήττης. Quibus e verbis satis intelligebatur, quo pacto corrigi supplerique deberet mutila veteris codicis & editorum scriptura. Et consentit Aristoteles, VIII. 3. βοσκὰς, ὅμοιος μὲν νήττῃ, τὸ δὲ μέγεθος ἐλάττων. Apud Nostrum hoc loco operarum error, τὰ ῥύγχα, pro τὰ ῥύγχη, ex ed. Ven. in reliquas omnes propagatus. Pro ἧττον vero nil opus est, ut ἧττων cum Casaubono corrigas: perinde enim in neutro genere poni adiectivum nomen poterat vulgatissimo Graecorum usu; cuius usus plurima etiam exempla in superiori de colum-

d bis disputatione, cum apud Noſtrum, tum apud Ariſtotelem obſervare diligens lector potuit.

» ῥυπαρομέλανα τὴν χροιάν. Scribendum, ut in Epito» ma, ῥυπαρομέλαινα.« CASAUBONUS. — Eodem modo ſcribitur in noſtro cod. *Epit.* Ad olim editam ſcripturam nihil ex ms. *A.* adnotatum. *Mox deinde*, σκέπτονται τὰ ὄμματα legebatur in ed. Ven. & Baſ. quod quum in σκέπτον τε mutaſſet CASAUBONUS, monuit poſtea in Animadverſionibus: »Offendimus in ſcripta lectione, quod hic »expreſſum eſt, τὸ ῥύγχος ὀξὺ ἔχει, σκέπτον τε τὰ ὄμ»ματα: vulgo σκέπτονται: quorum hoc abſurdum, illud »ſuſpectum.« — σκέπον τε nobis dedit uterque mstus codex. *Paulo poſt*, παραπλήσιοι recte ms. *A.* Eſt enim adiectivum communis generis. Invenias quidem etiam foemininam terminationem, quam ſubinde apud Polybium obſervavimus; ſed, eam ſi maluiſſes, mutato accentu παραπλησίαι ſcriptum oportebat.

e Quod ſequebatur olim vocabulum, ῥυπαροκέραμος, nihil per ſe ſuſpecti habebat. Colorem κεραμεοῦν iam alibi memoratum vidimus: (IX. 387. f. & ibi not.) & nomen ſimiliter compoſitum eſt atque illud ῥυπαρομέλαινα, quod paulo ante legitur. Sed ſequi nos debuimus codicum noſtrorum auctoritatem, qui communi conſenſu ῥυποκέραμος dabant. Monuerat etiam CASAUBONUS: »Excerpta ῥυποκέραμος. Euſtathius ad ſecundam Odyſſeam, »[p. 150 extr.] ὑποκέραμος. [voce ab Editoribus fortaſſe truncatâ: nam reliqua ibi cum Athenaei Epitomâ conſentiunt.] »Vulgatam explicat ſimul & tuetur alius locus »eiusdem Alexandri paulo poſt, de tetrace, [p. 398. d.] »τέτραξ τὸ μέγεθος ἴσος στερμολόγῳ, τὸ χρῶμα κεραμεοῦς, »ῥυπαραῖς στιγμαῖς καὶ μεγάλαις γραμμαῖς ποικίλος.« *Ibid.* ἔντεφρος τὴν γαστέρα. Eumdem colorem ſimplici nomine τεφρὸν nominatum ſupra vidimus, pag. 394. a. *Mox*, τὸν νῶτον recte ms. *Ep.* (puto & ms. *A.*) non τὸ νῶτον. Eumdem editorum librorum errorem notavimus pag. 387. f.

ARISTOPHANIS teſtimonium (ex *Acharn.* 875.) neglexit Breviator. Ibi pro Νήσσας, quod apud Noſtrum editum erat, recte Νάσσας dedit ms. *A.* quemadmodum apud ipſum Comicum loquens inducitur homo Boeotus.

AD CAP. LIII.

Παρῆσαν δὲ πολλάκις ἡμῖν. Vide quae notavimus ad f initium capitis XLV. Eodem pertinet particula ποτὲ, qua ſubinde utitur Deipnoſophiſta: quam cur in τότε mutatam mallemus pag. 372. b. nulla cauſſa fuerat. Conf. & pag. 376. b. rurſusque paulo poſt, initio proximi capitis.

οἱ καλούμενοι παραστάται. »Ratio nominis, quia ge»mini ſunt. Vide Heſychium, & corrige ex Medicorum »libris. De horum eſu, capite octavo huius libri.« CASAUBONUS. — Vide pag. 384. e. & ibi notata. Continuo deinde, cum vulgo legeretur Σίμαρος ἐν τρίτῳ Συνωνύμων, obſecutus ſum eidem CASAUBONO, monenti: »Scribendum Σιμάριστος, ex aliis multis Athenaei »locis.« — Sic quidem & ſaepe aliàs & p. 399. a. Corruptum hoc loco nomen omiſit Breviator.

Συγκεκνισωμένων δέ τινων κρεῶν ζωμῷ καὶ παραφερομένων. *Deletâ* καὶ *particulâ*, conſtructionem orationis in hunc modum concipe: Παραφερομένων δὲ κρεῶν τινων ζωμῷ συγκεκνισωμένων. Pro παραφερομένων coniectare poſſis περιφερομένων, ut initio cap. 54. & perſaepe aliàs: ſed & perinde ferri vulgatum poteſt: alterum verbum *circumferre* cibum ſignificat, & offerre convivarum alii poſt alium; alterum, *in medium adferre, adponere.*

Στράττις - - ἐν Μακεδόσιν ἢ Κιννσίᾳ. Alios, ἐν τῇ Κυ- a νηγεσίᾳ legere ait *Dalecampius.* At illi alii non ſunt Athenaei libri; quos nullos, praeter typis vulgatos, viderat hic Interpres: atqui illi recte cum vetuſtis membranis in Κιννσίᾳ conſentiunt. Cuius de fabulae titulo & argumento, vide CASAUBONI Animadv. ad VII. 327. e. T. IV. huius edit. pag. 455 ſq. & quae ex HEMSTERHUSII Notis ad Polluc. pag. 1382. excerpſit *Harles* in Bibl. Graec. T. II. pag. 497 ſq.

EUBULI verſus cum ſic vulgo legeretur:

Καὶ πνικτὰ Σικελικὰ Παντανίων σωρεύματα:

recte monuit CASAUBONUS: »Iuſſeram παταν ίων. βα»τάνιον & πατάνιον idem; ſed hoc σικελικώτερον: unde »Latinis *patina*; & πατανίων σωρεύματα, Plauto *ſtruices* »*patinarum*, in Menaechmis: *Tantas ſtruices concinnat pa»tinarias.*« — Eumdem *Eubuli* verſum citavit Pollux X. 107. Confer Noſtrum, IV. 169. d. f.

Ἀριστοφάνης τ' εἴρηκεν ἐν Σφηξίν. Coniunctivam parti-

culam τε, quae deerat editis, commode dedit ms. *A.* ARISTOPHANIS verba leguntur in *Veſpis*, vs. 501. Apud Noſtrum, ut apud Comicum, recte πεπνιγμένον tenet ms. *A.* & editiones omnes, exceptâ ed. Caſ. 3. Totam disputationem de *carnibus* πνικταῖς omiſit Breviator.

b In CRATINI Anapaeſtico recte imperativum πνίξον revocavi ex editt. vett. cum quibus conſentit ms. *A.*

ANTIPHANIS ex *Ruſtico* verſiculus tertius cum ſic editus legeretur:

Δημήτηρ βροτοῖσι χάρμα δωρεῖται φίλων:

monuit doctus Animadverſor: »Prima & poſtrema vox »in mendo cubant. Scribendum omnino:

»— ἣν φερέσβιος

»Δημὼ βροτοῖσι χάρμα δωρεῖται φίλον.«

— Et poſtremae quidem vocis correctionem firmavit noſter ms. *A.* ſed in verſiculi initio interpretamentum, quod veteris ſcripturae locum occupavit, tenent eaedem membranae. Nec vero de recipiendâ certiſſimâ CASAUBONI emendatione dubitandum duxi. A quo miratus ſum ſilentio praetermiſſum eſſe id quod continuo ſequitur, ita vulgo ſcriptum, nullâ verbis interpoſitâ diſtinctione:

— μηκάδων μέλη

χλόην καταμπέχοντα σάρκα νεογενῆ:

quod ſane non caret difficultate. Nam, quo pacto concipienda ſit verborum iſtorum ſtructura, aut quis ſubiectus ſit ſenſus, etiam atque etiam dubitari poteſt. Vix quidem ferenda videtur DALECAMPII ratio, ſic vertentis: *iuvencarum artus, qui carnem novellam inſtar herbae teneram circum ambiunt:* adiectâ Adnotatione: »χλοὴν, id eſt, »χλοεράν: *lautam, delicatam.*« — Qui quod μηκάδας *iuvencas* intellexit, cum ſint *caprae*, id nunc non moror: illud moneo, nec χλοὴν ſcribi, ſed χλόην; nec adiectivum nomen χλοὸς, idem valens ac χλοερὸς, in Graecorum ſermone reperiri. Secutus eſt tamen eamdem rationem nuperus Gallicus interpres. Nobis alia ineunda via viſa erat. Χλόην (quemadmodum cum alibi, tum ad VII. 293. b. vs. 7. monitum eſt) dicunt Graeci *varias herbulas condiendis cibis adhiberi ſolitas.* Intellexi igitur μηκάδων μέλη χλόην καταμπέχοντα, *caprinae carnis fruſta, variis herbis condita, illisque circumdata & quaſi veſtita.* Tum verba σάρκα νεογενῆ accepi tamquam per adpoſitionem adiecta, quibus ſignificaretur *tenellas* eſſe *capellas*, quarum *carnem*

adferat is qui loquitur. Quemadmodum vero tota ſuperior oratio tragico quodam incedit cothurno; quod etiam fatetur ipſe is qui iſta loquebatur, mox dicens, *Sophoclis ſe peragere tragoediam:* ſic fortaſſe etiam in his ipſis verbis, de quibus quaerimus, imitari poëta voluit orationis figuram tragicis poëtis frequentatam, quam *enallagen* vel *hypallagen* Grammatici dicunt. Scilicet commodius ſic dicturus fuerat, χλόην καταμπέχουσαν σάρκα νεογενῆ: quorum verborum hic fuiſſet naturalis ordo, σάρκα νεογενῆ καταμπέχουσαν χλόην. Sed cum ad metrum non apta fuiſſet iſta oratio, καταμπέχοντα dixit, participio non ad proximum ſubſtantivum σάρκα relato, ſed ad ſuperius μέλη. b

Ad poſtremum verſum ſpectat CASAUBONI animadverſio:

»Τί λέγεις; Τραγῳδίαν παραινῶ Σοφοκλέους. »Repone loco inepti hoc loco verbi παραινῶ, περαί»νω: quo nihil convenientius. Sic περαίνειν ῥῆσιν, & πε»ραίνειν νόμον κιθαρῳδικόν.« — Pro λέγης vel λέγῃς, quod erat editum, recte λέγεις dedit ms. *A.* quemadmodum in Animadv. ſcripſit Caſaubonus: ſed in παραινῶ eodem cum editis errore idem vetus codex tenetur. Quam ſcripturam ſicut nullo modo ferendam, ſic emendatione a Caſaubono prolatâ nihil eſſe certius iudicavi.

AD CAP. LIV.

PHERECRATIS verba e *Dulodidaſcalo*, γαλαθηνὰ ἔκλεπτον, οὐ τέλεα: commode ſic convertit Dalecampius, ut ſubintelligatur ſubſtantivum κρέα: »*Furatus ſum carnem* γαλαθηνὴν, id eſt, *lactentis porci, non adulti.*« — »Opponit »γαλαθηνοῖς (ait CASAUBONUS) id eſt, *ſubrumis*, τὰ τέ»λεα, quae *perfectae* ſunt *aetatis*. Sic apud Hippocratem »τὰ γαλαθηνὰ κρέα τοῖς ἰσχυροτέροις opponuntur. Neque »ſolum porcellos γαλαθηνοὺς dixerunt, ſed & agnos, hoe»dos, hinnulos, catulos, & omnes alios *foetus teneros qui* »*lacte nutriuntur*: mox etiam γαλαθηνὰ βρέφη, quae dici»tur eſtraſſe immanis & iliaudatus tyrannus *Phalaris.*« c

ALCAEI teſtimonium ſic editum legebatur: ὁ δεῖ γὰρ αὐτός ἐστιν εἴ τι γρίξομαι. ὧν σοὶ λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός. Quae ſic interpretatus erat DALECAMPIUS: *Sim ego quod par eſt, ſi magis quam lactens porcus aliquid*

c *grunniam eorum quae tibi dico.* Aliam viam ingreſſus CASAUBONUS: »*Alcaei*, inquit, corruptiſſima verba ſunt; »ex quibus duos hosce faciebamus ſenarios, non vanâ »fortaſſe coniecturâ:

»Οἴει δ' ἀκούειν αὐτὸν, εἰ μὴ γρύξομαι,
»ὧν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός;

»*Cenſen' illum quae dicam tibi intellecturum magis quam por-*»*cellum, niſi grunniam?* Videtur in aliquem dictum cui »obiiciebatur ὑπνία & ſuillum ingenium.« — Poſt hunc *Sam.* PETITUS, Miſcell. VI. 11. priorem verſum ita conſtituit:

Ὅσδει (*pro* ὄζει) γὰρ αὐτὸς, ἔστιν εἴ τι γρύξομαι.

»Id eſt: (inquit:) *Olet hic, ſi vel hiſcere audeam, & acu-*»*tius audit ea, quae dico quam porcellus in porculatione, ſci-*»*licet, matrem ſuam, aut ſuarii vocem.*« Qui quo pacto verbum ἔστιν ibi poſitum intellexerit, omitto quaerere. De *porcellis* vero adnotavit idem: »Quam facile por-»celli vocem matris ſuae aut ſuarii dignoſcant, vide apud »Aelian. Hiſt. Anim. VIII. 19. & Plin. VIII. 51.« [ſect. 77.] — Poterat perinde ad Polybii Hiſtor. lib. XII. cap. 4. provocare. Sed omnes iſti auctores de *adultis porcis* loquuntur, *vocem ſuarii aut buccinae ſonum exaudientibus ſequentibusque*, non de *lactentibus porcellis.* TOUPIUS in Addendis in Theocritum p. 399. & in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 162. (pag. 6. edit. Lond.) ſic ſcribendum vertendumque hunc locum contendit:

»Οἶδεν γὰρ αὐτὸς, εἴ τι γρύξομαι μόνον,
»ὧν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός.

»*Enimvero ille, ſi tibi grunniam modo, me ſtatim intelligit ma-*»*gis quam matrem ſuam porcellus.*« — Cuius reliquam rationem probans PORSONUS, in Append. ad Toup T. IV. pag. 499. (quod ex Fiorilli Obſervat. in Athen. pag. 62. cognovi: nam ipſum eruditiſſimi *Porſoni* librum mihi non ad manum eſſe etiam atque etiam doleo) poſteriori verſu, vitandi hiatus cauſſâ, γαλαθηνῆς ὑὸς, corrigendum cenſuit. Nobis, preſſius inſiſtendum veteris ſcripturae veſtigiis, viſum erat. Et ſtatim quidem in primoribus verbis Ὅ δεῖ, quae tenent quidem veteres etiam membranae noſtrae, manifeſte nihil aliud, niſi Atticum pronomen Ὅδι, *hicce*, contineri videbatur. Quo poſito, nihil praeterea magnopere in totâ reliquâ eclogâ deſideraſſes. Nam, illud dubio carebat, pro edito γρίξομαι, recte ab omni-

bus γρύξομαι esse positum, quod ipsum etiam membranae nostrae exhibent. Pro Ὀδὶ si quis adverbium Ὧδὶ maluerit, ὧδὶ αὐτὸς, *Ecce hic ipsum*, haud sane improbabiliter is coniecturaverit: sed ne illa quidem novatione fuerit opus. Iam in ista locutione εἴ τι γρύξομαι πλέον τι, id est, *si quid amplius mutiam* vel *hiscam*, ellipsis est facile supplenda; nempe, *ecce ipse adest, qui me exaudiet, si quid amplius mutiam*: sive ita malueris, *peream, male plectar, si quid amplius* &c. Unum supererat, quod dubitationem aliquam movere potuisset: cur, qui *ne hiscere quidem amplius se velle* profitetur, is *porcelli* maxime vocem commemoret: *ne talem quidem sonum se editurum*, dicens, *qualem edat lactens porcellus*. Quam ipsam dubitationem mirifice sustulit optimus noster codex, pro γαλαθηνοῦ ὗὸς, quod erat editum, id ipsum exhibens, quod nos posuimus, γαλαθηνοῦ μυός: prorsus vere, &, ut praeter id quod exspectasses, sic significanter admodum, & perquam festive: *si quid ego mutio tantulo magis quam lactens mus*. Tam *Alcaei* quam *Pherecratis* testimonia omisit Epitomae auctor.

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ πρώτῃ. *Herodotum* vide lib. I. cap. 183.

Ad ANTIPHANIS e *Philetaero* testimonium, quum neglecto prorsus metro sic adpositum esset, κομψός γε μικρὸς κρωμακίσκος οὗτος γαλαθηνός: haec habes a CASAUBONO adnotata: »Quid est κρωμακίσκος, aut quomodo »interpretabimur? Si quis me hoc roget, iubebo ἄλλην »δρῦν βαλανίζειν: nam mihi barbarum id verbi est. Sed »puto verius, esse scribendum aliter; puta: κομψός γε »μικρὸς τὸ σῶμα μειρακίσκος οὗτος γαλαθηνός. *Venustus sa-*»*ne & parvo corpore adolescentulus hic subrumus.* Aut sic: »κομψός γε, μικρός τε σῶμα, ὗϊκὸς οὗτος γαλαθηνός.« — Quarum coniecturarum (ut taceam sic pessumdatum prorsus metrum) ea ratio est, ut haud paulo consultius videatur ferre vocabulum quamvis ignotum aut explicatu difficile, quam ad tale quoddam confugere remedium. Illud nos licitum nobis atque etiam necessarium putavimus, ut pro communi οὗτος Atticam pronominis formam οὑτοσὶ poneremus. Sic prodibat absolutissimus senarius, cum primâ voce versus sequentis:

Κομψός γε μικρὸς κρωμακίσκος οὑτοσὶ
γαλαθηνός. —

Caeterum κρωμακίσκος est diminutivum nominis κρῶμαξ,

d quod perinde ac κλῶμαξ, *saxorum cumulum* ſignificat, & omnino *tumulum adſcenſu arduum & ſaxis aſperum.* Vide Heſych. in Κρῶμαξ & Κρωματόεν: Scholia brevia ad Iliad. β'. 729. & Euſtath. ad Iliad. β'. p. 250. l. 20 ſq. Iam in abruptis comici verbis quid mirum, quod certâ ratione definire non valeamus, quo ſenſu diminutivum iſtud κρωμαλίσκος uſurpaverit poëta? Potuit eo nomine notare adoleſcentulum, qui quamquam γαλαθηνὸς, i. e. *aetate non multo maior lactente puero*, & alioqui ſatis *lepidus*, (κομψὸς,) tamen *pervicaci fuiſſet ingenio moribusque aſperis.* Potuit vero & longe aliud, neſcio quid, ſpectare. Dalecampius proprium eſſe nomen infantis alicuius exiſtimaverat; parum id quidem probabiliter. Caeterum ſi quid mutandum, ſatis placet, atque etiam inſignem habet veri ſpeciem id quod ab ADAMO propoſitum Villebrunius retulit, χρωματιστὸς, id eſt, *faciem pictus, fucatus, ceruſſatus.* Nam ſigillatim de *pingenda facie* uſurpari ſolitum verbum χρωματίζεσθαι; ſi fides Scholiaſtae (recentiori quidem illi) ad Ariſtophanis Nub. 516. In *Epitoma* deeſt iſtud teſtimonium Antiphanis una cum proxime ſequentibus omnibus poëtarum teſtimoniis.

Ἡνίοχος Πολυεύκτῳ. »Suidas praeit nobis ad diverſam »admodum lectionem. Scribit enim, [ſub voce Πολύευ»κτος] *Polyeuctum* comicum fuiſſe, cuius fabulam *Henio»chos* laudet in Deipnoſophiſtis Athenaeus. Nempe ita le»git: ἐν Ἡνιόχοις Πολυεύκτος. [Scilicet ita ibi loquitur Suidas, quaſi hic apud Athenaeum ſic ſcriptum legiſſet.] »Ego falli Suidam non ambigo: nam vel ipſius teſtimo»nio, rectum eſſe quod editur, probare poſſumus. Scri»bit ille alio loco: [in voce Ἡνίοχος:] *Heniochum*, »veterem comicum, inter caeteras fabulas edidiſſe & *Po»lyeuctum.* Porro *Heniochi* comici non hic ſolum Athe»naeus meminit: *Polyeucti* [comici,] neque Athenaeus »usquam alibi, neque ullus alius. In *poſteriore verſuum* »*Heniochi* ſcribe ex membranis, τέθυκε τὸν χοῖρον: »non τέτοκε, quod eſt nimis abſurdum.« CASAUBONUS. — Recte τέθυκε dedit etiam vetus codex *A.* Caeterum *prior verſus*,

Ὁ βοῦς χαλκοῦς ἦν, ἄνεφθος δὲ καὶ πάλαι:

minime aptos ad metri leges numeros habet. Coniectabam,

Χαλκοῦς μὲν ἦν ὁ βοῦς, ἄνεφθος δὲ καὶ πάλαι.

Sed vel ſic, haud ſatis ſcio, an in ἄνεφθος vocalis ε ſequentibus duabus conſonis φθ brevis manere poſſit, ut pe-

dem anapaesticum efficiat illud vocabulum. Id si minus d fuerit concessum, vide an minori mutatione sic placere possit:

Ὁ βοῦς χαλκοῦς ἦν μὲν, ἄνεφθος δὲ καὶ πάλαι.

Nam prior syllaba vocis χαλκοῦς, ob debiliorem positionem, corripi utique potuerit.

καὶ Ἀνακρέων δὲ φησίν· Οἷά τε νεβρὸν &c. *ANACREONTIS* versus ita distribuimus, ut fecit BRUNCKIUS in Lectionibus & Emendationibus in Vol. I. Analector. p. 17. BENTLEIUM secutus, qui in Notis ad Horat. lib. I. Od. 23. monuerat galliambos esse tetrametros. In minutos versiculos anapaesticos distributam eamdem eclogam habes apud Aelianum, Nat. An. VII. 39. in hunc modulum:

Οἷά τε νεβρὸν
νεοθηλέα, γαλαθηνὸν,
ὅς τ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης
ὑπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς
ἐπτοήθη.

Utrovis modo tribui placuerit, duae extremae syllabae vocabuli νεοθηλέα coniunctim pro unâ efferendae fuerint. Verba singula nos talia repraesentavimus, qualia vetus noster cod. *A.* exhibet, cum editis Athenaei libris consentiens; nisi quod, pro κεροέσσης, quod erat editum, καιρόσσης scribens, haud obscura veteris scripturae vestigia servavit. De qua scripturâ sic monuit CASAUBONUS: »Non dubie vera est scriptura antiqua, κεροέσσης: »ut *mater cornuta* dicatur, non hinnulus. Sed hoc mu»tarunt, qui absurdum putabant, si *cervae* cornua tribue»rentur: ceu vero Graecos poëtas »versantibus frequen»tius quicquam in oculos incurrat, quam κεράεσσα ἔλαφος: »qua de re multa vetus Pindari interpres, [ad Olymp. »III. 52. eosdem etiam Anacreontis versiculos adponens,] »aliique viri naturalium rerum periti.« — De vetere scripturâ consule omnino Aelianum l. c. de eâ ipsâ ex professo disputantem, & Pollucem lib. V. 76. qui diserte etiam adfirmat, *erraſſe Anacreontem aliosque poëtas*, κεράεσσαν ἔλαφον *dicentes*, adeoque *cervam foeminam*, cui nulla umquam cornua fuere, *cornutam ſtatuentes*. Pro quibus defendendis quod apud Iungermannum ad Pollucem l. c. protulit SALMASIUS, Atticos τὴν ἔλαφον in foeminino dicere solitos esse, sive de mare sive de foemina loquerentur; verissimum id quidem per se est, poteratque cum aliorum

d bene multorum auctorum, tum Xenophontis teſtimonio firmari: ſed ad excuſandum Pindarum & Anacreontem, qui diſerte profitentur de *cerva foemina* ſe loqui, nihil valere eam rationem, iam olim GESNERUS, De Quadrupedib. pag. 332. monuerat. Supereſt igitur, ut hodieque belli homines, qui, arte freti dulces verſiculos aut etiam acres ſublimesque (ſi Deo placet) cudendi, curatiorem naturae rerum cognitionem nihil ad ſe pertinere exiſtimant, nobiliſſimorum veteris aevi poëtarum Pindari Anacreontisque exemplo tueri ſe poſſint. Poſtrema poëtae verba ſic ſcripſit BRUNCKIUS cum BENTLEIO, ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρ. ἔπτ. Apud Aelianum, ὑπολειφθεὶς ἀπὸ editur: apud Pindari Scholiaſten (in Romana quidem editione, quae nobis nunc ad manus) ὑπολειφθεὶς ὑπὸ μητρ. Nobis ſatis placuit, atque etiam commodior viſa eſt librorum noſtrorum ſcriptura, ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρ. cuius haec ſententia eſt, non ut *a matre deſertus fuerit hinnulus*, ſed ut *ipſe*, iuveniliter laſciviens & ultro citroque discurrens, *longius a matre diſceſſerit*. Sic cum alii, tum frequenter Xenophon verbum ἀπολείπεσθαι uſurpavit, cum nudo quidem genitivo fere conſtructum, ſed ſubintellecta ἀπὸ praepoſitione, quae hic exſerte adiecta eſt.

Κράτης, Γείτοσι. »Verum utrumque nomen, & poë»tae, & fabulae. Utriusque teſtis Iulius Pollux, lib. VII. »ſub finem, & lib. X. cap. XXVI. *CRATETIS* verba ita »habeant melius, νῦν γὰρ ὑμῖν παιδικῶν δαίσομ' ὥσπερ »ἀρνῶν ἔτι γαλαθηνῶν τε καὶ χοίρων.« CASAUBONUS. — Nobis meliora nonnulla membranae *A.* dederunt, quarum ope verſus etiam diſtinguere tentavimus. *Verſu* 1. ἡμῖν, & *vſ.* 2. ἐστι plane dedere membranae. Tum in δαισοκως, quod eaedem exhibebant, haud obſcure duo verba δαὶς & ὅκως continebantur: in quo illud unum turbare nos poterat, quod ὅκως ex Ionico magis quam ex Attico ſit ſermone; ſed fortaſſe ſermone illo utebatur is qui haec loquens inducitur. Quidquid ſit: quum parum emendata fuerit edita lectio, repraeſentare ſaltem debuimus vetuſtiſſimi codicis ſcripturam. Denique quum in fine *verſ.* 1. deſideraretur vox diſſyllaba, perquam probabile videri debuit, poſt δαὶς intercidiſſe vocem ἀεί.

e Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν, &c. »De hoc *SIMONIDIS* cantico lege Dionyſium

»Halicarnaſſeum, extremo libro περὶ Συνθέσεως Ὀνομά- e
»των. [T. V. ed. Reisk. pag. 221 ſqq.] Quae inde affe-
»runtur hîc verba, ſunt inquinata mendis: Ὦ τέκος οἷον
»ἔχω πόνον, σὺ δ' αὖτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις.
»Reſtitue poëticum & Homericum verbum, ac lege: Ὦ
»τέκος οἷον ἔχω πόνον· σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἤτορι
»κνώσσεις. *O fili, quantos ego cruciatus fero: at tu interea*
»*dulcem ſomnum carpis, & infanti animo ſtertis.* ἀωτεῖν eſt
»ἀπαιθίζεσθαι τὸν ὕπνον: quod vulgo dicimus *primum ſo-*
»*mnum dormire.* Homerus: [Od. κ'. 548.] Μηκέτι νῦν εὕ-
»δοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον.« CASAUBONUS. — σὺ δ'
αὖτε εἰς ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. σὺ δ' αὖτε εἰς ed. Caſ. 2.
3. & ſic vetus codex noſter. σὺ δ' αὖτε, absque εἰς, edi-
tur vulgo apud Dionyſ. Hal. ſed ex Criticorum ingenio;
nam multo miſerius corruptus totus locus in Dionyſii
edit. Aldin. Caſauboni emendationem, σὺ δ' ἀωτεῖς,
merito adoptavit BRUNCK, in Analect. T. I. p. 121. cuius
conferendae Notae, T. III. pag. 17. & IACOBS Animadv.
Vol. I. pag. 205. De eodem verbo conſulendus Heſych.
& eius Interpp. in Ἀωτεῖται & in Ἀωτεῖς. Dein γαλαθη-
νῶν * δ' ἤτορι (ſic) ed. Ven. & Baſ. γαλαθηνῷ δ' ἤτοτη
ed. Caſ. 1. ſed γαλαθηνῷ δ' ἤτορι ed. Caſ. 2. & 3.
quemadmodum eſt in Caſauboni Animadv. & ſic quoque
ms. *A.*

Ἰὼ στεφάνου &c. »Neque alter locus SIMONIDIS,
»de *Archemoro*, caret mendâ: εὐστεφάνου γλυκεῖαν
»ἐδάκρυσαν ψυχὰν ἀποπνέοντα γαλαθηνὸν τέκος. *Arche-*
»*morum*, Hypſipylae filium, infantem periiſſe teſtis Apol-
»lodorus, [III. 6, 4.] & quicunque de Nemeorum in-
»ſtitutione aliquid ſcripſerunt. [quos laudavit HEYNE, in
»Notis ad Apollod. p. 615.] Vox εὐστεφάνου neque Ar-
»chemoro convenit, neque ſententiae horum verborum.
»Non auſim dicere, ſcripſiſſe poëtam, Εὖτε σέ γ' ἀθρω-
»ποι γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν, &c. Sed ponamus ita eſſe; do-
»nec proferatur aliquid melius. Itaque verte: *Cum quidem*
»*omnes te flebant, tener fili, dulcem animam efflantem.*« CA-
SAUBONUS. — Preſſius inſiſtens veteris ſcripturae veſti-
giis coniectaveram, Φεῦ στεφάνου, id eſt, *Eheu coronam!*
cogitans ſic exclamaſſe qui infantem Archemorum ſive
Opheltam, in herbâ depoſitum, pro floridâ coronâ ſer-
pente cinctum & ab eo interfectum reperiſſent. Quum ve-
ro in eamdem ſententiam (licet nulla e noſtro cod. *A.*

discrepantia ab edita ſcriptura enotata ſit) e cod. Pariſ. *B.* hanc ſcripturam a *Villebrunio* adlatam repererim, Ἰὼ στεφάνου, adoptandam eam duxi, donec melius quid aliud certiusve proferatur. Pro Ἰὼ, eodem Villebrunio teſte, in ms. Par. *C.* eſt οἴ, eâdem ſententiâ.

Φάλαριν τὸν τύραννον - - γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη. Fabulam illam reſpexiſſe videtur Ariſtoteles, Ethic. Nicom. VII. 5. & Eudem. VI. 5. Confer BENTLEY, *Diſſert. upon the Epiſtles of Phalaris*, pag. 512 ſq.

Θῆσθαι δέ ἐστι τὸ θηλάζειν &c. Confer Euſtath. ad Odyſſ. δ'. pag. 153. l. 10 ſqq. & l. 30 ſq. & Dammii Le-
f xicon Etymolog. pag. 1011. *Ibid.* Ὅμηρος· Ἕκτωρ γὰρ &c. Vocem Ὅμηρος, quae deerat editis, dedit ms. *A.* & *Ep.* Vide Iliad. ω'. 58. *Ibid.* καὶ ὁ τιτθὸς ἐνθένδε &c. »A verbo θῆσθαι non ſolum θηλὴ deducitur, verum et»iam τιτθός: utraque vox *mammam* ſignificat. Ex msstis »adiecta periodus. Lege Euſtathium.« CASAUBONUS. — Nempe in ed. Ven. & Baſ. deerant quatuordecim verba, quae proxime praecedunt iſta, Νεβροὺς κοιμήσασα. Leguntur autem illa cum in ms. *A.* tum in *Ep.* Pergit CASAUBONUS: »Sequens verſus, & laceri & fortaſſe perturbati »codicis argumentum eſt.« — Quae Animadverſio ad illum verſum pertinet, Νεβροὺς κοιμήσασα &c. qui & ipſe Homericus eſt, ex Odyſſ. δ'. 336. & ρ'. 127. Spectat autem ille verſus ad firmandum uſum vocabuli γαλαθηνὸς, de quo agebatur toto hoc capite.

AD CAP. LV.

a ὁ Ἐλεατικὸς Παλαμήδης ὀνοματολόγος. Ἐλεατικοὶ dicuntur Philoſophi ſectae *Eleaticae:* at Grammaticum hunc non tam a philoſophica ſectâ, (quae iam pridem deſierat Athenaei aetate) quam a patriâ notum facere voluiſſe videri debet Auctor noſter. Quare probabile utique eſt, non Ἐλεατικὸς eum ſcripſiſſe, ſed Ἐλεάτης: quemadmodum eſt apud Suidam, Παλαμήδης, Ἐλεάτης, γραμματικός. &c. De eodem vide noſtras Animadv. T. I. p. 24 ſq.

κρέας τὸ τῶν δορκώνων. Sic dicere debuiſſe Palamedem, intelligebatur ex his quae continuo ſequuntur. Sed & perſpicue ſic ſcribitur in ms. *A.* non τὸ τῶν δορκάδων, ut vulgo edebatur. Breviter Epitomator: Σφάλλονται οἱ τὰς δορκάδας δόρκωνας λέγοντες. Ad iſta ver-

ba, μόνως δορκάδες λέγονται, δόρκωνες δὲ οὔ, est CASAUBONI Animadversio haec: » Accipe λέγονται, pro *dici debent*, aut, *a probatis auctoribus nominatae reperiuntur.* Nam, » *dorcones* non dici omnino, falsum est; cum & *dorcades* » & *dorcones* & ζορcones legantur.« a

XENOPHONTIS verba leguntur Ἀναβασ. lib. I. p. 201. ed. Bas. 1569. ubi & ista de *otide*, quae supra pag. 390. e. adlata sunt.

AD CAP. LVI.

ΤΑΩ'Σ. Ὅτι σπάνιος οὗτος ὁ ὄρνις δηλοῖ Ἀντιφάνης. » Videtur melius, ὅτι σπάνιός ποθ' οὗτος ὁ ὄρν. Nam ex » sequentibus *ANTIPHANIS* verbis non colligas recte, *raros* » *pavones fuisse* temporibus ipsius, sed *aliquando* fuisse ra- » ros. Poëtae versus, ut ex libro XIV. [p. 654. e.] pa- » tet, ita sunt distinguendi:

» Τῶν ταῶν μὲν ὡς ἅπαξ τὶς ζεῦγος ἤγαγεν μόνον,
» σπάνιον ὄν (vel ἦν) τὸ χρῆμα· πλείους δ' εἰσὶ νῦν
» τῶν ὀρτύγων.

» Trochaici sunt tetrametri catalectici. At Breviator lon- » ge haec accipit aliter. Nam illa, σπάνιον ὂν τὸ χρῆμα· » πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὀρτύγων, pro Athenaei verbis ha- » bet, eaque subiicit sequenti testimonio Eubuli: nam An- » tiphaneum, utpote mendosum, omittit.« CASAUBONUS. — Mendosum ἀπάξης tenet h. l. ms. *A.* cum edd. Et in suo quoque exemplo eamdem mendam reperisse videtur Epitomator: quam ut vitaret, sic hunc locum contraxit: Ὅτι σπάνιος ἦν πάλαι ὁ ταὼς, ὡς Εὔβουλος· καὶ γὰρ ὁ ταὼς διὰ τὸ σπάνιον θαυμάζεται. πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὀρτύγων. Ubi nil opus est ut putemus vocem πάλαι e veteri exemplari esse ductam, aut ut cum Casaubono ποτὲ adiiciamus. Sicut verba leguntur in opere pleniore, sic satis commoda sunt: πάλαι autem de suo adiicere licuit Epitomae auctori. Alter fabulae titulus perperam Τύχονι per ο breve efferebatur in edd. Recte vero Τύχωνι ms. *A.* ut III. 103. e. & XIV. 654. e. Sicut autem hic locus ex altero (pag. 654.) corrigendus est, sic vicissim ille ex hoc emendandus. *Vers.* 1. Si particulam ὡς pro coniunctione accipias, *quum*, *postquam*, valente, aut *ex quo*, ut GROTIUS vertit in Excerpt. p. 626. tum vero utique in *vers.* 2. parum commoda videri debet oratio; ut

vel cum Caſaub. ἦν pro ὄν ſcriptum, aut cum Grotio *deletam* δὲ *particulam* malis. At vulgatam eo verſu ſcripturam utroque loco tenent membr. *A.* cum editis: nec ita male fortaſſe. Nempe, quemadmodum in dictione ὡς τὸ πολὺ, ſic & in illâ ὡς ἅπαξ, particula ὡς *pleonaſticâ* quadam *ratione* adhibita videtur; ut ὡς ἅπαξ nihil fere aliud atque nudum ἅπαξ valeat: ſive exprimere quodam modo voculam ὡς volueris, quemadmodum ὡς τὸ πολὺ *utplurimum* vertitur, ſic ὡς ἅπαξ reddere poſſis *ut rem quae ſemel incidit*, i. e. *ut rem ſemel ſpectandam, ut rem rariſſimam.* Denique pro Τῶν ταῶν ſic ſcribi potuerat Τῶν ταῶν, cum *aſpero ſpiritu* in media voce: immo, ex *Tryphonis* quidem Grammatici obſervatione, quae paulo poſt (lit. *e.* initio capitis ſq.) refertur, debuerat apud Atticum poëtam eo quo dixi modo ſcribi; quemadmodum etiam pag. 654. e. ſcripta ea vox in libris omnibus reperitur.

b ταῦτα δὲ οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο. » Ariſtoteles, καὶ οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ διαλιπὼν δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας. libro VI. Hiſtoriar. cap. IX. « CASAUBONUS. — Eumdem Ariſtotelis locum ob oculos habens Editor Athenaei Baſileenſis verba iſta, τίκτει δὲ ἅπαξ τοῦ ἔτους, cum quibus arcte cohaerent iſta, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσάπαξ, ſuum in locum repoſuit, quum alieno loco poſita eſſent in ed. Ven. & in mſstis. Auctor Epitomae, cum vidiſſet non cohaerere iſta, quae in ſuo exemplari eodem modo ſcripta repererat, quemadmodum in ms. *A.* leguntur, ἐτωάζει δὲ ἡμέρας πρὸς τριάκοντα, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσάπαξ, ex ταῦτα fecit ταύτας: ſed eâ ratione ſententiam prorſus pervertit.

c » Μή ποτε ϑρέψω παρὰ Περσεφόνῃ τοιόνδε ταὼν, ὃς » τοὺς εὖδοντας ἐγείρει. Verba ſunt cuiusdam, ingrato pa» vonum clamore plurimum offenſi, quod is ſaepius ſe » excitaſſet. Ait igitur, *vereri ſe ne moleſtam adeo avem co» gatur alere etiam apud Proſerpinam*, id eſt, *in orco*, cum » fuerit mortuus: ut,

» *Ad generum Cereris ſine caede & vulnere pauci*
» *deſcendunt reges.*

» Viri docti aliter; ſed error eſt. « CASAUBONUS. — Nempe παρὰ Περσεφόνῃ Dalecampius, *per Hecaten*, interpretatus erat. *EUPOLIDIS* verba verſibus decurrere anapaeſticis facile patebat, & monuerat D'ARNAULD, Animadv. Crit. cap. 27. pag. 149. Nec vero ταὼν, acute, quem-

admodum in Animadv. ſcripſit Caſaubonus, ſed ταῶν *ul-* c
timâ circumflexâ ſcriptum hoc vocab. exhibent editiones omnes, conſentiente ms. *A.* (nam in *Epit.* deeſt hoc teſtimonium.) Recte vero: ut diſerte docet Athenaeus mox deinde lit. *e.* quo ex loco intelligitur etiam ταῶν cum *aſpero ſpiritu* vulgo ſcriptam fuiſſe eamdem vocem in vetuſtis Eupolidis libris.

φάσκων, τούτους τρέφειν Δῆμον τὸν Πυριλάμπους. » Gra» viter errant viri docti, [eumdem dicit Dalecampium:] » cum iſta interpretantur ſic, ut dicant, *populum Athenien*» *ſium* pavones ſplendidos aluiſſe. Vertendum erat: *In ea* » *oratione Antiphon pavones nunquam nominat, ſed ſem*» *per aves varii coloris; dicens, Demum Pyrilampis* » *F. has alere. Demus* hic, ille eſt φιλόκαλος & comtulus » iuvenis, quem ut mollem & formae ſtudioſum Comici » perſtrinxerunt. Ariſtophanes, Veſpis: [vs. 98.]

» Καὶ, νὴ Δί', ἂν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον
» τὸν Πυριλάμπους ἐν Σύρᾳ Δῆμον καλόν.

» Ubi vetus Interpres: Μέμνηται τούτου καὶ ἐν Πόλεσιν » Εὔπολις·

» Καὶ τῷ Πυριλάμπους Δήμῳ ἄρα κυφέλη
» ἔνεστιν. ——

» ἦν δὲ καὶ εὔμορφος ὁ Δῆμος. Ex iſtis lucem afferes loco » Platonis in Gorgia, ubi Socrates ait de ſe & Callicle, » *ambos ſe duorum amore teneri: ipſum quidem, Alcibiadis &* » *Philoſophiae; Calliclem vero, δήμου Athenienſium*, & Δή» μου *Pyrilampis*, id eſt, populi & Demi qui erat filius Py» rilampis. Philoſophi verba ſunt: Λέγω δ' ἐννοήσας ὅτι » ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες, » ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ » Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων » δήμου, καὶ τοῦ Πυριλάμπους. [T. IV. edit. Bipont. p. » 76.] Scribendum, καὶ τοῦ τοῦ Πυριλάμπους. Non enim » Pyrilampum amabat Callicles, iuvenis ſenem & ἀπὸ τῶν » ἐρωτικῶν alienum: ſed illius filium, cui erat nomen *De*» *mo*, ut diximus. « [At ſicut τοῦ Ἀθηναίων δήμου dixit, non τοῦ τῶν Ἀθηναίων: ſic percommode τοῦ Πυριλάμπους, ſcilicet Δήμου: nec opus erat articulo ad Πυριλάμπους adiecto.] » Subiicit Socrates non multo poſt: καὶ πρὸς » τὸν Πυριλάμπους νεανίαν, τὸν καλὸν τοῦτον, τοιαῦτα » ἕτερα πέπονθας. « Casaub. — Recte Πυριλάμπους ms. *A.* non (ut olim editum) Περιλ. In *Ep.* omiſſum nomen.

d Εἴ τις ἐθέλοι καταβαλεῖν εἰς πόλιν τοὺς ὄρνιθας. Nil mutat ms. *A*. In *Epit.* vero desunt illa verba, usque ἀναπτάμενοι: pro quo postremo verbo est ἀναπτόμενοι in ms. *A*. perperam. *Ibid.* ἐὰν δὲ τῶν πτερύγων ἀποτέμῃ. Intelige τῶν πτερύγων μέρος.

AD CAP. LVII.

e Ταῶς δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι. » Apollonius Grammati-» cus libro quarto: Ἐπεὶ οὐδὲν κωλύει τοῖς σεσημειωμένοις » ὅμοια αὐτὰ καθίστασθαι τῷ εὐοῖ, εἶεν (haec vox est cor-» rupta) καὶ ἔτι τῷ παρ' Ἀττικοῖς ταῶς. Scribit Hesy-» chius, τάως Cretensium vocem esse, pro τέως: at pro » *pavone* scribi ταῶς. Sic in multis aliis dictionibus spiri-» tum medium notabant; ut in ἀῶρος cum est ab ὥρα, & » in πλησίαλος ac similibus, de quibus libro superiore. » [ad VIII. 333. c.] « CASAUBONUS.

Καὶ ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους. Sic percommode ms. *A*. Nempe (quod modo dicebat) ἀναγιγνώσκουσιν οὕτως, *eodem modo legunt*. Perspicuitatis caussa parentheseos notis inclusimus verba interiecta, πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον, quae referuntur ad locum superiorem lit. *b. c.* ARISTOPHANIS verba priora habes *in Avib.* vs. 101. de quibus recte CASAUBONUS monuit: » Emenda ex Aristopha-» nis codicibus subiectum hunc illius versum,

» Τηρεὺς γὰρ εἰς ὑπόπτερον ὄρνις ἢ ταῶς.

» Nam rectum est:

» Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ; πότερον ὄρνις ἢ ταῶς. «

Veram scripturam tenuit ms. *Ep.* a qua nonnisi literarum pravâ distributione discessum est in ms. *A*. ubi εἰς ὑπότερον. Pergit CASAUBONUS: » Sequentia verba non legun-» tur apud Comicum eo quidem loco: neque hîc in Ex-» cerptis. Iam pro ὡς ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοφάνης, inveni-» mus scriptum ἐν τῷ ἀγύρῳ. Itaque lego, ἐν τῷ Ἀνα-» γύρῳ. De eâ fabulâ diximus alibi. « — Qui si, *sequentia verba*, dixit ista *proxime sequentia*, καὶ πάλιν· ὄρνις δῆτα &c. desunt illa quidem etiam nostro cod. *Epit.* sed plane leguntur eadem in Comici Avib. vs. 269. ed. Brunckii: (al. 270.) & quidem eodem modo scripta, quo nos ex ms. *A*. edidimus, τίς ποτ' ἐστίν; non, ut ante edebatur, τί ποτ' ἐστίν. Sin de his locutus est Casaubonus, quae deinde sequuntur, λέγουσι δὲ καὶ τὴν δοτικὴν ταῶνι: ha-

bet eadem Epitoma, noſter certe codex Epit. Et deſunt e quidem rurſus in eâdem Epit. proxima illa verba, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοφάνης: ſed habet eadem vetus noſter codex *A.* prorſus ſic ut leguntur in ipſius Caſauboni editione: eamdemque ſcripturam (ut diſerte teſtatur Villebrunius) tenent duo alii codices Pariſini, quos notâ *B.* & *C.* deſignare ſolemus. Quod ſi ὡς ἐν τῷ ἀγύρῳ ſcriptum alicubi repererat Caſaubonus, non illud in probato codice msto, immo (verum ſi quaeris) in nullo codice msto repererat; ſed in promiſcua congerie lectionum e msstis ductarum & emendationum e doctorum virorum coniecturâ propoſitarum. Scilicet quum in ed. Ven. & Baſ. pro ἐν τῷ αὐτῷ perperam ἐν αὐτῷ (omiſſo articulo) legeretur, ſuſpicatus fuerit aliquis doctus lector, latere in voce αὐτῷ titulum alterius cuiusdam fabulae eiusdem Ariſtophanis: & memoriâ falſus ſcripſerit in orâ ſui libri, ἀγύρῳ, cum Ἀναγύρῳ voluiſſet. Denique, cur de veritate ſcripturae ἐν τῷ αὐτῷ (ſc. δράματι, nempe ἐν Ὄρνισι) dubitaremus, nulla prorſus cauſſa erat: nam habes ipſum *dativum caſum* ταὼνι (ſive ex Grammaticorum praecepto ταὼνι ſcriptum malueris) in eisdem Comici Avibus verſ. 884. ed. Br. (al. 885.) & indidem apud ipſum noſtrum Deipnoſophiſtam paulo poſt, pag. 398. c.

Qui ſequitur, in *Tryphonis* verbis, canon de *ſpiritu leni in mediis vocibus* adhibito, Ἀμήχανον δὲ παρ' Ἀττικοῖς &c. is contrarium eius praecipit quod in voce ταῶς obtinere aiebat modo idem Grammaticus. Quare intelligendus ille canon de eo quod *alioqui* (quam vocem in verſione latina conſulto adiecimus) fieri ſolet; a quo canone exceptionem facit vocabulum ταῶς. Quod ipſum argumento videtur eſſe, peregrinum eſſe hoc vocabulum; cuius pronunciandi rationem ex eorumdem populorum ſermone, a quibus vocabulum Attici acceperant, ſimul adoptaſſent. Et origine Perſicum eſſe nomen, contendit Relandus Diſſert. T. I. pag. 231. & T. II. pag. 249. ut adnotavit Alberti ad Heſychium. Nec vero Perſicum ſolum nomen eſt, ſed & in aliis Orientis linguis idem recurrit; nam apud Chaldaeos quidem eſt *thavvas*, & apud Arabes *thavvus*: parumque probabile eſt, quod Buxtorfio viſum erat, (in Lexico Chald. p. 865.) Chaldaeorum *thavvas* a Graeco ταὼς eſſe derivatum: quin potius conſentaneum eſt ut credamus, quemadmodum ipſa avis ex Orientis regioni-

bus in Graeciam pervenerit, ſic & nomen eius, peregrinum colorem in ipſo Graecorum ſermone ſervans, ab orientalibus populis adoptaſſe Graecos. Sed redeamus ad auctorem
f noſtrum. Ibi quod edidimus τὴν τελευτῶσαν ἀπὸ φων. *omiſſa voce* συλλαβὴν, quae praeter neceſſitatem ibi repetita legebatur in editis, id auctoritate utriusque noſtri codicis fecimus. Deinde vocem λεῶς, quae deerat editis, ex eisdem codicibus adiecimus: iidem paulo poſt Κεῖος dederunt, non Κῖος. Denique vox λεῖος, poſt πλεῖος, ex ms. *A.* adiecta. Super omnibus autem iſtis vocibus in editis quidem libris *ſpiritus lenis* non erat notatus; qui an in ms. *A.* pariter neglectus fuerit, non habeo compertum: ſed in noſtro codice *Epit.* omnibus iſtis vocabulis adcurate (quemadmodum a nobis factum) ſpiritus impoſitus cernitur. Indidem habuit etiam Euſtathius, ſi modo verum eſt quod hîc adnotavit CASAUBONUS: »Exempla te»nuis ſpiritus cum eius notâ ſuperſcriptâ habet *Euſtathius*, »νεῶς, Τυνδάρεως, & reliqua ad hunc modum.« — Quem locum mihi nusquam licuit apud Euſtathium reperire: ac vereor ne invito Caſaubono exciderit hîc illud nomen *Euſtathius*, cum *Breviator* vel *Epitomator* ſcribere voluiſſet. Euſtathius, ad Iliad. ε'. pag. 397. l. 8 ſq. eiusdem generis tria haec nomina adpoſuit, λαὸς, κριὸς, & ἰὸς: ſed ea, quae habet hic & Epitoma & ipſe Athenaeus, nusquam apud Euſtathium (quod ſciam) ſic ſcripta leguntur.

Ὠνόμασται δὲ ταῶς, ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν. Graeci, exterae originis vocabuli obliti, ſuâ in linguâ veri-verbium nominis quaeſivere: quod & in multis aliis peregrinis nominibus temere, ac ſatis imperite ſubinde, ab eisdem factum. Eamdem nominis etymologiam tradens Etymologici auctor p. 749. paulo tamen commodius παρὰ τὸ τείνειν τὴν οὐρὰν dixit. Nihil magnopere incommodi habebat ſcriptura ὠνομάσθαι, quam habent ed. Baſ. & Caſ. ad quam nihil e ms. *A.* adnotatum: poterat quippe ſubintelligi, φησὶν ὁ Τρύφων. Sed, quandoquidem cum ed. Ven. conſentientem in ὠνόμασται codicem *Ep.* vidi, ſuſpicatus ſum, eodem modo in cod. *A.* ſi quis diligentius inſpexerit, repertum iri. Scriptura ταῶς diſerte ſic cum ſpiritu aſpero & accentu circumflexo e ms. *A.* adnotata eſt: moxque dein in Seleuci verbis rurſus eodem modo ταῶς cum in ms. *A.* tum in *Ep.* ſcribitur.

a Σέλευκος - - - Ταῶς· παραλόγως δὲ ὁ c. Nulla interpo-

sitâ distinctione vulgo scribebatur, Ταὼς παραλέγως δὲ a &c. unde parum commoda (ut mihi videbatur) prodibat oratio. Quare vocem Ταῶς, veluti *titulum*, ad quem pertineret sequens disputatio, seorsim scripsi. At ne sic quidem satis emendata aut satis integra fuerit sequens oratio: quae non video quo pacto intelligi possit, nisi suppleatur nomen substantivum ἡ δασύτης aut ἡ δασεῖα προσῳδία. Id nomen fortasse apud *Seleucum* paulo ante legebatur, ut commode subintelligi posset: sed ab Athenaeo omitti non debuit. Caeterum monuit hîc CASAUBONUS: »Ex eodem *Eustathio* scribendum in disputatione *de spiritus* »*natura*, καὶ ἐνταυθοῖ προάττουσα (non πράττουσα) »καὶ τάχιον ἐκθέουσα, δι' ἐπιπολῆς ἐστιν τῶν λέξεων. »Vulgo δι' ἐπιστολῆς: nullo sensu. Significat, *aspirationis* »*hanc naturam esse, ut in dictionibus simplicibus initiales vo-* »*cales semper occupet: quo sese proripiens, & velut cursu an-* »*tevertens ipsam dictionem, non pars illius censeri debeat, sed* »*aliquid illi insistens.*« — προάττουσα dedit & noster cod. *Ep.* δι' ἐπιπολῆς vero codex uterque. Apud *Eustathium* vero verba ista non magis reperire nobis contigit, quam illa de quibus paulo ante dixi. Et hîc quoque puto non, ex *eodem Eustathio*, scribere voluisse Casaubonum; sed ex *eodem Breviatore*, aut, ex *eadem Epitoma*. Vox προσῳδία Graecis Grammaticis *accentum* significat: quo nomine comprehenduntur cum hi quos hodie vulgo *accentus* vocamus, quos illi τόνους adpellant, tum *spiritus*, qui illis sigillatim πνεύματα.

οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ Η στοιχείου &c. »Quod de Η b »Graeco & *H* Romano subiicitur, cuiusmodi sit, omnes »intelligunt.« CASAUBONUS. — Cui haec minus nota, is (alios ut taceam) *Iosephi* SCALIGERI Animadversiones consulat ad Eusebii Chronic. pag. 133. & VILLOISONUM, cum in Indice ad Anecdota Gr. pag. 288 sq. tum in Prolegom. ad Iliad. pag. 2 sq.

AD CAP. LVIII.

ἔθος δὲ καὶ γραμματικῶν παισὶ &c. »Avium & caete- c »rarum animantium, itemque plantarum nomina, quae »apud vetustos scriptores leguntur, revocare ad vulgares »appellationes, iocundus quidem & utilis, sed oppido dif- »ficilis labor est. Id enim commode praestare queat ne-

c »mo, quin rei qua de agetur, & τοῦ τί ἦν εἶναι αὐτῆς »certam notitiam habeat. Atqui pleraque illorum quae di- »ximus, vix cognitione τοῦ ὅτι, & ſolo nomine ſunt no- »bis nota, cum in libris Hebraeorum, Graecorum, & »Romanorum ea legimus. Cum autem duplex hoc modo »ſit omnium naturalium rerum cognitio; *philologi* & ve- »terum ſcriptorum interpretes, hac fere quae levior eſt »contenti, illam *philoſophis* relinquunt. Ea namque vera »& γνησιωτάτη philoſophia eſt, quae Naturae, hoc eſt, »Dei Opt. Max. opera ſcrutatur, & ſolidam perfectam- »que eorum intelligentiam gradum facit ad Illius no- »titiam, quem unum noſſe vera eſt ſapientia, & vere, »ut aiebat Plato, πάντων τῶν μαθημάτων ϑριγγός. Ad »hanc rerum naturalium intimam, ut ſic dicam, cogni- »tionem cum non aſpiret profeſſio *Philologorum*, quos vul- »go etiam *Grammaticos* vocarunt; mirum non eſt ſi illis »uſu venit, quod hoc loco eruditiſſimus convivator *Lau- »rentius* (ſive is eſt *Larenſius*) eleganter ait. Ἔϑος, inquit, »γραμματικῶν παισὶ περὶ πάντων τῶν προβαλλομένων λέ- »γειν, εἶδος φυτοῦ, εἶδος ὀρνέου, εἶδος λίϑου. Quid miraris »Laurenti? Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Λυδῶν ὁρίσματα. Aliud, »inquam, *Philologus* profitetur, aliud *Philoſophus*: neque »unquam illum puduerit ea fateri ſe parum intelligere, »quae in veterum ſcriptis parum dilucide explicata inve- »nerit. Talis illa confeſſio eſt ingenui pudoris plena do- »ctiſſimi Hebraeorum Rabbini Aben Ezrae, ſcribentis in »ſecundum Moſaicae Geneſeos caput, de nominibus flu- »viorum qui in libris ſacris nominantur, item familia- »rum, regionum, avium, & caeterorum animalium, nec »non lapillorum, non poſſe cuiquam conſtare, niſi quis, »ait, in ſomnis viderit: κατ' ὄναρ χρηματισθείς. Ipſa ver- »ba ſapientiſſimi viri lubet adſcribere. α [Sequuntur hic ipſa *Aben Ezrae* verba, ipſius idiomate concepta: quae nobis adponere per *Exteri* noſtri rationes non licuit.] »Quod ſi unquam venia digna in homine docto ignora- »rationis confeſſio, tum certe digniſſima eſt, cum de re »agitur non translatia, ſed cuius nomen pauciſſimis tan- »tum locis uſurpatum ab antiquis inveniatur. Sunt au- »tem huiusmodi quam plurima, vel potius, prope infi- »nita, quae ſemel aut non multo ſaepius nominata of- »fendas, cum omnia vetuſtatis monumenta excuſſeris. In »hoc album vox τέτραξ referri debet, de qua eruditiſ-

»simus vir Laurentius« [aut certe Athenaeus sub ficto il- c
»lius nomine] »dispurat hoc loco. Nota erat doctissimis
»illius convivis *tetrax* avicula & spermologo similis ex
»*ALEXANDRI Myndii* libris *De Animalibus*, & poëtis qui
»eius meminerant. Sed fuit eodem nomine diversa alia
»avis, uni (ut videtur) *ARISTOPHANI* nominata, ac
»propterea neque Laurentii convivis, neque aliis eius se-
»culi doctis cognita. Vetus sane Comici interpres, ho-
»mo magnae & reconditae doctrinae, quod genus avis
»esset *tetrax* satis aperte indicat se nescire, cum ad eos
»qui de naturali Historia scripserunt reiicit nos, ut quae-
»ramus ipsi. Ἐπισκεπτέον, ait, [in Schol. ad Av. 884.]
»ἐκ τῆς τῶν Ζώων Ἱστορίας τίς ὁ τέτραξ. *Tetragem Aristo-*
»*phanis* non esse illam minutam avem quam diximus, pro
»certo & confesso sumit Laurentius: credo, quia Comi-
»cus eam *porphyrioni* coniungit, *pelecano*, & *pavoni*, quae
»sunt non mediocris magnitudinis aves. Describit deinde
»Laurentius τέτραγα Aristophaneam, ut quidem ipse exi-
»stimavit, veris & certis notis: id serio triumphans, quod
»rem doctissimis viris incompertam ipse comperisset pri-
»mus, & illos docuisset. Caeterum, an haec *Paeonum*,
»ut ait, & *Mysorum tetrax* ea ipsa avis sit, de qua sensit
»Aristophanes, non sine magna ratione aliquis dubita-
»verit. Quod autem dicebamus de *ALEXANDRI Myndii*
»*tetrage*, clarum ex eius verbis quae affert Laurentius:
»τέτραξ τὸ μέγεθος ἴσος σπερμολόγῳ. Dalecampius enim c
»dum putat se hunc locum corrigere, ille vero corrum-
»pit. τέτραξ namque vera lectio est, non τέτριξ, ut
»illi placitum contra librorum omnium & Eustathii au-
»ctoritatem. Quo autem consilio vertitur ab eodem, ἴσος
»σπερμολόγῳ, *frugum semine vescitur?* Obsservaret potius,
»nomen σπερμολόγος & generis & speciei nomen esse.
»Interdum sic generatim vocantur *omnes aves quae* id fa-
»ciunt quod nomen sonat, *frugum* (inquam) *semina legunt*
»*& comedunt:* interdum *spermologus* propria & sui generis
»avicula est, de qua loquitur hic *Alexander Myndius* &
»mox Epicharmus. De eadem & Philosophus, cum lib.
»VIII. Historiar. cap. 3. vermivoras aves enumerans,
»tandem scribit, ἔτι βασιλεὺς καὶ σπερμολόγος. Semper
»autem verum est quod docebat philosophiae dictator, ἐνὸς
»ἀτόπου δοθέντος alios errores necessario consequi. Vir
»doctus qui male acceperat in *Alexandri* testimonio verba

d »de quibus modo dictum, in eâdem descriptione pro καρ-
»ποφάγος scribendum censuit τοπεφάγος: ne videlicet co-
»geretur fateri bis idem dictum esse; quod cum semper
»in philosophi oratione vix tolerabile sit, in rerum uti-
»que descriptionibus aut definitionibus prorsus est intole-
»rabile. Hoc metu liberat nos recta interpretatio: quae
»hoc dicit, *tetragem magnitudine parem esse spermologo*, καρ-
»ποφάγον, id est, *quae frugibus vescatur*, quod omnes αἱ
»σπερμολόγοι faciunt.« CASAUBONUS.

Scilicet DALECAMPIUS, in *Aristophanis* quidem & in *Epicharmi* testimoniis nomen *tetrax* tenuerat: in *Alexandri Myndii* vero testimonio τέτριγα legendum censuerat; adiectâ hac adnotatione: »Τετραξ & τέτριξ voces quidem
»sunt affines, sed quae multum differentes aves signifi-
»cent. Est enim τέτριξ avicula paulo maior alauda, quae
»ramis arborum insidens stridulo cantu obstrepit, vulgo
»*Prèle*. Τέτραξ autem, avis magnitudine anatis, in arvis
»foetificans, quam vulgus appellat *Cane pétiere*.« Tum ALEXANDRI verba sic converterat: *Tetrix, avis parva, frugum semine vescitur, colore testaceo, sordidis punctis notata, lineis nigris varia, herba quoque victitat; cum parit, voce stridula.* Qua in versione caetera mitto: sed illud placuit, quod *lineis nigris variam* dicat hanc avem, adeoque pro μεγάλαις legendum μελαίναις statuerit; quae scriptura descriptioni *parvae aviculae* (τινὸς τῶν σμικροτάτων) convenientior videtur. Tenuit tamen vulgatam GESNERUS, De Avib. p. 650. vertens *perpetuis lineis magnis*: sed in hoc quidem ibid. praeivit Dalecampio, quod quae avicula ab *Alexandro Myndio* hic apud Athenaeum τέτραξ vocatur, eamdem statuit quae τέτριξ apud Aristotelem, Historiar. VI. 1. At idem vir doctissimus, in re obscurâ & olim iam controversa parum sibi constans, eodem libro pag. 489. professus erat, se facile nonnullis assentiri, quibus Aristotelis *tetrix* non alia videtur quam *tetrax magna* Athenaeo descripta. Quae fere est etiam recentiorum naturae peritorum sententia: quibus Aristotelis τέτριξ, quam eamdem ab Athenienſibus οὔραγα vocari ait, avis ea est ex gallinaceo genere, quam *uro-gallum* (*coq de bruyère*; Germanice *Auerhahn* vel *Birkhahn*) vocamus: (conf. CAMUS, in Notis ad Arist. art. *Tetrix:*) cui avi maxime convenire videtur descriptio *maioris tetracis*, quam paulo post tradit Athenaeus, (lit. *f.*) velut qui ipse co-

ram conſpexiſſet: ſuper qua deſcriptione conſulendus GESNERUS loco modo citato, pag. 489 ſq. Verumtamen idem noſter Athenaeus, ſub Larenſii perſonâ profitetur, *ſe de ſua tetrace in Ariſtotelis Hiſtoria Animalium nihil commemoratum reperiſſe.* Quâ de re CASAUBONUS: »Verum cenſeo, (inquit) »quod ſubdit Laurentius, *Ariſtotelem tetragis nus-* »*quam feciſſe ullam mentionem.* Eſt quidem inter aves Ari- »ſtoteli dictas *tetrix* quaedam: verum ea longe diverſa ab »Ariſtophanea & Laurentiana tetrage. Atque addit Philo- »ſophus, Athenienſibus non *tetrigem* eam aviculam fuiſſe »appellatam, ſed οὖραγα. Cenſeo faciendum, ut de hac »voce cogitemus, quam alibi opinor non eſt reperire. »Ac fieri poteſt, ut τέτραγα ſcripſerit: neque tamen pro- »pterea minus erit verum quod affirmatur a Laurentio. »Nam, ſive *tetrigem* appelles, ſive *tetragem* avem illam de »qua loquitur Ariſtoteles, ſemper verum erit, diverſam »eſſe de qua Ariſtophanes & Laurentius.« d

Quod ait Athenaeus, ad exſequendum magnum *Hiſtoriae Naturalis* opus *octingenta talenta ab Alexandro accepiſſe Stagiritam:* eam liberalitatem Philippo adſcribit Aelianus Var. Hiſt. IV. 19. Sed, Alexandri maxime cupidini animalium naturas noſcendi deberi immortalia Ariſtotelis in hanc partem ſcripta, conſentit cum Athenaeo Plinius, VIII. 16, 17. e

Sed redeamus paulisper ad Poëtarum teſtimonia a Noſtro citata. In *ARISTOPHANIS verſiculo* 2. (qui apud ipſum Comicum eſt num. 883.) vocem πελεκίννῳ geminatâ ν literâ ſcriptam dedit codex *A.* quo id ſaltem indicabatur, productam eſſe in eo vocab. ſyllabam penultimam. c

In *EPICHARMI teſtimonio priori*, quo pacto probari lectoribus Athenaei poſſe confiſus ſit FIORILLO (in Anim-adv. p. 15.) illud metri genus, neſcio quod, cui adſtringenda poëtae verba cenſuit, non exputo equidem. Verſus ſunt trochaici tetrametri, ſicut alii omnes qui ex eâdem fabulâ frequentes apud Noſtrum leguntur. Alter tamen ille, d

ὄρτυγας, στρουθούς τε, καὶ κορυδάλλας φιλοκερείμονας,

haud utique ſatis expeditus; ob ſpondeum pedem in impari trochaici ſede: quo accedit quod ἡ κορυδάλλη vel κορυδάλη nusquam alibi legitur, ſed conſtanter κορυδαλλὶς, aut diminutive κορυδαλλίς. Habet tamen κορυδάλ-

d λας vetus codex *A.* cum editis in terminatione conſentiens, literam λ vero duplicans, quemadmodum conſtanter aliàs in eodem vocab. Conf. not. ad p. 387. c. Quare, quo conſulatur metro, κορυδάλλια φιλοκονείμονα, aut (ſi ne dactylum quidem in illa ſede ferendum ſtatuas,) κερυδάλια φιλοκ. ſcriptum oportuiſſe ſuſpicatus ſum. Caeterum ad emendanda verba haud parum nobis idem ille optimus codex contulit. Primum enim Λαμβάνουτι dedit, quod dorico idiomate valet commune λαμβάνουσι, id eſt, *ſumunt, capiunt.* Ad editam olim ſcripturam φοινικονείμονας haec a CASAUBONO notata habes: »Tolle ſuperfluam literam, & ſcribe φοινικοείμονας. [Id ipſum iam a GESNERO factum erat, p. 650.] »Spon»deo non aliud ſcriptum a poëta. φοινικοείμων, ut μελα»νοείμων, *punicea veſte indutus*, id eſt, *puniceus.* Longius »petitum quod placitum Dalecampio, φοινικοκνήμονας: »neque verum cenſeo.« — Nobis id quod edidimus, φιλοκονείμονας, membranae noſtrae dedere. Id vero vocabulum, Epicharmeo more compoſitum, ſonat avem *quae pulvere tamquam veſte induere ſe* (i. e. in pulvere volutari) *amat:* quas ὄρνιθας κονιστικὰς dicere Ariſtoteles ſolet, quo in genere differte ὁ κορυδαλλὸς numeratur pag. 387. *b. c.* Ad poſtrema verba, quae ſic h. l. edita erant, καὶ ἀγλαὰς συκαλίδας, nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum: ſed levem in poſtrema voce mendam oportune correxit Breviator, qui omiſſo reliquo Epicharmi teſtimonio, haec ſola verba adpoſuit: φησί που Ἐπίχαρμος, ἀγλαὰς συκαλλίδας. ἔστι δὲ εἶδος πτηνοῦ. Caeterum diſerte iam monuerat Athenaeus, II. 65. c. συκαλλίδας geminâ λ literâ ſcripſiſſe Epicharmum, ibidemque (lit. *b.*) ipſa etiam verba, qualia hîc metrum deſiderabat, κἀγλαὰς συκαλλίδας adpoſita ſunt.

Alterum eiusdem *EPICHARMI* teſtimonium ſic mendoſe hîc editum erat, ἢδ' ἐρωδιοί τε πολλοὶ μακρὸν καμπυλαύχενες τέτραγές τε καὶ σπερματολόγοι. Ubi Ἦν δ' ἐρωδ. pro ἢ δ' ἐρωδ. ſcriptum oportuiſſe, cum ex aliis ſimillimis Epicharmi verbis liquebat, tum ex II. 65. b. ubi veram ſcripturam tenuerant libri omnes. Ex eodem loco hîc μακροκαμπυλαύχενες correximus. Quod ait Athenaeus, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ φησίν: id de eiusdem fabulae, quae prius Ἥβας γάμος inſcripta erat, editione altera, cui titulus *Muſae* fuit, (conf. III. 110. b.) intelligendum

videtur. Caeterum in altero verſu turbatum eſt hîc nonnihil. Nam cum abruptus in fine verſus ſic hoc loco ſcribatur,

τέτραγές τε καὶ σπερματολόγοι —

ad eum complendum non apta fuerint eadem verba κἀγλωαὶ συκαλλίδες, quae ſubiiciebantur lib. II. pag. 65. b. ubi priora verba ſic concepta erant, τέτρακές τε σπερματολόγοι, absque καὶ particula.

In fine huius disputationis, de adiiciendo τοῖς articulo, qui ante τῆς exciderat, monuit CASAUBONUS. Exhibuit vero eumdem noſter ms. *A*.

AD CAP. LIX.

Ψύαι, Ὁ τὴν τῶν Ἀτρειδῶν κάθοδον πεποιηκὼς &c. »Quaeri poteſt quorſum iſta hoc loco de *pſyis*. Sed ra»tio eſt, quia in coquinis uſitatum id fuit vocabulum, »non quatenus pars corporis humani ſic vocatur; verum »pro ferculi appellatione, quod ex carnibus τῶν ψυῶν »victimarum aut avium parabatur. Exempla tamen, quae »ab Athenaeo afferuntur, propriam eius vocis ſignifica»tionem potius reſpiciunt. Porro, *Atridas* fuiſſe *patriâ* »*expulſos, inque eam poſtea rediiſſe*, nemo veterum (quod »ſciam aut meminerim) tradidit: at *reditum in Peloponne»ſum Heraclidarum*, anno poſt everſam Troiam octo»geſimo, quis veterum non celebravit? Καθόδου nempe »Ἡρακλειδῶν, inter alios, meminere Strabo, Pauſanias, »Tatianus, Clemens Alexandrinus, Velleius Paterculus, »atque uno verbo omnes veteres chronologi. Quare le»gendum hîc quoque autumo, ὁ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν »κάθοδον πεποιηκώς. Fortaſſe unus hic fuit de Cycli Epi»ci poëtis. Puto etiam ſcribendum, retractâ in locum ſuum »fugitivâ literâ, φησὶ Νῖσον δ' Ἑρμιονεὺς, (pro Φησίν· »Ἴσον δ') & μεταστπὼν, non μεταστπῶν, quod ferri »non poteſt: id eſt, *Niſum Hermioneus celeri pede conſecu»tus*. Quae hîc adnotantur [a *Dalecampio*] de Hermione »& Pyrrho, arbitror aliena eſſe hoc loco.« CASAUBONUS. — μεταστπὼν recte ſcriptum dedit ms. *A*. aliud nil mutans. Caeterum nec de carminis titulo, nec de ſcripturâ primae vocis, a qua incipit teſtimonium inde prolatum, ſatis nobis liquet. Si eſſet τὸν τῶν Ἀτρειδῶν Νόστον, argumentum carminis fuiſſet *Reditus Atridarum a bello Troia-*

a *no*; at ἡ κάθοδος utique nonnisi fere de *reditu exsulum* dici solet: quod *Heraclidis* magis convenit. Sed *Hermioneus* ille, sive *Hermionensis*, quis fuerit, obscurum prorsus. *Nisum* vero in veteri Graecorum historiâ nullum alium novimus, nisi Pandionis filium, Megarorum regem: de cuius morte longe diversa ab his, quae hic legimus, tradunt Apollodorus, Biblioth. III. 15, 8. & Pausan. l. 19. pag. 45. Quare nihil mutare ausus sum.

Ψύας ἔγχει νύξε. »Videtur hic poëta scripsisse ψοίας, »ut quodam loco apud Hippocratem. ψύα, ψόα & ψοία »idem. Inde apud Caelium Aurelianum *psoadici*, qui clu»nium dolore afficiuntur: Chronicon libro V. cap. 1. Sic »Levitici cap. 3. vs. 9. priores editiones habent καὶ τὴν »ὀσφὺν ἄμωμον σὺν ταῖς ψοίαις περιελεῖ αὐτό: in nuperâ »fine caussâ fecerunt ψόαις. Sic autem vocant LXX. quam »Moses *hgazéh*.« CASAUBONUS. — Apud Suidam sic habes: Ψοιά: (nempe, per diphthongum, & voce acutâ.) Ψύα δέ. (nempe, affertur etiam per simplicem vocalem υ, voce penacutâ.) καὶ πληθυντικῶς, τὰ ψύη· αἱ λαγόνες. Apud Hesychium: Ψυῖαι, - - αἱ κατὰ τὴν ὀσφὺν σάρκες. Item apud eumdem & apud Suidam: Ψόα· τὸ μέρος τοῦ σώματος. Confer FOESII Oeconom. Hippocr. p. 689. & BIELII Novum Thesaurum Philol. T. III. pag. 625. Ψύαι, penultimâ brevi, scribitur in titulo huius capitis;
b & sic mox rursus in *SIMARISTI* testimonio: in quo tamen codex *Epit.* super ψύαι ab eâdem manu diphthongum *οι* notatam habet. Anonymi poëtae testimonium, de quo modo quaerebamus, deest codici *Ep.* In cod. *A.* vero ψύας (sic) scribitur, quemadmodum in editis: at ibi tamen primam syllabam produci debere, versus hexameter ostendit. Paulo post vero, in *Euphronis* testimonio, rursus manifeste correpta eadem syllaba est. Postremis verbis ex *Simaristi* testimonio, κύβους, γαλλίας, usum esse CORAYUM ad illustrandum locum difficilem VIII. 356. f. ad eum ipsum locum notavimus.

Κλεαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Περὶ Σκελετῶν. »Dubitabam de »fide nostrorum librorum in istis verbis: & ex libello »Rufi Ephesii De Appellatione Partium corporis humani »legebam Κλείταρχος. Sed didici postea, Rufum, non »Athenaeum, emendationis indigere: nam apud Pollu»cem, qui totum fere Rufi librum in suum secundum »transtulit, Κλεαρχος scriptum. Et de anatomicis rebus

» ſcripſiſſe *Clearchum* Solenſem, Ariſtotelis diſcipulum, b
» teſtantur Pollucis verba e libro ſecundo: [ſect. 146.]
» Τῆς μὲν οὖν ὅλης χειρὸς ὀστᾶ ἓξ καὶ εἴκοσιν εἶναί φησιν
» ὁ Σολεὺς Κλέαρχος, εἷς τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν. [conf.
» eumdem Polluc. II. 164.] *Pſyas* alio nomine appellari
» ſcribit *Clearchus* νευρομήτρας: ubi nos ex Suida iu-
» dicamus rectum eſſe νεφρομήτρας. Ait ille: [Sui-
» das, in Ψόα:] Ἐν ψόαις ἔγκεινται οἱ νεφροὶ, δι' ὧν αἱ
» ὁρέξεις κινεῖσθαι πεφύκασιν. Idem conſtare poteſt tum
» ex Hippocrate, qui νέφρον & ψόην iunctim nominare ſo-
» let: tum ex interpretatione Rufi, quamquam in huius
» editionibus Clearchi hic locus ita ſcribitur: Κλείταρχος
» τοὺς ἔξω κατὰ τῆς ῥάχεως μύας ψόας καὶ νευρομή-
» τορας φησι καλεῖσθαι, οὐκ ὀρθῶς. Sed, & Κλέαρχος
» emendari debet hic, & νεφρομήτρας, aut νεφρο-
» μήτορας.« CASAUBONUS. — Quod praeceſſit apud
Noſtrum vocabulum, οἱ δὲ ἀλώπεκας, eamdem denomi-
nationem adnotavit Heſychius in Ψυῖαι. Scripturam μυῶ-
ται tenet cum editis codex *A*. Prorſus corrupte vero
μυσηταὶ ſcribitur in cod. *Epit.* ſed ibi ſuperne impoſitâ
notâ: monetur lector de mendâ. In qua tamen ſcriptu-
râ illud fortaſſe boni ineſt, quod acuitur ultima vocis
ſyllaba, ut apud H. STEPHANUM, in Indice Theſ. pag.
1492. g. Caeterum emendationis illius, νεφρομήτρας pro
νευρομήτρας, honorem ſocero ſuo *Henrico* STEPHANO tri-
buere Caſaubonus debuerat: nam is ſic corrigendum hunc
locum diſerte monuerat T. IV. Theſauri Gr. Ling. pag.
700. c.

Ἱπποκράτης ὁ ἱερώτατος. Vide notata ad I. 1. f. Anim-
adv. T. I. pag. 22 ſq.

ὠνομάσθησαν δ' οὕτως &c. »Veriloquium vocis huius
» ſic traditur: Ὠνομάσθησαν δ' οὕτως διὰ τὸ ῥᾳδίως ἀπο-
» ψᾶσθαι, οἷον τις οὖσα ἐπιψαύουσα σὰρξ, καὶ ἐπιπολῆς
» τοῖς ὀστέοις ὑπάρχουσα. *Nomen invenerunt ψύαι, quod fa-*
» *cile poſſint* ἀποψᾶσθαι, id eſt, *radi: ut quarum tactui ob-*
» *noxia ſit caro, ſuper oſſa eminens.* ἀποψᾶν eſt *radere*, ut
» in Characteribus Theophraſti, σφόδρα ἀποψᾶν. Facile
» autem *pſyas* poſſe radi, clara res & αὐτόπιστος: nam
» id commune omnibus partibus quae protuberant & κοῖ-
» λαι non ſunt, ſed potius κυρταί. Quare non divino quid
» ſibi velit Etymologici auctor, cum ſcribit, ψύην dici
» quaſi ξύην, ſed per antiphraſin, ἣν εὐχερῶς ξύσαι οὐ δυ-

b »νάμεθα. In Gloſſis Heſychii ψῦαι: & varie interpretan-
»tur. Non praetermittam dicere, in verbis Athenaei vi-
»deri diverſas ſententias ſuper origine huius nominis in
»unam confundi. Nam alii a ψᾶν deduxerunt, alii a ψαύειν.
»Quare ita ſcribi malim, διὰ τὸ ῥᾳδίως ἀποψᾶσθαι, ἢ
»οἷόν τις οὖσα ἐπιψαύουσα σάρξ. Auctor Etymologici:
»Ψύη, παρὰ τὸ ψαύω, ἢ ἐπιψαύουσα σὰρξ, καὶ ἐξ ἐπι-
»πολῆς οὖσα τοῖς ὀστέοις. « CASAUBONUS. — Etymologici auctor ſententiam veterum Grammaticorum, vocabulum ψύα a verbo ψᾶν (*radere*) derivantium, perperam acceperat, cum per antiphraſin ſic nominatam partem illam cenſuit. Sed nec Caſaubonus (ſi quid equidem video) ſententiam huius loci perceperat: nam, ut alia omittam, quae qualisve, quaeſo, eſt illa interpretatio verborum ἐπιψαύουσα σάρξ? *quarum tactui obnoxia ſit caro.* Debuerat doctiſſimus Philologus hic Medicum potius audire DALECAMPIUM, cuius interpretatio multo & clarior & veritati propior erat. »Eſt autem hoc nomen (ſic ille hunc locum latine reddidit) »inditum, quia facile ἀποψᾶνται, id »eſt *avelluntur;* quandoquidem lumbos [rectius puto *oſſa*, quam *lumbos*, dicturus erat] »ea caro *leviter ſolum attin-*»*git*, & oſſibus [& eis] ſuperficiaria inſidet. « — De adiiciendâ vero ἢ particulâ, quae deerat editis ante οἷόν τις, commode monuit Caſaubonus: potueratque ſimul adnotare, recte exhiberi eam ipſam particulam in Epitoma. Noſter quidem codex *Epit.* illam tenet.

μνημονεύει αὐτῶν καὶ Εὔφρων. Sic ms. *A.* cum ed. Ven. recte, nempe τῶν ψυῶν: a qua ſcripturâ temere diſceſſum in ed. Baſ. & Caſ. In Epitomâ deeſt hoc *EUPHRONIS* teſtimonium; ad quod nihil eſt a Caſaubono moni-
c tum: ſed ad *verſ.* 1. haec adnotaverat DALECAMPIUS: »Λοβός: qualis eſt iecinoris, & pulmonis: ſed ἀκύρως hoc »dicitur. σὰρξ enim eſt, οὐ λοβός. Licenter id poëta. « — Vocem λοβὸς latine *fibram* reddunt Gloſſae veteres. Poſteriori verſu ſuſpenſa ſententia eſt. ἐπιτεμὼν (ſic ſcriptum) dedit ms. *A.* Sed vix ſimul ſtare poſſunt, abſque coniunctione, duo participia, ἐπιτεμὼν & μαθών. Commode idem DALECAMPIUS in verſione: *has incidere, priusquam contempleris, diſcas.* Caeterum, licet a futuro ſecundo ταμῶ aoriſtus ſecundus quem dicunt, regulariter ἔταμον formetur, tamen & ἔτεμον reperitur, & participium non modo ταμὼν, ſed & τεμὼν, ut hoc loco.

AD CAP. LX.

Τηλεκλείδης, Στερροῖς. »Veri similitudinem habet quod c »legitur libro XIV. (ubi sine caussa haec repetuntur) »Ἑταίροις pro Στερροῖς: [pag. 656. e. ubi paulo propius vero, ἑτέροις, habet ms. *A.*] »non tamen id verum est. »*Sterrhos* TELECLIDIS & Noster laudat alibi, [XIV. 639. a. »& 648. e.] & Suidas ex Athenaeo fabulae eius meminit.« CASAUBONUS. — Pro φορῶ, quod hic legitur, φέρω scribitur pag. 656. e.

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν [ἐπὶ ἵππων] φησίν. σπανίως δέ ἐστιν εὑρεῖν &c. »Ait σπανίως δέ ἐστιν »εὑρεῖν τὸ οὖθαρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων λεγόμενον. *Raro in-* »*venias* οὖθαρ *usurpatum de aliis animalibus.* Imperfecte con- »cipitur haec observatio. Non docet quid rectum sit, sed »quid minus rectum: non enim ex his discas, quibus ani- »malibus proprie conveniat. Scribunt alii, οὖθαρ esse μα- »ζον τῶν προβάτων. [Suidas, in Οὔθατα, ex Odyss. ι'. »440.] Id quoque parum satisfacit: nam οὖθαρ in uni- »versum appellatur *mamma in homine & quadrupedibus*, aut »*pars illa tota ubi sunt mammae.* τῶν ζώων τὸ κατὰ τοὺς »μαστοὺς, inquiunt veteres. [Hesychius, in Οὖθαρ.] Sed »hanc vocem ganea sibi vindicavit, & οὖθαρ appellavit *edu-* »*les mammas*, vel partem illam corporis ubi mammas ha- »bent porcae & alia bruta. Latini *sumen* vocant. De his »igitur οὖθαρ proprie usurpatur: interdum non κυρίως, sed »ἀναλόγως, de aliis quoque dicitur; puta, de piscibus aut »cetis: sed hoc raro & contra usum recte loquentium, »ut observatur hîc, cum ὑπογάστριον potius de istis di- »catur. ὑπήτριον autem & ὑπογάστριον in re culinaria »idem esse, etiam Hesychius scribit.« CASAUBONUS. — Habes etiam ex incerto poëta apud Hesychium, οὔθατα βόσκει, pro αἶγας βόσκει, ut ibi exponitur; adeoque de *capris* usurpatum idem vocabulum. In rariorum ac deli- catiorum ciborum numero οὖθαρ commemoratur apud Plutarchum, De Sanitate tuenda, Opp. T. II. ed. Francof. pag. 324 extr. Parique ratione tria haec, ὑπογάστρια, οὔ- θατα, ἡτριαῖον δέλφακος, coniunctim nominavit Pollux, lib. VI. sect. 52. Caeterum, quo pertineat quod ait No- ster, ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, haud sane adparet. Proximum HERODOTI testimonium si spectes, quod ex *quarti libri* capite secundo ductum est; hoc videri possit dicere Athe-

c naeus, de *aliis animantibus praeter equos*. Sed ſuſpicatus ſum, pertinere potius ad *Teleclidae* teſtimonium, initio poſitum; ut de *aliis animantibus* dicat auctor Noſter *praeter homines*: nec tamen pro certo ſtatuere quidquam auſim. Mire vero Epitomator initium totius huius capitis ab ipſis illis verbis fecit, Ὅτι τὸ οὖθαρ σπανίως ἔστιν εὑρεῖν ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων λεγόμενον. Sed magis etiam illud mireris, quod CASAUBONUS, quum ſuo arbitratu *verba* illa *Herodotea*, quae ſub contextu a nobis adpoſita ſunt, in ipſum Athenaei contextum inſeruiſſet, ne uno quidem verbo de iſto facto monuerit lectores. Nam veteres ſcripti libri cum editis ante Caſaub. nil aliud habebant, niſi haec ipſa verba: Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν φησίν. σπανίως δὲ &c. Ubi Baſileenſis quidem editor poſt φησὶν *lacunae ſignum* poſuit: ſed forſaſſe nihil deerat, & ad φησὶν intelligendum erat τὸ οὖθαρ: ſive quid omnino excidiſſet, ſatis eſſe nos putavimus, ſi ἐπὶ ἵππων ſuppleremus, monentes ſimul lectorem, in vetuſtis libris non legi iſta. Aliquanto plura verba, quam a Caſaubono factum, ex Herodoto hic inſerenda iam olim cenſuerat *Paulus* LEOPARDUS Emendat. lib. VI. cap. 20. Quem ſecutus ille, omiſſis prioribus iſta ſola inſeruit, τὰς φλέβας τε &c. ſimulque pro φυσσεωμένας, quod legitur apud Herodotum, φυσσεωμένης (caſu, neſcio, an conſilio) ſcripſit. Quam ſcripturam, quia tacite iſta omnia a Caſaubono admiſſa erant, ab *Athenaei* manu profectam ratus ſummus VALCKENARIUS, percommodamque eamdem eſſe intelligens, ex Athenaeo corrigendos Herodoteos libros cenſuit, in Notis ad Herodoti locum citatum.

ὑπογάστριον δὲ μόνον, ὡς ἐπὶ τῶν ἰχθύων. Adiecta malles verba, ἢ ἱπτριαῖον, ὡς ἐπὶ δελφακος: aut aliquid ſimile. Conf. VII. 302. f. & ibi notata.

d *STRATTIDIS* verſiculum, ex *Atalanta* citatum, correxi ex VII. 302. d. ubi idem iam prolatus eſt. Ex eodem loco (pag. 302. e.) correxi hic *THEOPOMPI* ex *Callaeſchro* teſtimonium, quod in editis libris corruptiſſimum erat, cum διάμαρτεν pro Δάματερ legeretur: ut mireris nihil gravius de iſto ſcripturae monſtro pronunciantem CASAUBONUM, niſi hoc: »Verba *Theopompi* e *Callaeſchro* ſuſpecta nobis merito.« Subiicit Animadverſor: »De illa fabula diximus alibi: de *Sirenibus* eiusdem, Pollux libro »VII. cap. ult.« — Atqui ex eodem loco, ubi de Theo-

pompi Callaeſchro dixerat vir doctus, (nempe ad VII. d 302. e.) medelam petere potuerat vulneri, quo hic locus erat adflictus. Ad verum proxime accedit noſter codex *A.* in quo διάματερ, pro δάματερ. Superiori loco, ὑπογάστριον, ὦ Δαμ. legebatur: hic, in vulgato ὑπογαστρίῳ, continebatur ὑπογάστρι' (pro ὑπογάστρια) ὦ. Et pluralem hîc habet etiam Epitoma, ubi breviter ſic: Θεόπομπος ἰχθύων ὑπογάστρια. (nempe φησί.)

AD CAP. LXI.

Ad *ARCHESTRATI*, de *Lepore*, *verſum primum* haec adnotavit CASAUBONUS: »Perperam ſcribuntur verba,

»Τοῦ δὲ λαγὼ πολλοί τε τρόποι, πολλαί τε θέσεις
»σκευασίας εἰσί.

»Lego πάμπολλά τε εἴδη σκευασίας εἰσί.« — At equidem vocabulo θέσεις aegerrime caream. Non ea ſane eſt corruptelarum ratio, quae veteres codices obſidere ſolent, ut in vulgatiſſimorum verborum ſedem irrepſerint rariora & exquiſitiora. Eſt autem θέσις vocabulum e ſcholis *philoſophorum* (quorum ſermonem gravitatemque conſulto ſubinde imitatus erat *Archeſtratus*) depromtum: quod aliâs quidem ſtrictiore quadam notione uſurpatur, qua distinguere ſolent inter θέσιν & ὑπόθεσιν: ſed ſubinde etiam latiori ſignificatione θέσεις dicuntur quaelibet *ſententiae*, *propoſita*, *placita* aut *praecepta* philoſophorum. Sic de Epicuri placitis atque praeceptis loquens Athenaeus, VII. 280. a. τὰς καλὰς ταύτας θέσεις ait. Sic item apud eumdem Noſtrum, IV. 130. e. ſcribit Hippolochus Lynceo, Σὺ δὲ μόνον ἐν Ἀθήναις μένων εὐδαιμονίζεις τὰς Θεοφράστου θέσεις ἀκούων: ubi poteras quidem de Theophraſti opere cogitare, viginti quatuor libris comprehenſo, cui Θέσεις titulus fuit, ut Laërtius docet, V. 44. ſed rectius (puto) generatim nos interpretati ſumus *praecepta Theophraſti*. Eodemque modo hic *Archeſtrato* πολλαὶ θέσεις σκευασίας ſunt *varia praecepta* coquorum *de lepore in cibum parando*. Sed, quo iuſtam menſuram haberet verſus hexameter, voculam μὲν adiiciendam cenſui: quam deſiderabat etiam ipſe uſus Graeci ſermonis, cum ſequatur membrum orationis huic oppoſitum, κεῖνος (ſcil.) τρόπος δ' οὖν ἄριστος, ut opponantur inter ſe ſibique reſpondeant μὲν & δὲ particulae.

e In *ARCHESTRATI verſ.* 8. edidimus γλοιῶν κατα-χύσματα. Ad editam olim ſcripturam γλυῶν nulla exſtat Caſauboni animadverſio: quam quidem eo magis deſiderabat hic locus, quoniam nullum tale vocabulum agnoſcit ſermo Graecorum; &, quod magis etiam turbare poterat lectorem, in ed. Caſ. 1. unciali literâ initio vocis ſcribebatur Γλυῶν. Itaque γλυκέων corrigendum cenſuerat CORAY, ad Xenocr. pag. 168. Perſpecte vero iam DALECAMPIUS, *ſordium* latine reddens, monuerat, γλοιῶν ſcriptum oportuiſſe, ſimul adnotans »ſic per »contemtum *condimenta* vocari.« — Et tenet quidem mendoſum γλυῶν cod. *A.* cui nihil ſolennius, quam diphthongorum ſimpliciumque vocalium ει & ι, itemque οι & υ (quae ſimillimo vocis ſono pronunciabantur) confuſio. Sed ipſum γλοιῶν, id eſt, *ſordium, ſtrigmentorum*, recte dedit ms. *Ep.* De qua voce videndus H. STEPHANUS in Indice Theſauri pag. 687. &, quos ille laudat, veteres Ariſtophanis interpretes ad Nub. 448. quorum obſervationes maximam partem exſcripſit Suidas ſub voce Γλοιός.

Poſtremo verſu prorſus mendoſum erat quod olim edebatur, γαλῆ ὁμοιοῦντες. Nec tamen aliud habet ms. *A.* nec adnotaverat quidquam Caſaubonus. Sed γαλῇ ὁμοιούντων recte dedit ms. *Ep.* Sententiam, a qua mirum in modum (ut fere conſtanter) aberraverat Natalis Comes, ſatis commode DALECAMPIUS expreſſit: *quae fiunt ab iis qui tamquam feli haec praeparant;* adiectâ Nota: »*Feles* enim *pinguibus* & *unctis* impenſe delectantur.«

Ναυκράτης δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς, ἐν Περσίδι. Ναυσικράτης correxit GROTIUS, ubi poëtae huius verſiculos inſeruit ſuis Excerptis, pag. 879. Ac habuit ille ſane Suidam praeeuntem, apud quem haec leguntur: Ναυσικράτης, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι, Ναύκληροι, Περσίς. Et Ναυσικράτης quidem ἐν Ναυκλήροις laudatur etiam apud Athenaeum noſtrum, VII. 296. a. 325. e. 330. b. Sed nomen Ναυκράτης hic tuetur uterque noſter codex mſtus: quod ut invitis libris mutarem nulla neceſſitas urgere videbatur; quum (quod in multis aliis nominibus obtinet) idem nomen modo productius, Ναυσι-
f κράτης efferri potuerit, modo brevius, Ναυκράτης. In *ſecundo verſiculo*, qui ex hoc poëta adfertur, editam quidem lectionem tenet ms. *A.* ſed ad Graeci ſermonis uſum com-

modius fortaſſe videbitur id quod eſt in *Epit.* ἤ τι τοιοῦ- f
τον ἕτερον: nec obſtat (puto) proſodiae ratio, quoniam tres ſyllabae τι τοιου (diphthongo οι ob ſequentem vocalem correptâ) pedem efficere poterunt anapaeſticum.

Alcaei teſtimonium neglecto metro, veluti ſoluta oratio, vulgo edebatur: & in edita quidem ſcriptura, εἶναί τι λεπτὸν, (quae ad ſenſum quoque parum commoda erat) & in οὐς ἐὰν, nil mutat ms. *A.* In *Epit.* vero totum teſtimonium deſideratur. Sed citra dubitationem ſequendum Toupium iudicavimus, verſiculos ita ut a nobis editi ſunt concinnantem, in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 161. edit. Lipſ.

De *coriandro* adhibendo ad carnem incorruptam aeſtate ſervandam confer Plin. XX. 20, 82.

AD CAP. LXII.

In *Aristophanis* verſu ex *Danaidibus*, pro συναρ- a
πάσειεν, quod erat editum, Atticam formam ξυναρπάσειεν dedit ms. *A.* Eamdem ex ms. *B.* iam receperat Brunck, in Fragm. Ariſtoph. pag. 241. Sed in ἡμῶν (pro quo ille ex eodem cod. *B.* ὑμῶν adoptavit) nil mutat vetus codex *A.* In *Epit.* deeſt totus verſus: quem Brunckius, ad metri genus minus attendens animum, transpoſitis vocibus, trimetri legibus adſtringere conatus eſt; cum ſit, ſine ullâ mutatione legitimus iambicus tetrameter cataleCticus,

λύσας ἴσως ἂν τὸν λαγὼν ! ξυναρπάσειεν ἡμῶν:

de quo perſpecte Porsonus monuit, in Praefat. ad alteram editionem Hecubae Euripideae, p. 41. Sed verborum e connexione cum praecedentibus abruptorum haud ita expedita ſententia eſt. Dalecampius interpretatus erat, *Pedicis ſolutum fortaſſis leporem nobiscum ille rapiet.* — »Videtur ſententia poſtulare λυθείς:« adnotavit Casaubonus. — Callidior Villebrunius ſuo idiomate ſic reddebat: *Si vous lachez (ce chien,) il pourroit emporter ce lievre:* monens in Notâ »nil mutandum.« — Quaſi nominativum λύσας, ad *hominem* relatum, ſequi poſſet verbum ξυναρπάσειεν ad *canem* pertinens. Ego, certius nil habens, λήσας fortaſſe ſcriptum oportuiſſe ſuſpicatus eram.

Ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστι λαγός. &c. Loco iſtorum verborum & proxime ſequentium, haec poſuit Breviator: Ἔστι

δὲ τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ τὸ ἰωνικὸν, λαγός. Tum ſtatim ſic pergit, Σοφοκλῆς· Γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.

b παρὰ Σοφοκλεῖ, ἐν Ἀμύκῳ Σατυρικῷ. Conf. III. 94. e. *Amycus* notum in priſcis fabulis nomen: de quo conſuli Apollodori Bibliotheca poteſt. Recte vero in *Sophoclis* verſiculo, pro χελῶναι, quod veteres libri hîc habebant, ex loco inferiori (ubi repetitur eiusdem verſiculi pars) κορῶναι poſuit Baſileenſis editor, quod & Caſaubonus tenuit.

In *Eupolidis* teſtimonio cum ſic legeretur, ἵνα μὴ παρὰ μὲν βατίδες &c. adnotavit Casaubonus: »Scribe »ἵνα δὴ πάρα μὲν, ut libro VII. in ſimilibus locis.« — At importunam voculam μὴ prorſus abiiciendam eſſe docuit nos codex *A.* qui illam ignorat. Caeterum vide VII. 286. b. & ibi notata. Pro εἰλίποδες, quod ibi ſcribebatur, hic εἰλίποδες *leni ſpiritu* ſcriptum habent mssti cum editis; neutrum male: ita tamen, ut lenis ſpiritus magis Ionicae ſit dialecti, aſper vero Atticae. Metri rationem non magis hîc, quam ſuperiori loco, expedire nobis licuit: quod eo minus etiam mirum, quod hîc omiſſa eſt vox κάραβοι, quae ibi adiecta. Epitoma brevius: Εὔπολις· βατίδες καὶ λαγὼ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες. Ex Epitoma haec & alia huius loci habet Euſtathius ad Od. ε'. pag. 222. l. 16 ſqq.

c ναὸς, νεώς· κάλος, κάλως. Iſto ordine ſcripta ſunt quatuor verba in ms. *A.* quae omiſſa in *Epit.* In editis praeter neceſſitatem transpoſita erant in hunc modum, ναὸς, κάλος, νεὼς, κάλως. Ubi quum in ed. Ven. & Baſ. ναὸς, καλὸς, ſcriptum fuiſſet, adnotavit Casaubonus: »Recte ſcripſimus ναὸς, κάλος: nam Atticum »κάλως non fit a καλὸς, *pulcher;* ſed a κάλος, *funis.*« — Mendoſum quidem καλὸς tenet etiam ms. *A.*

οὕτως δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος καὶ Ἡρόδοτος. Incommoda utique orationis conſecutio; & reiecta haec malebam poſt illa verba quae mox ſubiiciuntur, εἶτά ἐστι τὸ μὲν Ἰακὸν, λαγός. Caeterum ſatis conſtat, iſtud οὕτως, id eſt, *sic*, intelligendum eſſe de formâ nominis in ος per ο breve, λαγός: de qua ſupra dixerat, (lit. a.) ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστι λαγός: ubi commode Epitomator, τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ τὸ ἰωνικὸν, λαγὸς, hîc vero omiſit ea verba de quibus nunc agimus. De *Herodoti* uſu vide Wesseling ad Herodot. I. 123. & ad III. 108.

καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας. De illo carmine, aut de c eius auctore, nihil quod moneam in promtu habeo. Qui vero mox citatur versus, Λαγὸν ταράξας &c. is *Ameipsiae* est, ex fabula Σφενδόνῃ, ut discimus ex X. 446. d. ubi recte πῖθι, pro eo quod hic scribebatur, πείθει.

ὡς Σοφοκλῆς· »γέρανοι, κωρῶναι, γλαῦκες, λαγοί.« Sic ms. *A.* nesciens hoc loco vocem ἴκτινοι, quae praeter necessitatem inserta erat ab editoribus e superiori loco, lit. *b.*

Τὸ μέντοι, ἢ πτῶκα λαγώον. »Id est, apud Homerum »in illo versu Iliadis ῥαψ. χ'. [310.]

»ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγώον.« CASAUBONUS.

Λαγῶα δὲ λέγεται κρέα. Sic *absque iota* scribitur in d edd. & mss'tis. Commode vero λαγῷα scripsit CASAUBONUS, repetens ista verba in Animadversionibus, ubi haec notavit: »Dalecampius docte, *Leporinam* τὰ λαγῷα »vocant. Hippocrates quidem τὰ λάγεια: sed Attici, τὰ »λαγῷα. Aristophanes, Equitibus: [vs. 1133.] Ἀλλ' οὐ »λαγῷ' ἔξεις ὅθεν δῶς. Quemadmodum autem κρέα aut »κρεάδια dicebant τρία vel τέτταρα, pro *frustis carnium* »*tribus aut quatuor*: sic & λαγῷα similiter. Idem in Pace: [1150.]

»Ἦν δὲ καὶ πυός τις ἔνδον, καὶ λαγῷα τέτταρα,
»εἰ τι μὴ 'ξήνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ τῆς ἑστέρας.

»& saepius alibi idem poëta: ubi tamen λαγῶνα sunt qui »legant, παρ' αἶσαν, οὐ κατὰ αἶσαν.« — Conf. Pollucem VI. 33. & ibi LEDERLINUM olim nostratem; qui ad Athenaei exemplum quo utor, quod olim ipsius fuerat, hoc ipso loco in orâ haec adnotavit: »F. λαγῷα. Vide quae »noto ad Pollucem meum, VI. 33.«

In fine capitis hac notâ « indicavimus, totam illam grammaticam disputationem inde ab huius capitis initio ex TRYPHONE Grammatico ductam esse.

AD CAP. LXIII.

ἐν Ἀστυπαλαίᾳ. Stephanus Byz. Ἀστυπάλαια· νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. Rursus idem: Ἀνάφη· νῆσος μία τῶν Σποράδων. Quae deinde mutavimus in edita ante nos lectione, τὸ πλῆθος τοῦτο, pro τοῦτο τὸ πλῆθος; tum ἐμβαλόντος, pro ἐμβάλλοντος; denique γενέσθαι, pro γί-

ϰεσθαι; ea omnia opportune dedere ambo noſtri codices mssti.

e Ἡρόδοτος δ' οὕτως φησί· Τοῦτο μὲν ὅτι ὁ λαγὼς &c. Vide Herodot. III. 108. Hinc Plinius VIII. 55, 81. alia quidem turbans, haec certe habet, *lepus omnium praedae naſcens*. Contra rationem vero, & contra id quod ipſe auctor ſupra monuerat, nunc in Herodoteis verbis λαγὼς habent mssti cum editis, ubi λαγὸς per ο breve oportuerat. Quod dein hîc legitur, ἐπικυΐσκει τε, tenent quidem id ipſum quoque mssti cum editis, itemque Euſtathius ad Iliad. μ'. pag. 869. l. 17. ſed unice verum videtur ἐπικυΐσκεται, quod legitur apud Herodotum *absque* τε particulâ, aut, ſi hanc adiectam malueris, ἐπικυΐσκεταί τε. Mox, ἐν τῇσι μήτρῃσι dedit ms. *Ep.* & μήτρῃσι ſaltem ms. *A.* Dein, ἐπαναιρέεται neceſſario corrigendum exiſtimavi, collato Herodoto l. c. & ibi Valckenar. Et hoc ipſum legitur etiam apud Euſtath. loco cit. lin. 18. licet codex noſter *Epit.* cum ms. *A.* in ἐπαναίρεται conſentiat. Paulo magis vero corrupte ἐπ' ἀναίρεται ſcribebatur in editis.

f Ὁ δὲ κούνικλος καλούμενος, πόρρωθεν μὲν ὁρώμενος &c. Eadem leguntur in antiquis Excerptis ex *Polybii libro* XII. cap. 3. noſtrae editionis, ſect. 10. ubi κύνικλος vulgo, non κούνικλος ſcribitur. Ibidem deinde recte καὶ κατὰ τὴν βρῶσιν legitur, quemadmodum nos hîc ex utriusque codicis *A.* & *Ep.* conſenſu edidimus; ubi prorſus corrupte κατὰ ϑρῶσιν legebatur in ed. Ven. & Baſ. quod tacite in κατὰ βρῶσιν mutavit Caſaubonus. De corrigendâ apud Athenaeum mendâ monuerat iam olim *Paul.* Leopardus, Emendation. lib. VI. cap. 20.

a καὶ ἡμεῖς εἴδομεν πολλοὺς κατὰ τὸν &c. Sic, absque αὐτῶν, ms. *A.* In *Epit.* vero deſunt iſta omnia. Recte vero deinde Δικαιαρχίας habent edd. Sic enim (per diphthongum in penultimâ) ſcribi ſolet nomen huius urbis: perperam Δικαιαρχίας ms. *A.*

Καλοῦνται δέ τινες καὶ Χελιδονίαι λαγωοί. »Hi lepores »dicti *hirundinini*, propter aliquam coloris ſimilitudinem. »Euſtathius [ad Odyſſ. χ'. pag. 783. l. 22.] ita explicat: »τοιοῦτοι ἴσως οἱ ἄνω μὲν μέλανες, τὰ δὲ κάτω ὑπόλευκοι· »ὁποῖαι καὶ αἱ χελιδόνες, κατὰ τὸν εἰπόντα τὸ, χελιδὼν »ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, ἐπὶ νῶτον μέλαινα. Athenaeus libro »XIV. [pag. 652. d.] *ficus* quoque *chelidonias* ita dictas

» innuit a colore, quia ſint ἐρυθρομέλανες. « CASAUBONUS. — Perperam χελιδόνιαι antepenacute ſcribebatur in editis: cum vel χελιδόνιοι oportuiſſet, ut XIV. 652. d. vel χελιδονίαι, ut habet hoc loco ms. *Epit.* nempe a ſing. ὁ χελιδονιας, quod eſt etiam piſcis nomen apud Noſtrum, VIII. 356. f.

In *DIPHILI* vel *CALLIADIS* teſtimonio, quid de voce γλαυκία ſtatuendum ſit definire non auſim. Nihil mutat ms. *A.* In *Epit.* vero deeſt totus locus. Suſpicatus ſum, γλαυκιᾷ ſcriptum oportuiſſe, a verbo γλαυκιάω, *glaucis* vel *terribilibus oculis adſpicio, truci adſpectu ſum.*

AD CAP. LXIV.

Συὸς δὲ ἀγρίου ἐπεισενεχθέντος &c. » Ut fuerunt Ro- b
» manorum mores, parum lautus convivator habitus fuiſ-
» ſet Laurentius, ſi convivis ſuis *aprugnam* non appoſuiſ-
» ſet. Ille vero, ſicut fieri tum ſolitum, *aprum integrum*
» menſae inferendum curavit; *de cuius magnitudine* narrat
» Deipnoſophiſta, Συὸς δὲ ἀγρίου ἐπεισενεχθέντος, ὃς κατ'
» οὐδὲν ἦν ἐλάττων τοῦ καλοῦ γραφομένου Καλυδωνίου. So-
» nant haec verba, *Aprum in triclinium illatum eſſe & Dei-*
» *pnoſophiſtis appoſitum nihilo minorem Calydonio, qui pulcher*
» *pingi ſolet.* Ferat fortaſſe aliquis hanc lectionem: qui te-
» reres habeat aures nemo ferat. Pro καλοῦ ſcribi poteſt
» καπρου: verum ne id quidem ſatis explanat quod ſale-
» brolum eſt. Hiſtoriam Calydonii apri a Meleagro occiſi
» narrat poëta in nono Iliadis, & praeter alios poëtas
» Philoſtratus in Imaginibus. « CASAUBONUS. — At mihi, ut dicam quod ſentio, in ſcirpo nodum quaerere viſus eſt doctiſſimus Animadverſor. Contra in ſequentibus verbis, quae illi plana fuiſſe videntur, quae certe absque animadverſione ab illo praetermiſſa ſunt, in eis ego etiam atque etiam offendi; nec ſatis certam rationem, qua me e ſalebris expedirem, reperire potui. Illud quidem perſpicuum videbatur, in vocula σὺ, quam ante ζητεῖν codex *A.* inſertam habet, σοὶ latere. Dein vero, quod ὁ δὲ σφόδρα φροντίσας vulgo legebatur, id eſt, *Ille vero admodum curans*, id manifeſte quidem referebatur ad nomen φροντιστὰ, quo Ulpianum compellaverat unus e convivis, ex Comici Nubibus mutuatus id nomen: ſed ex his, quae continuo ſubiiciuntur, ſatis intelligi videbatur,

parum omnino curaſſe Ulpianum quaeſtionem eam, quae ei ab iſto propoſita erat; quare *negantem particulam* ſuſpicatus ſum *intercidiſſe*: quam ſi recte abeſſe ſtatuas, ſic accipienda verba, *Ulpianum, poſtquam ſtudioſe intendiſſet animum*, neque quidquam reperiſſet, tandem *a ſe amandaſſe quaeſtionem propoſitam.* Caeterum confer quae leguntur infra, pag. 402. a. Paulo poſt, ſuccurrebat nobis aliquatenus vetus codex *A.* pro mendoſâ ſcripturâ τοσοῦτον ἐμπλαcθέντες, quae per omnes editiones propagata erat, τοσούτων ἐμπλησθέντες exhibens. Sed quod ſequitur, ὑπερ-
c βάλλειν μοι δοκεῖτε, id oſtendebat, paulo ante pro ὑμῖν γε vel ſcriptum oportuiſſe ὑμεῖς γε, vel aliud quid eſſe turbatum. Denique, quod velut ex abrupto ſubiicitur, προφέρεσθαι δίκαιόν ἐστιν, id quo pacto absque coniunctione ſic ſtare poſſet non vidi. Iam illud rurſus ſatis perſpicuum videbatur, pro σῦν τῷ σ, σὺν τῷ σ oportuiſſe; itemque ἑτυμώτερον, pro ἑτοιμότερον: quo loco tandem etiam codex *Epitomae*, qui adhuc ſilnerat, nonnihil nobis contulit. Nam Breviator, omiſſo (ut ſolet) introitu huius capitis, nonniſi his verbis praemiſſis, Πάλιν φρονιστὴν καὶ λογιστὴν τὸν Οὐλπιανὸν ὁ ῥήτωρ οὗτος φησί: ſtatim ſic pergit: Ὅτι ἑτυμώτερον τὸ σῦς μετὰ τοῦ σ.

Iſtis igitur omnibus ſilentio praetermiſſis CASAUBONUS ad illa demum verba, quae ſic edita legebantur, οἱ δὲ συνηρῆσθαι οἰονεὶ &c. haec adnotavit: »Scribe οἱ δὲ »σῦν εἰρῆσθαι οἰονεὶ θῦν, τὸν εἰς θυσίαν εὐθετοῦντα. Var»ro libro II. DE Re Ruſticâ: *Sus Graece dicitur ὗς: olim* »*thys* (male editum *thyſus*) *eſt dictus* • *illo verbo quod di*»*cunt* θύειν, *quod eſt immolare. Ab ſuillo enim genere pecoris* »*immolandi initium primum ſumtum videtur.* Lege Porphy»rium περὶ Ἀποχῆς. Ovidius libro primo Faſtorum:

» *Prima Ceres avidae gaviſa eſt ſanguine porcae,*
» *Ulta ſuas merita caede nocentis opes.* «

Veram ſcripturam nobis uterque codex ms. dedit.

d In *SOPHOCLIS* verſu cum poſtrema verba ſic eſſent edita, Παλιωτικὸν τρέφος, nil aliud niſi hoc monuit idem CASAUBONUS: »*Sophoclis* verſus ex *Achillis Amatoribus* »ſic ſcribitur in Epitoma, & apud Euſtathium: Σὺ δὲ ὦ »σύαγρε ποιλιωτικὸν βρέφος. « — Ubi quod ποιλιωτικὸν ſcriptum ait, id aut imprudenti excidiſſe videtur, aut a typotheta peccatum: nam & in noſtro quidem codice Epitomae, & apud Euſtathium, ad Odyſſ. τ'. pag. 706.

l. 2. editionis Basileensis (qua & ipsum Casaubonum usum esse aliàs observavimus) Πηλιωτικὸν recte scriptum, id est, *ex Pelio*, Thessaliae oppido. (conf. Steph. Byz. in Πήλιον.) Eamdem vero scripturam etiam codex *A.* tenet. βρέφος autem suo iudicio Epitomator, a quo Eustathius accepit, scripserat, pro rariore vocabulo τρέφος, quod idem ac θρέμμα valet, ut bene ab H. STEPHANO monitum, Thesaur. T. III. p. 1643. c.

Παρ' Ἡροδότῳ δὲ &c. Vide Herodot. VII. 153.

τὸν καλούμενον ψευδολόγον τῶν λόγων. » In historia e » mortis *Phileiae*, ὁ καλούμενος ψευδολόγος τῶν λόγων est » id sophisma, quod *pseudomenon* omnes Graeci & Latini » appellant. Mutandum tamen nihil censeo in hoc libro- » rum consensu. « CASAUBONUS. — De *Phileta* conf. Aeliani Var. Hist. IX. 14. & ibi Perizon. Nomen viri perinde & Φιλήτας scribitur, ut ibi apud Aelianum, & alibi apud Nostrum, & Φιλητᾶς, ut hic. Proprius error hoc loco est codicis *A.* quod Φιλιτᾶς scribit. In ψευδολόγον consentiunt cum editis ambo nostri codices mssti. Ψευδόμενον λόγον dixit Suidas in Φιλητᾶς. Conf. Menag. ad Laërt. II. 108. Sed nil impedit quo minus credamus, per iocum dixisse Athenaeum τὸν ψευδολόγον τῶν λόγων: quamquam spondere non ausim veritatem huius scripturae.

AD CAP. LXV.

Initium huius capitis, Ἵν' οὖν μὴ &c. ad poëtae alicuius verba respicere videtur. De verbo ἀφαυαίνεσθαι vide VII. 290. e. & quem ibi laudavimus, KÜSTERUM ad Aristoph. Thesmophor. 853.

Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος, ἐν τῷ Ἀδώνιδι. Sic recte f mss. *A.* Versiculos autem hic ex illa *DIONYSII regis* fabula adpositos, quos & Epitomator desperaverat, & Casaubonus silentio praetermisit, non magis nobis, quam doctissimis his duumviris, expedire licuit. Pro ἐκβέλειον, *vers.* 2. ἐκβόλειον dedit ms. *A.* Ad ̃Ω, quod sic in ed. Cas. 1. scriptum, nihil ex eodem cod. *A.* adnotatum est. Versiculos latine in hunc modum reddidit DALECAMPIUS, haud absurdas sane coniecturas secutus:

» *Nympharum sub antro, nativo fornice tecto,*
» σύαγρον, id est, *aprum, sine sagittis captu facilem es-*
» *se audio,*

» *cuius plurima membra primitias Diis consecrabo.*
Gallici interpretis commenta nil adtinet hic commemorare. Haud paulo solertius locum hunc tractavit FIORILLO in nuperis Observationibus Criticis in Athenaeum, p. 38 sq. nec tamen omnes difficultates explanavit. Νυμφᾶν ille commode pro Νυμφῶν scripsit doricâ linguâ: quo sumto, possis ὦ (*vers.* 3.) eodem idiomate pro οὗ dictum accipere; nam quod ille ἓν corrigendum censuit, id quo pacto cum reliquâ orationis structurâ consentiat, non satis video. Pro τὸν αὐτόστεγον probabiliter τὰν αὐτόστεγον idem scribit: est enim στέγυξ foeminini generis, apud Apollonium quidem Rhodium, & apud Oppianum. Vocem ἐκβέλεσιν tenuit Observator; quâ notione, nescio. Videri poterat *extra tali iactum* sonare: quod tamen minus aptum videtur ad id, quod adiicitur, εὔθηρον. Pro κλύειν vero δύειν ponens, provocavit ad similem Aeschyli locutionem apud Nostrum paulo post, pag. 402. b. ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὥς. Pro ἀπαρχὰς (*vers.* 3.) CASAUBONUS ad oram libri, qui ipsius olim fuerat (quo eodem nunc nobis uti licet) sua manu adnotaverat. » *Forte, ἀπ'* » *ἄγρας.*«

a Ἱππόλοχος δὲ ὁ Μακεδὼν &c. Vide lib. IV. cap. 1. & ibid. cap. 5. pag. 130. a. b.

Ἐπεὶ δὲ σὺ καὶ τὸ προβληθέν σοι ἀποπροσπεποίησαι περὶ τῆς χρόας τοῦ Καλυδωνίου συός. » Est quidem in promtu » usitatior vox, quam istius loco substituamus ex ipso » auctore, ἀποπεπομποίησαι. Respicit enim superiora haec, » [pag. 401. b.] ὁ δὲ σφίδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβλη- » θὲν ἀποδιοπομπησάμενος. Sed temere, quod editum est, » & exaratum in omnibus, mutari nolim. προσποιεῖσθαι » est, *sibi asserere & vindicare aliquid.* Huius contrarium ver- » bo ἀποπροσποιεῖσθαι significat auctor; *negare* nempe *ad* » *se aliquid pertinere.*« CASAUBONUS.

b οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. » Graecos *Siceliotas aprum* appellasse ἀσχέ- » δωρον probat auctor. Non soli Siculi eâ voce usi: sed » universa ora illa Italiae, quae Magna Graecia dicebatur. » Quare ita accipe quod Hesychius scribit, Ἀσχέδωρος, » ὁ σύαγρος παρὰ Ἰταλοῖς. Nam emendare quidem nihil » necesse est, cum etiam apud Eustathium [ad Odyss. τ'. » pag. 705. b. 44.] alius Grammaticus tribuat hoc ver- » bum τοῖς Ἰταλιώταις. Esse tamen vocabulum Graecae

» originis veriloquium arguit, quod recte explicant γραμ-» ματικῶν παῖδες.« CASAUB. — Vide Euſtathium loco modo citato: ubi etiam verbum καπρώζεται exponitur, quod paulo poſt in *SCIRAE*, comici poëtae, teſtimonio occurrit. Quod mox apud Noſtrum editum erat, ἐν Μελεάγρῳ δέ φησιν: ferri quidem ibi poterat δὲ particula, praeſertim ſi proxime praecedentia verba non eſſent parentheſeos ſignis intercepta; ſed, quum ignoret eam vetus noſter codex, abiicere eamdem debuimus.

AD CAP. LXVI.

Περιεφέροντο καὶ ἔριφοι &c. »*Hoedi* deinceps com- c
» memorantur, *varie parati*: quorum etiam erant quidam » πολὺ τοῦ ὀπτοῦ ἔχοντες. Sic ſcribe, non πολλοῦ. *Laſer* » autem intelligo, & *Cyrenaicum ſuccum*; quem Graeci κατ' » ἐξοχὴν dicunt ὀπόν. Docti viri cum hunc locum interpre- » tarentur, [nempe, *cum multo iusculo*, imperite reddiderat Dalecamp.] » obliti erant eius discriminis, quod ſtatuit » Theophraſtus & omnis Medicorum ſchola inter χυλοὺς » vel χυμούς, & ὀπούς. Quoties autem dictum in his li- » bris de *laſerpitii* in condimentis uſu? « CASAUBONUS. — In edito olim πολλοῦ nil mutat ms. *A*. In *Epit.* autem deſunt iſta verba. Sed certiſſimam Caſauboni emendationem quin adoptarem, non debui dubitare. Utique vero etiam ἄλλοι τε pro ἄλλοι δὲ mallem. Pro Ἀκαδημίας, paullo poſt, Ἀκαδημείας habet ms. *A*. ſuo more.

Haeſeram in illis verbis ἀδιαπόνητα ταῖς ἕξεσιν ὑπάρ- d
χοντα. Dalecampius vertit: *in corporis habitu vix diſcutiuntur*. Eamdemque in ſententiam, quod ad verbum ἀδιαπόνητα quidem, Gallicus interpres: *comme elles ſont naturellement difficiles a digérer*. Ac non ſum equidem neſcius, de *concoquendo* vel *digerendo* cibo uſurpari nonnumquam verbum διαπονεῖν: ſed in illam ſententiam oportebat δυσδιαπόνητα, non ἀδιαπόνητα. Quare ſuſpicatus ſum, occaſione vocis ἕξεσιν, in ν literam exeuntis, intercidiſſe (ut ſaepe aliâs factum obſervavimus) initio vocis ſequentis literas εν, a quibus haec vox incipere debuerat. Sic ταῖς ἕξεσιν ἐνυπάρχοντα idem valebit, ac μένοντα ἐν ταῖς ἕξεσι, quae dictio lib. I. pag. 26. b. occurrebat; ad quem locum vide quae de vocabuli ἕξις apud Medicos uſu notata ſunt.

ANTIPHANIS ex *Aceſtria* teſtimonium ita adpoſitum erat in editis, ut tres priores verſus legitime eſſent diſtributi, tres reliqui vero veluti ſolutâ oratione concepti ſubiicerentur. Porro *verſ.* 1. perperam ἑσθίοι legebatur, e ubi rectè ἑσθίοις dedit uterque cod. *ms.* Tres reliquos verſus, partim facili de coniecturâ, maxime vero veterum codicum ope, emendare & in ordinem cogere nobis licuit. In fine *verſus* 4. pro edito τυροποιεῖ, rectè τυρὸν ποιεῖ dedere ambo codices. Initio vero eiusdem verſus, pro τῶν δὲ αἰγείων, correptâ penultimâ τῶν δ' αἰγέων ſcriptum oportuiſſe, metri ratio oſtendebat. Perinde autem αἴγεος & αἰγείος dicere licitum erat poëtis. *Verſu* 5. pro corrupto ἀνδρῶν, veram ſcripturam ἀδρῶν rurſus uterque codex mſtus exhibuit. Unus claudicabat *verſus poſtremus*, ubi τὰ φαυλότατ' ἀνέχεμαι erat editum, ſicut eſt in ms. *Ep.* ſed τὰ φαῦλα ἀνεχ. (ſi rectè accepi) habet ms. *A.* ſive φαῦλα ἂν ἀνέχομαι. Fortaſſe, collatâ utriusque codicis ſcripturâ, ſic ſcriptum reliquiſſe poëtam coniectare licuerit, τὰ φαυλότατ' ἂν ἀνέχομαι. De ratione metricâ prorſus ſecurus fuerat CASAUBONUS, cum ad eumdem locum haec adnotaret: »Non male fortaſſe ſcribas »verba *Antiphanis* ex *Aceſtria*, ſicut ea Breviator nobis »exhibet: Κρέα δέ τίνος ἥδιστ' ἂν [noſter codex *Epit.* perperam, κὐδιστ' ἂν] »ἐσθίοις; προβάτων μὲν οἷς ἔνι μήτ' »ἔρια μήτε τυρὸς φίλτατε. [At vocem φίλτατε ignorat noſter codex.] »τῶν δ' αἰγείων κατὰ ταυτὰ, ἃ μὴ τυρὸν »ποιεῖ. διὰ τὴν ἐπικαρπίαν γὰρ τῶν ἀνδρῶν [immo, τῶν ἀδρῶν, codex noſter:] »ἐσθίων τὰ φαυλότατ' ἀνέχομαι. »Interrogatus aliquis, *quibus carnibus libentiſſime veſcatur*, »reſpondet: *ex ovibus quidem ſibi eas probari, quibus neque* »*vellus adhuc ademtum, neque preſſa ubera ad caſcum: e ca-* »*pris ſimiliter, quae caſeum adhuc nullum dederint.* Non eſt »obſcurum, *agninam* & *hoedinam* hisce verbis intelligi: »quod etiam vulgata lectio palam ait, quae dictionibus »ἀρνὸς & ἐρίφου eſt auctior.«

Eiusdem *ANTIPHANIS* ex *Cyclope* ecloga, prorſus neglecto metro, veluti proſa oratio, adpoſita erat. Perſpeſpecte vero ſolertiſſimus GROTEFEND, in ſchedâ olim nobiscum communicatâ, monuit, eſſe verſus anapaeſticos trimetros acataleſticos; quorum unus *quartus* non eſſet integer, altero carens hemiſtichio. Eâdemque ratione digeſtos verſus publice nuper propoſuit FIORILLO, in Obſer-

vat. in Athen. pag. 61. CASAUBONI ad hunc locum est e Animadversio huiusmodi: »Idem poëta (*Antiphanes*) cum »in *Cyclope* facit haec illum loqui: Τῶν χερσαίων δ' ὑμῖν »ἥξει παρ' ἐμοῦ ταυτί· βοῦς ἀγελαῖος, τράγος ὑλιβάτης, »αἶξ οὐρανία: quaerendum reliquit nobis quid appellaret »*capram coelestem*. Sed & contradicit ipse sibi Cyclops: qui »postquam χερσαίους cibos promisisset, οὐρανίαν αἶγα ex»hibeat. An igitur scripserat comicus αἶξ δὲ Σκυρία: vel »cum negatione, ut in sequentibus multis, αἶξ οὐ Σκυ»ρία. De *capris Scyriis* res vulgata. Iam vero, cum ait »idem Cyclops, ὑμῖν ἥξει παρ' ἐμοῦ τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς »ξηρὸς, τυρὸς κοπτὸς, τυρὸς ξυστὸς, τυρὸς τμητὸς, τυρὸς »πηκτός: lasciviâ comicâ ad copiae ostentationem species »fingit, quae nullae sunt. Nam χλωρὸς quidem caseus, »est *recens*: ξηρὸς, *siccus* ac *durus*: ξυστὸς, *rasilis*, cuius »ramentis cibi asperguntur: πηκτὸς, *recentissimus* & *tan»tum quod coagulatus*: at κοπτὸς & τμητὸς, non verae (ut »puto) differentiae, sed fictae sunt a poëta. Quare in »illis explicandis operam abuti non debemus.« — In omnibus istis versibus nihil prorsus mutat noster codex *A*. Pro τράγος ὑλιβάτης vero, est ταῦρος ὑληβάτας in ms. *Ep*. De posteriore vocabulo vide supra, ad IX. 374. f. Scripturam vero αἶξ οὐρανία tuetur codex uterque cum editis: ubi non satis caussae esse videtur, cur vocem οὐρανία cum Casaubono aut cum Fiorillo suspectam habeamus; quamquam, quo sensu *coelestis* adpelletur hîc *capra*, dubitari possit. Gallicus interpres de huius animantis more intellexit *altissimas rupes veluti ad coelum usque scandendi*. Potuit vero etiam, quia in proverbio Graecis αἶξ οὐρανία pro *magna felicitate & opulentia* dicebatur, οὐρανίαν αἶγα non sine ioco dicere poëta *exquisite pinguem praestantemque*. Illud quidem utique turbare Casaubonum non debuerat, quod χερσαίους cibos, non οὐρανίους, promisisset Cyclops: nam τὰ χερσαῖα τοῖς ἐνύδροις opponi solent, non τοῖς οὐρανίοις. Et τῶν ἐνύδρων quidem ciborum recensum, quos apud eumdem poëtam idem Cyclops promittit, habes apud Nostrum lib. VII. pag. 295. f.

AD CAP. LXVII.

Vers. 1 *sqq.* Βαῖν' ἐκ θαλάμων κυπαρισσορόφων. f »Referens Athenaeus aliquot veterum Comicorum locos,

f » quibus *Coenarum deſcriptio* continebatur, longam ῥῆσιν » affert ex *Hippotropho* MNESIMACHI: qua univerſum » cuiusdam convivii choragium luculenter & κατὰ λεπτὸν » facetus poëta deſcripſerat. Nemo qui iſtam Mneſimachi » eclogam legerit, cauſſam requiſiturus eſt, cur Aelianus, » ſicut libri ſeptimi cap. 7. dicebamus, [ad pag. 282. d. Animadv. Vol. IV. pag. 90.] » inter δειπνολόγους poëtas » hunc praecipuum faciat cum Epicharmo. Inducitur ini- » tio aliquis vel cocus vel architriclinus, qui *Manem* ſer- » vum iubet *convivas e foro arceſſere aliisque locis, & para-* » *tam coenam illis nuntiare.* Βαῖν' ἐκ θαλάμων, inquit, κυ- » παρισσοτρόφων ἔξω Μάνη. στεῖχ' εἰς ἀγορὰν πρὸς » τοὺς Ἑρμᾶς, οὗ προσφοιτῶσ' οἱ φύλαρχοι. *Thalamus* κυπα- » ρισσοτρόφος ferri poteſt, ſi ferimus θάλαμον pro amplae » domus ambitu, ubi horti ſint & viridaria: ſin hoc du- » rum, [ut eſt ſane,] non aſpernanda coniectura noſtra, » quae eſt, ut literâ unicâ demtâ ſcribamus ἐκ θαλάμων » κυπαρισσορόφων, *e thalamis quorum cupreſſina lacu-* » *naria.* Non debet vox θάλαμος aliter hîc accipi quam in » notâ ſignificatione. Ac videntur epulae nuptiales hic de- » ſcribi: quod etiam illa mox verba confirmant, ἀκολα- » στοῦσι νεῦς μειρακίου: [verſ. 18. ubi vide not.] de *ſpon-* » *ſo* enim videtur loqui. Sequentibus verbis deſignatur ea » pars fori, ubi reperiri queant invitati. *Ito in forum ad* » *Hermas, ubi ſolent frequentes eſſe tribuum magiſtri.* Diver- » ſorum morum homines diverſis in locis & urbis aut fori » partibus ſoliti convenire: quod docet eximie Plautus in » Curculione; ſcenâ, *Aedepol nugatorem lepidum.* Noti au- » tem ſunt Athenienſium *Hermae* & ſtatuae illae ἀκωλοι, » quas in foro, aut non procul neque a foro neque a gy- » mnaſio, fuiſſe poſitas ex Pauſania diſcimus. *Ad Hermas* » *ventitaſſe*, ait, invitatos, quos appellat φυλάρχους, quaſi » *praefectos tribuum:* vel, quod nunc primulum venit no- » bis in mentem, φιλάρχους, ut ſignificet primores civita- » tis eſſe, qui honores ſoliti petere & gerere. Verum, quia » per υ ſcribunt exemplaria omnia, φύλαρχοι, id potius » ſequamur. Athenis id fuit non contemnendae dignitatis » nomen. Ariſtophanes Avibus: [vs. 798 ſq.] ὡς Διὸς πτε- » φὴς γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερὰ ἠρέθη φύλαρχος, εἶθ' » ἵππαρχος. « CASAUBONUS. — *MNESIMACHI* eclogam (quae veluti ſoluta oratio adpoſita erat) in *anapaeſticos verſus dimetros* diſpeſcendam fuiſſe, recte monuit D'AR-

NAULD, in Animadv. Crit. c. 27. pag. 151. Eorum non-f nulli iam ſupra (lib. VII. pag. 322. e.) adlati ſunt. κυπαρισσορόφων veriſſime a Caſaubono emendatum: eodem quidem cum editis errore tenetur mſtus noſter codex uterque. Iſta, οὗ προσφ. οἱ φύλαρχοι, deſunt *Epit.* ſed ſcripturam φύλαρχοι recte tuetur cod. *A.* De qua dignitate breviter ſic Suidas: Φύλαρχος, ὁ κατὰ φυλὴν ἑκάστην τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων, ὑποτεταγμένος δὲ τῷ ἱππάρχῳ.

Verſ. 4 *ſq.* »Addit poëta, τούς τε μαθητὰς τοὺς ὡραίους, »οὓς ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους μελετᾷ Φείδων καὶ κατα»βαίνειν. Malim, τούς τε μαθητὰς ὡς τοὺς ὡραίους, οὗ ἀνα»βαίνειν &c. *vade etiam ad formoſos* illos *diſcipulos:* id eſt, »ad illud gymnaſium ubi exercentur adoleſcentes delica»ti: *ubi diſcit Phidon in equos aſcendere, & ex iisdem deſcen»dere.* In vulgata lectione, μελετᾷν accipitur pro *docere;* »quod inſolens plane: nam μελετᾷν eſt *diſcere, meditari:* »unde apud Plinium in Paneg. *meditatio campeſtris turmarum.* »Itaque non οὓς ἀναβ. ſed οὗ lego: ut in praecedenti pe»riodo, οὗ προσφοιτῶσιν οἱ φυλ.« CASAUBONUS. — Eſt utique haud ſatis expedita oratio, ut vulgo legitur: nec tamen quidquam mutant libri, niſi quod pro Φιδων, quod habet ms. *A.* cum editis, Φείδων recte dedit ms. *Ep.* Ac pulcre quidem novimus, verbum μελετᾷν plerumque de his uſurpari qui *ſe exercent:* ſed tamen etiam generatim *curare* ſignificat, veluti μελετᾷν ἔργου, *opus curare:* μελετᾷν βίου, *curare res ad victum neceſſarias.* Quare in librorum conſenſu nil novandum putavi; cum praeſertim emendationis ratio a docto Animadverſore propoſitae ne ipſa quidem ſatis expedita ſit. Sed longe etiam aliud hîc latere, quam quod primâ ſpecie videri poterat, monuit IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 51.

Verſ. 8. Atticam particulam ὁτιὴ, quam deſiderabat metri ratio, pro ὅτι quod habebant editi, opportune dedit mſtus cod. uterque.

Verſ. 9. τὸ ποτὸν ἑρμὸν habet ms. *A.* cum editis. τὸ ποτὲ ἑρμὸν ms. *Ep.* quod ſuo iudicio fortaſſe mutavit Breviator, contra poëtae quidem mentem.

Verſ. 11. »Ait, σπλάγχνα ὀπτᾶται χαύνῳ. Scri»bendum, σπλ. ὤπτηται χαῦνα: vel mutatâ diſtin»ctione hoc modo, σπλάγχνα ὤπτηται. χαῦνον ἵρπα»σται κρέας ἐξ ἅλμης.« CASAUBONUS. — Commodum utique videri poterat ὤπτηται: ſed in ὀπτᾶται conſentit

a ms. uterque cum editis; quod non temere mutandum. Sequens vox deeſt ms. *Ep.* Pro χαύνῳ vero, quod erat editum, χναυω (ſic) enotatum ex ms. *A.* quam vocem lubens equidem cum altera commutarem, ſi certiorem explicationem iſta haberet. Sed vocem χαύνῳ nihili eſſe recte intellexerat Caſaubonus: nec vero ſatis commodum videtur χαῦνα: *aſſando* enim non *laxae* aut *molles* fiunt carnes, praeſertim *viſcera*, ſed *rigidiora* potius. χαῦνον ἥρπασται vero, quae fuit altera Caſauboni coniectura, non fert metri ratio. Reſtat ergo, ut codicis ſcripturam teneamus, ſtatuamusque (perperam permutatis ob formae ſimilitudinem, ut paſſim alibi vidimus, literis α & ω) χναῦα ſcriptum oportuiſſe; qua in voce ob ſequentem initio proximae vocis vocalem poſtrema vocalis α elidi potuerit. Sed quaenam ſit vis huius vocabuli, ſive quid aliud ſub eo lateat, videant doctiores acutioresque. Percommode, quod ad ſententiam, Dalecampius (quem ſecutus Gallicus interpres videtur) vertit, *viſcera, quod aſſa nimis ſint, friari:* ſed in verbo χναύω, aut in eius derivatis, (quorum in numero adiectivum χναῦος ne reperitur quidem usquam) nullum talem ſignificatum a veteribus Grammaticis adnotatum video; quorum obſervata omnia collegit H. Stephanus, in Theſ. T. IV. p. 542 ſq. Nam χναύειν eſt *carpere, avellere,* aut *circumcidere;* χναύματα vero proprie dicuntur *carnium reciſa fruſta,* aut partes quae *cupide avelluntur & deglutiuntur.* Nim huc trahere velimus quod apud Heſychium adiicitur, τὰ τῶν κρεῶν ἀπανθρακίσματα: id eſt, eodem Stephano interprete, *particulae a carnibus reciſae, quae ſuper carbonibus toſtae devorantur.* Quae cum ita ſint, hariolando magis, quam certam rationem ſecutus, χναῦα, *torrida* interpretatus ſum. Intelligere etiam poſſis, *viſcera aſſari nimis, ita ut fragilia fiant & propemodum in frustula dilabantur.* Sed fortaſſe rectius χναῦα pro χναύματα (id eſt, *delicata carnium fruſta ſuper carbonibus toſta*) accipiemus; adoptatâque in praecedente verbo emendatione Caſauboni, commodius ſic distinguemus verba:

σπλάγχν' ὤπτηται, χναῦ' ἥρπασται,
κρέας ἐξ ἅλμης ἐξῄρηται·
τόμος ἀλλᾶντος, τόμος ὑννύστρου,
χορδῆς ἕτερος, φύσκης ἕτερος,
διαλαιμοτομεῖθ' ὑπὸ τῶν ἔνδον.

Quamquam in manuſcriptis libris, ſicut in impreſſis, iunguntur verba ἥρπασται κρέας ἐξ ἅλμης, rurſusque iſta, ἐξήρηται τόμος ἁλλᾶντος.

Ad verſ. 15. διαλαιμοτομεῖθ' ὑπὸ τῶν ἔνδον, monuit CASAUBONUS: »Malim διαλελαιμοτόμηθ' ὑπὸ τῶν ἔνδον. *Qui »intus ſunt, omnes victimas iugularunt, quae ad epulas ne»ceſſariae.* διαλαιμοτόμησις magni convivii deſignationem »habet: cuiusmodi eſt quod Hebraei vocant *Keráh*, quaſi »dicas *exciſionem.* Affine & proprium coquorum verbum »eſt διαρταμεῖν. Anaxandrides, Ἀρτίως διηρτάμηκε· καὶ »τὰ μὲν διηνεκῆ σώματος μέρη δαμάζεται ἐν πυρικτύποισι »γῆς.« — Verbum λαιμοτομεῖν proprie ſignificat ſane *iugulum incidere, iugulare:* quam notionem ſi huic loco, ut fecit Caſaubonus, adplicare velles; διαλελαιμοτόμηται in praeterito tempore, quemadmodum ab eodem propoſitum eſt, ſcriptum oportebat: nam *intus* in thalamo non mactantur victimae. At id quidem metricae horum verſuum rationi, cuius nullo ſenſu tactus fuiſſe videtur doctiſſimus Animadverſor, neutiquam convenit: & praeſens tempus tenet cum editis libris uterque mstus. Quare conſentaneum videri debet, ut verbum διαλαιμοτομεῖν comice hîc poſitum ſtatuamus, pro τοὺς τόμους (quos modo nominaverat) διὰ τὸν λαιμὸν ἄγειν, *fruſta carnium per gulam agere*, id eſt *deglutire.*

Verſ. 16 *ſq.* κρατὴρ ἐξερροίβδηται οἴνου· πρόποσις χωρεῖ. Haec quum Dalecampius ſic reddidiſſet, *Exhauſta eſſe pocula, vini propinationes accendi & procedere;* — »Male ac»cepta interpretibus« ait iſta verba CASAUBONUS, ſic vertenda cenſens: »*Cratera largiter impleta eſt vino:* (id eſt, »crateri vinum e cado infuſum eſt abunde:) *iam incipiunt* »convivae *poculis ſe invitare.*« Tum idem ſic pergit: »Ῥοῖ»ζος (ſive ῥοίβδος) exponitur a veteribus ῥεῦμα σφοδρόν: »quia uſurpatur etiam ad ſoni eius ſignificationem, quem »edit fluens aqua vehementius. Hîc vero κρατὴρ ἐκροιβδεῖ»σθαι dicitur, qui largiore fluxu vini e cado fluentis fue»rit impletus.« — At mihi, quam coacta & contorta haec videtur docti Animadverſoris expoſitio, tam plana & ſimplex, prorſusque vera, Dalecampii interpretatio. Quemadmodum ῥοιβδέω idem ſonat ac ῥοφέω, quod docent Grammatici omnes: ſic ἐκροιβδέω valet ἐκροφέω, id eſt, *exſorbeo, exhaurio.*

Verſ. 17 *ſqq.* λείπεται σκόρδα ξ. &c. DALECAMPIUS,

a quasi οὐ λείπει legisset, vertit: *non cessat cordax;* adiectâ Notâ: »Ridicula & rustica saltatio, qua turpiter lumbos »& spinam quatiebant. Quidam legunt ἕλκεται κόρδαξ, »ut apud Aristoph. in Nub. [*vs.* 540. ubi vide Schol.] »& Terentium, *Tu inter eas restim ductitans saltabis.* « — Dein Casaubonus: »Pergit qui Manem alloquitur, λεί»πεται κόρδαξ. ἀκολουθαίνει τοῖς μειρακίου. πάν»τες δ' ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω. Sunt qui emendent ἕλκε»ται κόρδαξ: quae & nobis placeret emendatio, nisi λεί»πεται mordicus defendant libri omnes: neque caussa est »cur mutemus. Nam, ut ἐναργέστερον exprimeret omnia »pridem parata, & dudum in morâ esse convivas ad quos »Manes mittebatur, cum iam epulis se accinxissent qui »domi erant, λείπεται κόρδαξ, inquit; quasi hoc dicat: »id *superesse unum, ut mensis remotis saltatio instituatur:* non »enim saltare incipiebant, nisi finitis epulis. Pro τὰ κάτω»θεν ἄνω, placeat magis, nec opinor sine caussâ, τὰ κά»τω ἔσαν ἄνω. Syllaba αν, quae fuerat geminanda, se»mel scripta, depravando loco fuit. Quam varie acci»piant Graeci suum illud ἄνω κάτω, alibi [nescio ubi] »multis docemus.« — Saltationis genus, quo de agitur, alibi quidem constanter κόρδαξ vocatur, quam vocem hic quoque ms. *Ep.* exhibet: σκόρδαξ vero nusquam nisi hoc loco, in quo vetus cod. *A.* cum editis consentit, reperire mihi contigit. Videndum tamen, ne quemadmodum aliis multis vocabulis a litera consonante incipientibus literam σ praeponebant Attici, sic & in hoc interdum fecerint. Multa sunt certe in Graeco sermone, quae hodie aut ἅπαξ λεγόμενα esse videantur, aut quae plane nusquam in vulgatis libris reperiantur, ab editoribus scilicet oblitterata aut prorsus eliminata; quorum satis frequentia fortasse exempla, si diligentius excuterentur veteres codices in Bibliothecarum scriniis latitantes, deprehensuri essemus. Videndumque etiam, ne Aristophaneum verbum σκορδινιᾶσθαι, & illud, quod apud Pollucem V. 93. legitur, σκορδοῦν, aliquam cum hoc ipso vocabulo σκόρδαξ adfinitatem habeat. Pro λείπεται κόρδαξ, doctissimus Iacobs, in *Notulis misstis*, ἄγεται κόρδαξ legebat: percommode id sane, si modo in vulgata scriptura, quam & tuentur ambo nostri codices, & recte (ut mihi videtur) defendit Casaubonus, quidquam desideraretur. *Versum* 18. omisit Breviator. Ibi quum τοῖς μειρακίου

legeretur in editis, τὸ μειράκιον Casaubonus (ut paulo ante vidimus) *ſponſum* intelligebat, cuius in nuptiis epulas hasce celebratas ille ſtatuit. At nuptiarum in totâ eclogâ nulla fit mentio: tum vero, ut concedam μείρακιον absque incommodo vocari *ſponſum* potuiſſe, mirum omnino videri debet quid ſit quod ſponſus prae caeteris nunc ἀκολασταίνειν dicatur, id eſt, *laſcive & putulanter agere.* Quare, quoniam μειράκιον (non μειρακίου) in vetere codice ſcribitur, multo convenientius exiſtimavi, ſi id in μειρακίων mutaremus. *Verſiculus* 19. in cod. *Ep.* ſic ſcribitur, quaſi e duobus membris conſtans: πάντες ἔνδον· τὰ κάτωθεν ἄνω. Quod paulo quidem commodius videri poterat: nec tamen ſatis placet. Commodiſſimum foret, πάντα δ' ἔνδον &c. ſi modo per metri leges liceret. Nunc elliptica fuerit locutio: πάντες δ' ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω, ſcil. στρέφουσιν. Sed videtur obſcoena quaedam ſubeſſe ſententia.

Verſ. 20 *ſqq.* »Scribe elegantiſſimum locum hoc modo: Μέμνησ' ἃ λέγω. πρόσεχ' οἷς φράζω. χάσκεις; οὗτος, βλέφον δεῦρ'· εἴ πως ταυτὰ φράζῃς. *Memento eorum quae dico: attende iis quae loquor. Oſcitas? Heus tu, huc aſpice: ut, ſi fieri poteſt, eadem illis dicas.* Scribebatur χάσκεις αὐτός: corrupta venuſtate huius loci. οὗτος, pro ὦ οὗτος, initio periodi frequens apud Atticos. Elegans [propria quidem illa ac pervulgata; at, cur *elegans?*] formula eſt, βλέφον δεῦρο: qua etiam vulgo utimur cum pueros noſtros ad ea quae dicimus iubemus attendere. Sic apud Sophoclem Deianira Licham compellat, Οὗτος, βλέφ' ὧδε. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς; & in Oedipo tyranno, Οὗτος σὺ πρέσβυ, δεῦρό μοι φώνει βλέπων ὅσ' ἂν σ' ἐρωτῶ. Plautus in Amphitruone: *Soſia, age: me huc aſpice.* In Capteiveis: *Quaeſo, hercle, agedum aſpice ad me.* In Moſtellaria: *Quaeſo, aedepol, huc me ſpecta, & reſponde mihi.* Paullo poſt, *Surge, ne nugare: aſpice dum contra me.* « CASAUBONUS. — Μέμνησ' ἃ λέγω recte dedit ms. *Ep.* In χάσκεις αὐτὸς conſentiunt libri: & defendi poteſt. Malim tamen utique, χάσκεις οὗτος; *Heus tu, ſtas ore hiante?* Quod ταυτὰ pro αὐτὰ ſcripſit Caſaubonus; placet id quoque: ſed tenere nos debuimus conſentientem utriusque codicis cum editis ſcripturam. Coniunctivo modo φράζῃς, quem voluerat idem vir doctus, non erat locus poſt εἴ πως: ſed optativo

opus erat, si in *praesente tempore* enunciatum verbum velles. Quare hactenus melius, φράζοις, scribitur in ed. Cas. 2. & 3. At nec φράζεις, nec φράζοις ferebat metrica lex. Rectissime φράσεις in *futuro*, penultimâ syllabâ brevi, dedere codices mssti ambo.

Vers. 23. »Sequitur, αὐτίκ' ἐρῶ σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἥκειν
b »ἥδη καὶ μὴ μέλλειν. τῷ τε μαγείρῳ μήτε λυμαίνεσθαι.
»Non male vocem αὐτίκα praecedentibus connectas, mu»tatâ interpunctione. Omnino autem μή τι scribendum,
»non μήτε. *Dic illis videant, ne quid sua mora coco noceant.*
»Perit enim multis cibis sua gratia, nisi opportune come»dantur. Lege descriptos ante hoc libro [pag. 379. b.]
»Alexidis super hoc versus, ex eius Milesiis. « Casaubonus. — Utique ferenda non fuit μήτε particula, cum ob sententiam, tum ob versum. Scriptura μή τι ad sententiam percommoda futura erat: sed metricae legi contraria, quia prima syllaba verbi λυμαίν. producta. Recte vero nude μὴ λυμαίνεσθαι habet ms. *Epit.* ubi verbum quidem in fine plene scriptum; sed in ms. *A.* ultima vocalis elisa, λυμαίνεσθ', quemadmodum in edd.

Vers. 29. κολοκύντη, ἔτνος. Sic ms. *A.* & *Ep.* ubi » ob vocalem initio sequentis vocis corripitur.

Vers. 32. »Inter alios pisces *Mnesimacho* hic nomina»tos, φυξίκινος quidam est, quem alibi non reperi»mus. Graecis φυζακινὸς idem ac *meticulosus*. An aliquem »piscem ita nominaverint piscatores, queis nota eorum »ingenia, nescio. « Casaubonus. — Nec nobis liquet. Dalecampii quidem *phyxinicum* prosodia non admittit. Adnotavit idem Dalecampius: »Quidam legunt *phoxinus*. « Et φόξινος fortasse, metri caussâ, hic stare potuerat, si penultimam syllabam longam statuas: sed est is vilis & nimis exiguus piscículus, quam cui conveniat epitheton ὄλος, nisi id ridiculi caussâ adiectum existimes.

Vers. 33 *sqq.* ξυννὶς, κωβιὸς, ἠλακατῖνος. »Lege
»ξύννος, κωβιὸς, ἠλακατῖνες, ut libro septimo. « Casaubonus. — Vide VII. 301. d. quem locum si excussseris, utique hîc quoque ἠλακατῖνες scriptum oportuisse adsentieris Animadversori. Pergit ille: »Et de istis,
»κυνὸς οὐραιον τῶν καρχαρίων, vide libro eodem, in Σαῦ»ρος. Inde emendabis & alia nonnulla piscium nomina,
»quae in hoc laterculo minus recte scribuntur. « — Locus, quem dicit, est lib. VII. pag. 322. e. ubi ex hac eclo-

ga tres verſus adponuntur, ex abrupto ab his verbis in- b
cipientes τῶν καρχαριῶν, quae quo nexu vel praecedentibus vel ſequentibus apta fuiſſent aegre hariolatus eſſes, niſi ex hoc loco diſceres. Nempe κυνὸς οὔραιον τῶν καρχαριῶν, eſt *pulpamentum e partibus caudae proximis canis piſcis, de eo genere qui carchariae nominantur.* Scribitur quidem hic vulgo καρχαρίων penacute, nec aliud ex ms. *A.* adnotatum: in *Epit.* vero deeſt iſte verſus cum omnibus qui decurrunt a trigeſimo primo usque ad quinquageſimum: quorum loco nil aliud niſi haec verba poſuit Breviator, Καὶ μυρία τοιαῦτ' εἰπὼν, ἐπάγει· Πᾶς δὲ κατ' οἴκους &c. Nos, ut pag. 322. fic & hic καρχαριῶν ſcripſimus, quemadmodum par erat, a ſing. ὁ καρχαρίας, τοῦ καρχαρίου: quo de piſce diſputatum eſt a Noſtro, VII. pag. 310. *a-e.* Caeterum vide notata ad pag. 322. *e.* & confer ſimillimum piſcium recenſum, ex *Ephippi* comici fabulâ *Cydone* adlatum eâdem pag. lit. d. & e.

Verſ. 39. σπάρος, αἰολίας, θράττα, χελιδών. Ge- c
minum huic verſum Ephippi habes loco modo citato, niſi quod θρίττα pro θράττα ſcribitur. Sed θράττα habes etiam VII. 329. d. ubi pariter verba quaedam ex hac Mneſimachi ecloga adferuntur: at ibi quidem praeeunte ms. *A.* θρᾶττα ſcripſimus cum accentu circumflexo & iota ſubſcripto; hîc vero, ubi θράττα (ſic) ſcribitur in editis, nulla diſcrepantia ex ms. *A.* adnotata eſt. Caeterum quod poſt σπάρος hic inſertum legebatur nomen, mendoſe σκάρις ſcriptum in editis, pro eo rectius quidem σκάρος ſcribitur in cod. *A.* Sed perperam illud huc irrepſiſſe, e varietate lectionis fortaſſe ortum, probabile faciebat metrica ratio, & prorſus evincebat parallelus locus, VII. 329. d. cum quo etiam conſentiebat ſimillimus Ephippi verſus 322. e. Quare, id hinc elicere non dubitavimus. Pro πολυπόδιον, quod hîc & in edd. & in ms. *A.* legebatur, paulo commodius πουλυπόδιον dederat idem codex *A.* in verſu parallelo pag. 322. e. Sed quod ibi in Animadv. diximus, πουλυποδάριον deſiderari metri cauſſâ, id hic tandem in contextu ponere auſi ſumus.

Verſ. 48 *ſq.* » Non damnem, καὶ μετὰ δεῖπνον θαυμα- »στὸν ὅσ' ἐστ' ἀγαθῶν πλήθη. Magis tamen ex uſu ſit, »θαυμαστά γ' ὅσ' ἐστ' ἀγαθῶν πλήθη. « CASAUBONUS.

Verſ. 51. εὖει. εὖει ms. *Ep.* Nil intereſt.

Verſ. 54 *ſqq.* Quod pro βίνεῖ, habet κινεῖ ms. *Ep.* d

d id ad ſententiam perinde eſt. Caeterum abundare videtur hoc verbum, inſertum ex interpretatione praecedentis verbi κεντεῖ. Quod praeceſſit λορδοῖ, reciproce vel neutraliter accipiendum, pro λορδοῖ ἑαυτὸν, *incurvat ſe, praebet ſe.* Vide Toup Emend. in Suid. ad voc. Λορδουμένη, Part. II. pag. 257. Pro ἄγαν αἱ, unâ voce ἀγαναὶ ſcribendum monuerat IACOBS in *Notis msstis.*

Verſ. 55. Ad editam olim ſcripturam μολπᾷ, κλαγγᾷ, monuerat CASAUBONUS: »Scribe μολπαὶ, κλαγγαί.« Quod ſpecioſum erat utique: at, in loco minime caeteroquin expedito, conſultius duximus preſſo pede ſequi codicum veterum ſcripturam; qui ſic, ut edidimus, μολπὰ, κλαγγὰ dedere: quae verba cum multis aliis huius eclogae ex Epitoma repetiit etiam Euſtathius, ad Od. ε'. pag. 208. l. 5. Verbum θράττει cum proxime ſequentibus, de quibus interpretandis deſperavi, praetermiſit Epimator. Dalecampius latine ſic reddiderat: *canit quisque, clangit, turbas ciet, curſitat, anhelat.*

Ad *reliquam Eclogae partem* haec eſt CASAUBONI animadverſio: »In proximis verbis non pauca corrupta. Nam »quid eſt hîc νεῖται? quid κούραν κασίας ἀπὸ γᾶς ἁγίας? »Interpres non male quod ad ſententiam, καίουσι κασίαν »ἀπὸ γᾶς Ἀσίας: [nempe *Caſiam urunt advectam ab Aſiatica* »*terra*: Dalec.] aut ſcribe, ἀπὸ γᾶς ἀπίας. Homerus, »τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. [Equidem *Caſiotidem* Syriae regionem intelligebam: duarum autem vocum, ἁγίαν & ἀλίαν, alteram ex diverſitate lectionis ortam ſuſpicatus eram.] »Deinde ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ λιβάνου μακροῦ. »Scribo, μακράν: *procul nares ferit odor thuris.* Heſychio »auctore μάρον herbae cuiusdam nomen eſt: id ſi huic »loco velis accommodare, quod fecit interpres, per me »licet: minus tamen probo. Proxima his non uno modo »poſſis ex libro ultimo concinnare: ſed, quod admodum »placeat, nihil dum excogitavi. Quare utemur compe»rendinatione. Atque haec ad *MNESIMACHI* ῥῆσιν.« — Epitomae auctor, poſteriorem eclogae partem his verbis abſolvit: ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ λιβάνου σμύρνης καλάμου στύρακος λίνδου κίνδου μίνδου. τοιάδε δόμους ὁμίχλη κατέχει πάντων ἀγαθῶν ἀναμεστος. Tum ſubiicit haec: Ταῦτα δὲ πάντα ἡδίστην ἀκοὴν παρέχει τοῖς ὠσὶ μᾶλλον, ἢ τῇ φάρυγγι: quae ducta ſunt ex pag. 402. d. Superiora iſta cum pluribus praecedentibus ex Athenaei Epitoma re-

petens Eustathius loco modo citato, haec de suo adie- d cit, ad interpretationem huius loci facientia: Ἐν οἷς τὸ μὲν λορδοῦν, σχηματισμὸν δηλοῖ σώματος οὐ σεμνόν. λίνδος δὲ, ἀνθηρόν τι εὐῶδες, ὁμώνυμον Λίνδῳ τῇ Ῥοδίᾳ πόλει. μίνθος δὲ, οὐ πάντως κόπρος ἢ παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ παρ' ὑπόνοιαν· ἀλλ' ἡ λεγομένη διαλελυμένως μὲν καλὰ μίνθη, συνεστῶς δὲ καλαμίνθη. περὶ δὲ κίνδου ζητητέον. Ὁμοιοκαταληξία δὲ παιγνιώδης, καὶ τὸ, τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς ξηρὸς, τυρὸς κοπτὸς, τυρὸς ξυστὸς, τυρὸς τμητός. ἔτι δὲ καὶ τὸ, αἶξ οὐρανία, κριὸς τομίας, κάπρος ἐκτομίας, ὃς οὐ τομίας.

Vers. 61 *sq.* Τοιάδε δόμους ὁμίχλη κατέχει πάντων ἀγαθῶν ἀνάμεστος. Dalecampius: *Ea nimirum caligo nostras aedes obsidet, bonis omnibus plenas.* Mire, quod ὁμίχλην hic *caliginem* reddiderit; cum *suffimentorum nebulam* dicat poëta: sed illud specioſe, *plenas;* nempe *aedes*, quasi ἀναμέστους legeretur: specioſe, inquam; non, vere. Quidni enim ἀνάμεστος, quod libri tuentur omnes, ad ὁμίχλη referatur? nempe *nebula* illa in se *complectitur bona omnis generis.* Ac nescio an simul adludatur ad usum vocabuli simillimae significationis νέφος, *nubes*, quod de *ingenti multitudine & copia* dici solet: de quo vide quae collegerunt Philologi ad Epist. ad Hebraeos XII. 1.

AD CAP. LXVIII.

ἡ Ῥοδουντία καλουμένη λοπάς. Rectius fortasse minusculâ literâ initiali scripsissemus ῥοδουντία, ne de urbe, a qua nomen illud derivaretur, cogitaret lector. Infra, pag. 406. a. ῥοδωνία vocatur eadem patina, ubi discimus a *rosis* nomen eam inveniſſe.

μάγειρος, ὃς ἐν τῷ Ἐγκαλυπτομένῳ τοιάδε ὠγκώσα- e το. Manifestum erat intercidiſſe ὃς pronomen: nec minus in oculos incurrebat erroris origo. Verbum ὠγκώσατο recte dedit ms. *Ep.* Titulum fabulae, quem *in Abdito* latine reddiderat Dalecampius, intelligendum esse *in Caput-obvoluto*, id est, *Pudore suffuso*, monuit Toup, in Append. Notar. in Theocr. pag. 7. Totam Eclogam suis conjecturis emendatam adposuit idem Toup, in Curis Noviss. in Suid. p. m. 278 sqq. (p. 124. ed. Lond.)

Ad *Anthippi vers.* 1. notavit Casaubonus: »Σόφων »parum Graecis usitatum viri nomen est. Σόλων fortean

» verius. Tamen & verſ. 19. Σόφων.« — His dein in *Addendis* adiecit: »Et recte. Sic libro XIV. [pag. 622. d.] »coqui cuiusdam meminit Athenaeus, qui *Sophon* nomi»nabatur.« — Et conſentiunt ſane veteres libri.

f *Verſ.* 6. »Scribe, καὶ τὴν θυείαν ἠφάνισαν ἐκ τοῦ μέ»σου. Inter praecipua culinae inſtrumenta eſt *mortarium*, »ad intrita & condimenta. Sed *Labdacus* novis inventis »ſuis effeciſſe dicitur ne eo opus eſſet amplius. Deinde »poëta ſe ipſe explicat.« CASAUBONUS. — Vide an huc faciat quod eſt apud Heſychium: Θύα, ἀρτύματα· Κύπριοι. ἔνιοι, τὰ ἀρώματα. Sane, per tropum quemdam orationis, ἡ θυεία hîc ponitur pro τὰ ἀρτύματα & τὰ ἀρώματα. Aliâ notione θυίαν pro θυείαν habes etiam XV. 666. d.

Verſ. 8 *ſq.* »Hos verſus ſic libri nobis exhibent,

»— οἷς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν
»ἐχρᾶτο, πάντα φίλων † τὸ εἶναί θ' ὑπέλαβον.

»Si advertimus animum, non eſt obſcura loci huius ſen»tentia, utut inquinatae hominum infrunitorum manus »omnia corruperint. Hoc autem ait generoſus iſte ora»tor: *Cocos illos*, de quibus initio dixit, *omne priorum ar»tificium ſuperaſſe & vanitudinis atque ineptiarum arguiſſe; »quaſi illi nugas egiſſent, non coquos peritos ſuae artis.* Scri»bo igitur, ſervatis veſtigiis corruptae lectionis:

»— οἷς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν
»ἐχρᾶτο, πάντα φλεδόνας εἶναί θ' ὑπέλαβον.

»φλεδόνες, *nugae*, λῆρος. Timon, in Sillis: [apud Dio»genem Laërt. II. 107.] Ἀλλ' οὐδὲν [Ἀλλ' οὔ μοι] τού»των φλεδόνων μέλει. Potes & φλήναφον aut φλυαρίαν »ſcribere.« CASAUBONUS. — In ἐχρᾶτο deſit Epitomator, reliquam verſus partem cum verſu ſequenti omittens. Mendoſam editorum ſcripturam *vs.* 9. tenet ms. *A*. Quem verſum TOUPIUS, vocabulo πάντα ad ſuperiora tracto, in hunc modum conſtituit:

ἐχρᾶτο, πάντ', ἠλίθιον εἶναί θ' ὑπέλαβον.

Nobis (quod quidem ad praecipuam emendationis partem ſpectat) multo felicior *Caſauboni* coniectura viſa eſt. Sonat autem ὁ φλέδων (non φλεδὼν, ut ſcribit Caſaub.) non tam *nugas*, quam *nugatorem*: quod cum ex analogiâ aliorum nominum in ων deſinentium, (v. c. γνώμων, εἴρων, & ſimil.) tum ex illo Timonis verbo perſpicuum eſt, quod retulit Laërtius in Antiſthene, VI. 18. ubi ait: Ὁ Τίμων, διὰ τὸ πλῆθος (τῶν βιβλίων) ἐπιτιμῶν αὐτῷ, παν-

τοφυῆ φλέδονα φησὶν αὐτόν: id est, *feraciſſimum nugatorem eum nominat.* Quem locum ubi citat Suidas, (in Φλέδων) φλέδωνα quidem per ω longum ſcribitur in ed. Porti & Küſteri; ſed φλέδονα habent Suidae editiones veteres, quemadmodum apud Diog. Laërt. vulgo editur: & recte id quidem, ſicut & mox apud eumdem Suid. & apud Heſych. φλεδονεία per ο breve effertur: quam eſſe veram ſcripturam dubitare nos non ſinit eiusdem Timonis Sillographi verſus apud eumdem Laërtium, II. 107. Quare non, ut Caſaubonus, φλεδόνας in plurali, ſed φλέδονα ſcripſimus; quod & cum τὸν - - χρώμενον verſ. ſeq. perapte convenit. Iam πάντα poſſis perinde vel ad ipſum id quod ſequitur, τὸν - - χρώμενον, referre, vel ad ſuperiora. Sed coniunctio τε omnino poſt φλέδονα ponenda videbatur, cuius veſtigium etiam in vocula τὸ, cui non fuerat hic locus, ſupererat. Ante ὑπέλαβον vero abiici particula δ' debuit. Minus feliciter eumdem verſum olim curaverat *Guil.* CANTERUS, Novar. Lect. lib. IV. cap. 5. Villebrunius in cod. Par. *B.* non φίλων ſcribi ait, ſed φ-λον. (ſic.) Unde ſic corrigit, πάντα φαῦλόν τ' εἶναι ὑπέλαβον: ne id quidem abſurde, niſi quod metrum deſiderabat ſaltem φαῦλον εἶναί θ' ὑπελ. quod ad codicum ſcripturam propius etiam accedit.

Verſus 10. in hunc modum editus erat: a

τὸν τοῖσι παντοπώλαις χρώμενον.

Ubi παντοπώλαις tenens TOUPIUS, intelligebat, *illos eſſe ſtultos qui huiusmodi ſeplaſiariis aut ſcrutariis uterentur.* Sed opportune παντοπώλην in accuſ. ſing. dedit noſter cod. *A.* Pro τοῖσι, idem codex τοῖς habet: at, neutrum ſatis eſſe ad complendam verſus menſuram, perſpicuum erat; quare τὸν τοῖσι τούτοις cum TOUPIO correximus.

Verſu 11. inſignem utique veri ſpeciem habet eiusdem TOUPII emendatio,

αὐτοὶ δ' ἐλεόν τε καὶ λοπάδα καινήν. —

Quam ſi quis in contextu noſtro deſideraverit, haud procul in ſubiectâ Notâ a nobis commendatam videbit. Vulgatam ſcripturam, ἔλαιον, in hanc ſententiam accepit Gallicus interpres: *Or, papa, ils ne vouloient que de l'huile, une marmite neuve, un feu vif*, &c.

Verſ. 12. πῦρ τ' ὀξὺ καὶ μὴ πολλάκις φυσώμενον. Dalecampius: *ignis celeriter ac identidem excitatus.* Quaſi eſſet καὶ μὴν πολλ. φυσωμ.

Verſ. 15. ἀπὸ recte exhibuit codex mstus uterque. *Verſ.* 16. ἀνεκάθηραν dedit ms. *Ep.* Ex ms. *A.* nil enotatum. Quosnam vero convivantium πόρους ab iſtis *purgatos* dicat coquus, haud ſatis liquet. »Oculos, nares, »fauces« DALECAMPIUS intelligebat. VILLEBRUNIUS, *canales ſecretorios.* Ego de *viis inter menſas* cogitaveram, quae ut non amplius vomitu conſpurcarentur eſſet illorum arte effectum. Sed lubens meliora docebor.

b *Verſ.* 18. Placet TOUPII ratio, verborum ſeriem in iſto verſu ſic mutantis:

Β. Μάλ' εἰκότως· παρὰ τὴν φύσιν γὰρ τὸ ποτὸν ἦν.

Id eſt: B. *Merito hoc ei accidit: nam contra naturam illa potio erat.*

Verſ. 21. Cum φιλόσοφα legeretur in editis, ad συγγράμματα referebatur illud adiectivum: & ſententia utcumque probabilis exiſtebat. Sed haud paulo aptius, atque adeo veriſſimum erat, quod uterque codex mstus dedit, καὐτὸς φιλοσοφῶ. TOUPIUS vero quid ſpectarit non exputo, cum vulgatum φιλόσοφα tenens, καὐτὸς praeter rem in Καὐτὸν mutavit, & ex σπεύδων (verſ. ſq.) σπεύδοντ' fecit.

Verſ. 23. ἐμὲ κατακόψεις, οὐχ ὃ ξύειν μέλλομεν. »*Enecabis me nimirum, non hoſtiam qua facere volumus.* Ex»poſuimus iam capite ſexto. [ad pag. 378. b. Conf. pag. »386. b.] Apage doctorum emendationem, [nempe Da»lecampii,] οὐχὶ ξύειν μέλλομεν;« CASAUBONUS.

Verſ. 25. Recte ab eodem CASAUBONO monitum erat: »Scribe, ζητοῦντα τὰ κατὰ τὴν τέχνην. *Ea veſtigantem* »*quae ad artem pertinent.*« Omiſſus is verſus in *Epit.* cum duobus praecedentibus & uno ſequente.

c *Verſ.* 26. οὐδὲν χονδρεύου σοι διαφέρω τ' Ἀσπενδίου. »Mendum palam faciunt metri lex & ſententia; quae nul»la eſt: nam de interpretatione viri docti [*ut alicam ex* »*Aſpendo vobis apponam:* Dalecamp.] quid aliud dicas, »niſi quod olim de Menecle? Emendemus igitur quod »corruptum eſt, ut ſententia ſit aliqua, & ſtet verſus. »Lego:

»οὐδὲν χοροῦ σοι διαφέρω τ' Ἀσπενδίου.

»Per *chorum Aſpendium* intelligo *citharoedum*, de quo ex»tat proverbium, Ἀσπένδιος κιθαριστής. Ac fortaſſe ſcri»bendum,

»οὐδὲν κιθαριστοῦ διαφέρω τ' Ἀσπενδίου.

» Eo proverbio utebantur, quoties de eo loquerentur, qui c
» ſua ſibi commoda, non aliorum ſectaretur: cuiusmodi
» ſunt avari & quaeſtus cupidi. Ὁ γὰρ φιλοχρήματος, ait
» Zenobius, exponens hoc Proverbium, [Centur. II. num.
» 30.] οὐδὲν τῶν πέλας ἕνεκα οἰκονομεῖ· ἕλκει δ' ἐφ' ἑαυτὸν
» πάντα. Haec ille. Sed non minus venuſte de alio uſur-
» paveris, qui ſibi, non aliis, laborem ſuum vult eſſe
» utilem. Sic igitur & cocus hic *ſimilem ſe eſſe* ait *Aſpendio*
» *citharoedo*; vel ad cocorum rapaciſſimas manus alludens,
» quae ſexcentis iocis materiam praebuere apud Plautum
» & Graecos comicos; vel potius hoc ſignificans, ſe li-
» benter veſci eo quod paraverit, ſi fiat modo copia. At-
» que hanc interpretationem proximus verſus (*Verſ.* 27.)
» confirmat,

» Γεύσω δ', ἐὰν βούλησθε, τῶν εὑρημένων.

» *Meis inventis fruar lubens, ſi per vos liceat.* « CASAUBONUS. — TOUPIUS, ad idem proverbium provocans, quod erudite (*de eo qui ſibi ſoli canat*) explicatum a Caſaubono ait, οὐδὲν χορευτοῦ διαφέρω corrigebat. At haeſitantem in explicando Caſaubonum vidimus: &, quod ille poſtremo firmandae ſuae interpretationis cauſſa adtulerat, cum ad iſtud γεύσω - - τῶν εὑρημένων, (*verſ.* 27.) provocaret, perperam ab eo expoſitum eſſe verbum γεύσω ipſe Toupius obſervavit; recte monens, γεύσω non ſignificare *guſtabo*, ſed *guſtum* ſeu *ſpecimen dabo*: coll. Euripid. Cyclop. 149. & Valckenar. ad Herodot. VII. 46. p. 532. quod & ipſe Caſaubonus pulchre intellexerat ad Athen. I. 28. f. Animadv. T. I. pag. 216. Et omnino non ſatis adhuc in liquido poſita videtur emendatio huius loci ab illo proverbio petita. Nam quo pacto, quaeſo, coquus artem ſolertiamque ſuam commendaturus & adprobaturus ei, cui operam ſuam locare cupit, rapacitatem ſuam laudaverit? aut quid promoturum ſe putaverit, ſi ei dixiſſet, ipſum ſe libenter veſci eduliis a ſe paratis? Quare, donec magis in liquidum deducatur quid ſit quod hoc loco ſcripſerit poëta, conſultius duxi, vulgatam ſcripturam quamlibet vitioſam, in qua fortaſſe longe aliud quid lateat, tenere; ſimul vero monere eruditum lectorem, non χονδρεύου σοι, ſed χονδρεύουσι ſcribi in membranis. οὐθὲν vero, quod cum editis tenent eaedem membranae, nulla prorſus cauſſa fuerat cur in οὐδὲν mutatum voluerint viri docti. Caeterum, ut ad proverbium

c de *Aſpendio citharoedo* redeam, quod iam ſupra etiam (ad IV. 174. d. Animadv. Vol. II. pag. 633.) attigimus: ſi legeris quae de illo citharoedo Aſconius Paedianus ad M. Tullii Verrinas ſcripſit, cuius verba Erasmus etiam in Adagiis pag. 602. adpoſuit; intelliges *ſolertem admodum* fuiſſe illum artificem, ita quidem ut *absque magnâ molitione ea praeſtiterit quae alii magno labore vix efficere poſſint.* Et hactenus quidem, facile concedam equidem, haud ita abſurde coquum noſtrum, de ſuâ ſolertiâ gloriantem, cum *Aſpendio Citharoedo* ſeſe conferre potuiſſe. Sed poteſt in controverſo vocabulo etiam proprium nomen alicuius coqui, arte ſua olim nobilitati, latere.

Verſ. 28. Ad editum ἀεὶ nihil hîc ex ms. *A.* adnotatum: & poterat id teneri, productâ vocali ancipiti, tenetque etiam ms. *Epit.* Sed cum aliâs fere conſtanter Atticam formam αἰεὶ praeferant membranae, hîc quoque eâdem placuit uti. *Verſ.* 29. Recte ignorat codex mstus uterque articulum τὰ, qui temere in editis adiectus erat. In utroque vero cod. τεταγμένα plene ſcribitur. *Verſ.* 32. Delendum τὴν articulum clamabat metri ratio: & abiecerat etiam Toupius. *Verſ.* 34. τῶν πετραίων ἰχθύων τῶν ποικίλων, ſunt genitivi partitivi: ſubintellecto pronomine τινάς. Conferri cum hoc loco Toupius iuſſit Machonis verba, VI. 244. b. ſed ibi ὄψον πετραῖον ποικίλον, absque articulo, videtur poëta dixiſſe *piſces ſaxatiles varii generis:* at hîc οἱ ποικίλοι videntur eſſe *variegati.* ἐμβαμματίοις unà voce ſcriptum oportuiſſe perſpecte idem abſolutiſſimus Criticus viderat: id ipſum vero dedere codices mssti ambo.

d *Verſ.* 37. »πρὸς τὸ φιλεῖν δὲ τὴν διάνοιαν ἔστ' ἔχων. »Scribe πρὸς τῷ φιλεῖν. Sic loquuntur Graeci. Ariſtote»les VIII. Politic. Ὅταν δὲ ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἄλλοις μα»θήμασι γένωνται. Sic libro ſequente, οἱ πρὸς ταῖς ὑπη»ρεσίαις ταύταις: *qui in eo miniſterio occupantur.*« Casaubonus. — Atqui id ipſum πρὸς τῷ φιλεῖν cum mſstis iam recte dederat ed. Ven. Eamdem dicendi formulam notavimus lib. II. pag. 59. d. *Verſ.* 39. ἀδιαφάγον recte dedere mssti, quemadmodum & in fine huius libri, & initio decimi.

Verſ. 41. Sic ſcribendum eſſe, ἢν δ' ὅδ' ὕστερος, monuit Casaubonus. — Sic vero etiam ſcribitur in utroque vetere codice. Quod adiicit, ἀρτύω φακῆν: *ſi ſparus*

deſit, lenticulam apparo: id »longe feſtiviſſimum« viſum erat TOUPIO, conferenti cum illo Menandri, quod legitur apud Noſtrum, IX. 385. e.

Verſ. 42. Καὶ τὸ περίδειπνον τοῦ βίου λαμπρὸν ποιῶ. Cum Dalecampio equidem hoc ſimpliciter, ſicut verba ſonant, de *epulo funebri*, quod *ſilicernium* latine dicitur, accepi. Aliter TOUPIUS: dictionem iſtam »omnes fefellisse interpretes« contendens. »Feſtive (inquit) Comicus »*ſenum convivia* περίδειπνα τοῦ βίου vocat. Sed hoc Attice ſalivae eſt, & quod noſtri homines non ſapiunt.«

Verſ. 44. νωθρότατα. *Superlativum*, pro comparativo, tenent cum editis mssti ambo. Quod non adeo ab uſu Graecorum, poëtarum praeſertim, alienum nobis viſum erat, ut opus fuiſſet νωθρότερα cum TOUPIO corrigere. *Verſ.* 45. σίναπι τούτοις παρατίθημι. Sic transponenda eſſe verba, bene monuerat CASAUBONUS, cui ſuffragatus eſt Toup. Vulgatam tamen verborum ſeriem tenent mssti. *Verſ.* 47. ἵνα διαγείρω ſcripſit Breviator, & in his verbis finem fecit Eclogae. In εἰ ζητεῖ (*verſ.* 48.) nil mutat ms. *A.* quod tamen non ferendum iudicavi, ſed cum TOUPIO in οὗ ζητεῖ φαγεῖν mutandum.

AD CAP. LXIX.

Καὶ ὁ παρὰ Διονυσίῳ δὲ ἐν Θεσμοφόρῳ μάγειρος. »Anthippi μαγειρικὴν ῥῆσιν excipit alia poëtae neſcio cuius. »Nam ait καὶ ὁ παρὰ Διονύσῳ δ' ἐν Θεσμοφόρῳ μάγειρος »ἀνδρες δαιταλεῖς τί φησι; Quis autem hic *Dionyſius* dra»maticus poëta? Lego Διονυσίῳ, & hanc quoque fabulam »Dionyſio tyranno tribuo. Certum eſt, aliquot comoedias »ab hoc editas. *Adonidem* illius paullo ante laudavit auctor; »nunc Θεσμοφόρον: quam vocem utro genere accipiamus, »virili- ne an foemineo, & qua notione, incertum.« CASAUBONUS. — Perſpicue παρὰ Διονυσίῳ ſcribitur in noſtro ms. *Epit.* neſcio an & in ms. *A.* Cur vero *Dionyſio regi* potius tribuamus hanc fabulam, quam *Sinopenſi* comico *Dionyſio*, cuius aliae paſſim fabulae laudantur a Noſtro, nulla ſatis valida cauſſa ſubeſſe videtur. Verba τί φησί; in ed. Caſ. poſt parentheſin ponuntur cum *interrogationis ſigno*. Nobis haec cum proxime praecedentibus viſa erant cohaerere: ut, τούτου μνησθῆναι τί φησὶ, idem va-

e leret ac μνησθῆναι τούτου καὶ μνησθῆναι τί φησί: id est, τούτων ἃ φησί.

Novem priores *versus* Eclogae *Dionysii* in hunc modum editi legebantur:

Σφόδρα μοι καὶ χάρις ἀεὶ μία νὴ τοὺς θεοὺς
ταυτὶ προεῖπας τὸν μάγειρον εἰδέναι.
Πολὺ δεῖ γὰρ ἀεὶ πρότερον οἷς μέλλει ποιεῖν
τὸ δεῖπνον, ἐγχειρεῖν ποιεῖν.
Ἐὰν μὲν γὰρ ἔν τις οὗτ' ἐπιβλέψῃ μόνον
τοῦψον ποιῆσαι κατὰ τρόπον πῶς δεῖ, τίνα
τρόπον παραθεῖναι δ' ἔ π ο τ', ἢ πῶς σκευάσαι,
μὴ προϊδῃ τε τοῦτο, μὴ δὲ φροντίσῃ,
οὐκ ἔστι μάγειρος, ὀψοποιὸς δ' ἔστ' ἴσως.

Ad quae Casaubonus haec adnotavit: »Totum huius »eclogae principium corruptum est. Apponemus aliquot »versus ita ut legendi videntur nobis:

»— Σφόδρα
»μικράν γε χάριν ἀεὶ μίαν, νὴ τοὺς θεοὺς
»ταυτὶ προεῖπας τὸν μάγειρον εἰδέναι.
»Πολὺ δεῖ γὰρ α ἰ ε ὶ πρότερον οἷς μέλλει ποιεῖν
»τὸ δεῖπνον, ἐγχειρεῖν, π ο ι ε ῖ ν π ό λ λ' εἰδέναι.
»Ἂ ν μὲν γὰρ ἔν τις τ ο ῦ τ' ἐπιβλέψῃ μόνον,
»τοῦψον ποιῆσαι κατὰ τρόπον πῶς δεῖ· τίνα
»τρόπον δὲ παραθεῖναι, π ό τ', ἢ πῶς σκευάσαι,
»ἂ ν μὴ προϊδῃ τε τοῦτο, μηδὲ φροντίσῃ,
»οὐκ ἔστι μάγειρος, ὀψοποιὸς δ' ἔστ' ἴσως.

» Qui ante locutus erat, coquum aliquem laudaverat, eo »unico nomine, quod cibos optime condiret. At ille cuius »haec sunt, negat coqui eam esse laudem, sed vilis ὀψο- »ποιοῦ. Artem enim coqui maius aliquid esse, & ex plu- »ribus observationibus collectum. Sic alii poëtae in reci- »tatis alibi testimoniis discrimen statuunt inter μάγειρον »& ὀψοποιὸν sive διάκονον, ut Nicomachus libro septimo.« — Vide VII. 290. f. & 291. a.

Primum versum Dalecampius latine sic reddiderat: *Ea semper fuit insignis mea festivitas.* Eumdem versum Adamus apud *Villebrunium*, in eamdem cum Casaubono sententiam, hoc modo constituendum censuit:

Σφόδρα μοι κ' ἀχρεῖα καὶ ἀνέμια, νὴ τοὺς θεούς.

Quae ita sive ipse Adamus sive Villebrunius in Gallica versione reddidit: *Par les Dieux, le savoir de ce cuisinier, tel que vous venez de me le raconter, est une chose bien*

vaine & bien futile! Cui ego emendationi, & ingenioſae admodum, & ſpecioſae, meritam tribuens laudem, tamen minori molitione utendum hîc Editori exiſtimavi. Itaque nil niſi *accentum* primae vocis mutans, Σφοδρὰ ad ταυτὶ (*verſ.* 2.) referre tentavi. Qua quidem ratione rectiſſime nunc curatum eſſe hunc locum, minime equidem affirmaverim: quin potius illo etiam incommodo premi intelligo ſenarium, quem intactum nos reliquimus, quod *dactylum* pedem habeat in ſecunda ſede. Ac fortaſſe in longe etiam diverſam ſententiam refingendus accipiendusque verſus fuerat; quae ſententia ex his, quae infra verſ. 35 - 37. attinguntur, erui debuerit. Ibi vide quae notamus. Pro ἀεὶ cum hoc loco, tum rurſus *verſu tertio*, αἰεὶ dedit vetus cod. *A*. De tota Ecloga nonniſi pauci verſus adponuntur in *Epit.* nempe *verſ.* 15. usque 20. tum rurſus *verſ.* 31 - 34. In *quarto verſu*, quem mutilatum exhibebant editi, nobis non opus fuit ad coniecturas confugere: nam tria verba ἢ τὸ δεῖπνον, quae e medio verſu exciderant, optimae noſtrae membr. *A*. nobis obtulere. *Verſu* 5. nihil membr. adnotatum: ſed nec ἐὰν initio verſus ferri potuit, nec iſtud οὔτ' ἐπιβλέψῃ in medio. Ibi igitur, CASAUBONUM ſecutus, ἂν μὲν γὰρ ἕν τις τοῦτ' ἐπιβλ. ſcripſi. αὐτ' ἐπιβλ. maluerat ſive Adamus ſive Villebrunius. *Verſu* 7. cum eodem Caſaubono verba ſic transpoſuimus, ut deſiderabat metrica ratio, τρόπον δὲ παραθ. non τρόπον παραθεῖναι δέ: item πότ' cum accentu ſcripſimus, ut eſſet particula per ſe ſtans, non enclitica. Pro μὴ προΐδῃ τε, quod *verſ.* 8. vulgo legebatur, ſimplicius commodiusque nobis viſum erat, μήτε προΐδῃ γε cum ADAMO corrigere, quam ἂν μὴ προΐδῃ cum Caſaubono. *Verſ.* 10. Bene Atticum erat οὐ ταὐτὸν, quod vetus codex habet; ſed ei nunc ob metrum non erat locus: quare recte ταὐτὸ editum.

Verſ. 11. Cum ſic vulgo (conſentiente cum editis codice msto) legeretur: Στρατηγὸς πᾶς καλεῖθ' &c. haec monuit CASAUBONUS: »Quod dixerat de differentia inter »μάγειρον & ὀψοποιὸν, pulcro ſimili ſequentibus quatuor »verſibus illuſtrat, quibus hoc ait: *Vulgo quidem ductorem quemcumque exercitus* στρατηγὸν *dici: caeterum, ſi rei* »*veritas ſpectetur, aliud eſſe* στρατηγὸν, *aliud* ἡγεμόνα: *hac* »*enim appellatione ducatus militum functionem ſolummodo deſignari; illa, univerſam totius artis imperato-*

riae notitiam. Scribe ſic hunc verſum: Καὶ γὰρ στρα-
»τηγὸς πᾶς καλεῖθ' ὃς ἂν &c.« — Uno pede mutilatum ab initio fuiſſe verſum adparebat. Haud multum vero intereſt, Καὶ γὰρ ſuppleas cum Caſaubono, an Οὐ γὰρ, quod IACOBSIO placuit in *Notulis msstis*, conferre iubenti Horat. Sat. II. 8, 73. Sed certior nobis viſa erat Caſauboni ratio, eo ſenſu qui ab ipſo expoſitus eſt.

Verſ. 16. ἡδύσματ' ἔψησαι. Plene ſcribitur in utroque msto, ἡδύσματα ἔψ. *Verſ.* 18. ὁ δὲ μάγειρος ἄλλο τι. Poſſis ex initio eiusdem verſus ſubintelligere ἐστίν. Poſſis vero etiam e verſu ſuperiore verbum δύναται ſupplere; quod alioqui ad ſequentem infinitivum συνιδεῖν ſubintelligendum videtur: ſed hoc quidem incertum, quia dubia in ſequentibus ſcriptura. In ms. *Ep.* plane absque distinctione ſcribitur, ὁ δὲ μάγειρος ἄλλο τι συνιδεῖν &c.

b *Verſ.* 21 *ſqq.* »Mox ait:

»Πάντα μὲν λήψει σχεδὸν, ἀεὶ γὰρ οὐκ ἀεὶ δὲ τὴν
»τούτων ἀρχὴν ἔχει θ' ὁμοίαν, οὐδ' ἴσην τὴν ἡδονήν.

»Sententia horum verborum eſt: *poſſe quidem omnia omni-*
»*bus anni tempeſtatibus reperiri: at non omnia ſemper aeque*
»*emi commode; cum alia aliis anni tempeſtatibus ſapiant ma-*
»*gis, & ſint palato gratiora.* Prior horum verſuum eſt hy-
»permeter. Sed legendum:

»— ἅπαντα μὲν
»λήψει σχεδόν γ' ἀεὶ γάρ. οὐκ ἀεὶ δὲ τὴν
»ἀκμὴν ἔχει θ' ὁμοίαν, οὐδ' ἴσην τὴν ἡδονήν.

»More ſuo Athenaeus quaedam non deſcripſit, quibus »loquentem cocum erat aliquis interfatus: qua de re le-»ctorem monebamus libro ſecundo, cap. XV.« Haec CASAUBONUS: qui, quod hîc provocat ad ea quae in Animadverſ. ad librum ſecundum ab ipſo monita ſunt, ibi ad lacunam quae eſt in Diphili comici teſtimonio, II. 55. d. haec notaverat: »Solet Athenaeus, quando plus-»culos ex aliquo poëta verſus deſcribit, multa ſaepe omit-»tere, quae ad ſententiae ſummam nullum momentum »habeant. - - In ſecundo Diphili verſu praetermiſſus eſt »alicuius ſermo, qui loquentem erat interfatus.« — Quam obſervationem, ibi in Animadverſionibus noſtris (neſcio quo pacto) omiſſam, hic adſcribere volui. At ibi animadverſio iſta ad *Epitomae auctorem* pertinebat, non ad *Athenaeum;* nam, quid ipſe auctor in illa operis parte ſcripſerit, quae iniuriâ temporum periit, definire non datum eſt

nobis. Sed ne hîc quidem, ſit-ne auctoris conſilio, an li- b
brariorum culpâ nonnihil praetermiſſum; conſtituere poſ-
ſumus. Illud ſatis certum nobis videbatur, & intercidiſſe
aliquid, &, quae ſuperſunt verba, ea tali quodam modo,
quo vel a CASAUBONO factum vel a nobis tentatum eſt,
fuiſſe digerenda. Illud autem inprimis perſpecte ab Anim-
adverſore curatum, quod ἀρχὴν, cui voci non erat ſa-
ne hic locus, in ἀκμὴν mutavit; niſi ἀρετὴν malue-
ris, quod doctiſſimo IACOBS video placuiſſe.

Verſ. 24. Nullâ poſt ἥδονὴν diſtinctione olim interpoſi-
tâ, cohaerere iſta videbantur, τὴν ἡδονὴν Ἀρχέστρατος γέ-
γραφεν. Quare monuit CASAUBONUS: »Ab iſtis (οὐδ'
»ἴσην τὴν ἡδονήν.) ſeparari ſequentia debent, quorum haec
»eſt ſententia: *credi vulgo, artis μαγειρικῆς doctorem ma-*
»*gnum eſſe Archeſtratum; cum e contrario multa ille ignorave-*
»*rit, & omnino nihil in eo argumento laude dignum praeſtite-*
»*rit.* Porro, *errare eos graviter, qui putent ex ſcriptis aut di-*
»*ctatis magiſtrorum τῆς μαγειρικῆς artem addiſci & perfecte*
»*cognoſci poſſe: nam illius hanc eſſe naturam, ut ſcriptis eam*
»*complecti queat nemo: dominari enim in hac re τὸν καιρὸν;*
»*cuius nulla poſſunt certa praecepta dari.*« — *Verſ.* 26. Dis-
tinctis vocibus οὐδὲ ἓν ſcriptum in ms. *A.* & *Ep.* ubi
οὐδεὲν edd.

Verſ. 28 *ſqq.* »In illo verſu, c
»Τῶν βιαίων ἐσθ' ἕνεκα τὰ γεγραμμένα,
»& tribus ſequentibus, haeremus.« CASAUBONUS. —
Sane illi verſui nec metrica nec grammatica ratio, nec
ſententia ſatis conſtabat. Parum utique probabiliter DA-
LECAMPIUS interpretatus erat: *Quae ad iuvandam hominum*
vitam ab illo prodita ſunt. Nempe τῶν βιαίων ille, contra
Graeci ſermonis uſum, pro τῶν βιωτικῶν accepit. Similiter
vero etiam VILLEBRUNIUS cum ADAMO, Graeca ſic le-
genda ſtatuit,

ἃ τῶν βιαίων ἐσθ' ἕνεκα γεγραμμένα,

& in eamdem fere ſententiam vertit: *N'allez pas non plus*
apprendre tout ce qu'on a écrit pour les cas les plus preſſés ſeu-
lement; ou, pour le ſimple néceſſaire. Quorum in ratione
illud quidem rectiſſime factum iudicavi, quod initio ver-
ſus ἃ pronomen adiectum, articulum vero τὰ ante γε-
γραμμένα deletum voluerunt. Sed in ἐσθ' ἕνεκα τὰ haud
obſcure latere ἔστ' ἕκαστα mihi videbatur: pro quo
quum plene olim ἔστιν ἕκαστα ſcriptum fuiſſet, e po-

c ſtremis literis verbi ἐστὶν, ad priorem ſyllabam vocis ἕκαστα perperam tractis, orta eſt particula ἕνεκα, quam hodie libri habent. *οἱ βίαιοι* autem ſunt *homines violenti*, qui tamquam *pro imperio* (quemadmodum Archeſtratus & alii fecerunt) praecepta tradunt, ac veluti *vim intentant diſcipulis* quo ſe audiant atque ſequantur. Quo & id ipſum fortaſſe pertinet, quod mox idem noſter ſapiens coculus ait, (*vs.* 30 *ſq.*) *in arte coquinaria* non valere id quod ſubinde ex ore magiſtrorum audias: *Atqui iam modo dixi!* quaſi tam definita, omnibusque numeris abſoluta, & nulli exceptioni obnoxia praecepta tradi poſſint, ut ſufficiat, *ſemel dixiſſe* atque praecepiſſe.

Verſum vigeſimum nonum integrum vetus codex *A.* dedit, ſic ſcriptum:

κενὰ μᾶλλον ἢ ὅτε ἦν οὐδέπω γεγραμμένα.

In quo nihil mutavi, niſi quod ὅτ' *per apoſtrophum* ſcripſi. Quod ſi cui non ſatis iuſta menſura ineſſe verſui videbitur; deletâ voculâ ἦν, qua carere poſſumus, recto modulo decurret ſenarius. Sed, ut eo confugiamus, nulla videtur neceſſitas urgere; nam ἢ ob ſequentem vocalem corripi poterit: ſic ſecundus pes erit tribrachys.

Verſus 32. ſic ſcribebatur in editis:

ὁ καιρός. αὕτη δ' ἑαυτῆς ἐστι δεσπότις.

Ubi aliud egiſſe videtur CASAUBONUS, cum adnotavit: »Fortaſſe ita concipiendus verſus:

» Αὕτη δ' ἑαυτῆς ἐστιν οὐχὶ δεσπότις.«

Nam, ut alia taceam, ſic verbis ὁ καιρὸς (de quibus non cogitaſſe videtur doctus Animadverſor) nullus amplius locus ſuperfuturus erat. Nobis αὐτὴ, pro αὕτη, recte & ex Graecorum uſu dedere codices noſtri ambo. Iidem δεσπότης dederunt, non δεσπότις: nec opus fuiſſe videtur, ut pro masculino genere foemininum ponerent ſive iuniores librarii ſive editores. (Sed de hoc iterum continuo deinde dicendi locus erit.) In ἑαυτῆς ἐστι nihil quidem mutant codices noſtri: ſed metri ratio omnino poſtulavit, ut transpoſitis verbis ſic ſcriberetur,

ὁ καιρός. αὐτὴ δ' ἐστὶν ἑαυτῆς δεσπότης.

Et pro ἑαυτῆς fortaſſe Atticorum more αὐτῆς ſcripſerat auctor. Iam vero id ipſum quod initio huius verſus & in fine praecedentis ſcribitur, οὗ ὁ καιρὸς, diſſimulari non poteſt abrupte admodum dici. Ex ms. *A.* quidem nulla hic discrepantia adnotata: in *Epit.* vero, omiſſis ipſis tri-

bus verbis, nonnisi haec leguntur: ἡ μαγειρικὴ ὅρον οὐκ c
ἔσχηκε· αὐτὴ δ' ἑαυτῆς ἐστι δεσπότης. Si vera est scriptura ὁ καιρὸς, non fere video quid subintelligi possit, nisi οὗ ὁ καιρὸς ὅρος ἐστί. At equidem versum hunc cum praecedente iterum iterumque relegens, vix temperare possum quin mihi persuadeam, non οὗ ὁ καιρὸς scriptum oportuisse, sed οὐχ ὁ κύριος, hoc sensu: *Nullis limitibus circumscripta est ars coquinaria. Non herus*, (nempe, cui operam suam coquus locat) *dominus est huius artis*; (ut scilicet coquo pro lubitu imperare possit;) *sed ipsa sui domina est.* Quam in sententiam *versus* 31 *cum sequente* in hunc modum scribendi fuerint:

εἶπ' ἀρτίως.« ὅρον γὰρ οὐκ ἔσχηκεν. οὐχ
ὁ κύριος, αὐτὴ δ' ἐστὶν ἑαυτῆς δεσπότης.

Fuerit in vetustiore codice vox κύριος compendiose scripta: & librarius, cum secundo abhinc versu vocem καιρὸν perspicue exaratam conspexisset, compendiariam illam notam perperam pro vocabulo καιρὸς acceperit. Quod si ita placeat, iam & probabiliorem rationem habebit *masculinum genus* δεσπότης isto loco positum, & verba ἐπεὶ εἶπ' ἀρτίως, quae praecedunt, non (ut paulo ante interpretati sumus) ad artis magistros, de quibus supra dictum, pertinebunt; sed ad *herum*, qui suo arbitratu praescribere coquo, quid faciendum, praesumit: quod nimirum minime ferendum huic nostro videtur.

Versus 33 & 34. sic editi legebantur:

Ἐὰν δ' αὖ μὲν σὺ χρήσῃ τῇ τέχνῃ, τὸν τῆς τέχνης
δὲ καιρὸν ἀπωλέσῃς, παραπόλωλεν ἡ τέχνη.

Ubi εὖ pro αὖ, & ἀπολέσῃς pro ἀπωλέσῃς, recte dedere ambo codices mssti. Reliqua (in quibus illi nil mutant) nos ita mutavimus, ut metrica ratio postulare videbatur. Eosdem in hunc modum scribi iusserat CASAUBONUS:

»Ἂν δ' αὖ σὺ μὲν χρήσῃ τέχνῃ, τὸν τῆς τέχνης
»καιρὸν δ' ἀπολέσεις, παραπόλωλεν ἡ τέχνη.«

Vers. 35 *sqq.* Reliquam eclogae partem omittens Anim- d
adversor: »Postremi versus, inquit, huius ῥήσεως melio-
»ribus libris opus habent.« — Sed hi quidem, post eos quibus uti nobis contigit, vereor ne frustra exspectentur. At in *Epit.* desunt post versum 34. reliqui omnes. Parum est vero quod sub finem eclogae nobis contulit codex *A.* in reliquis ab edita scriptura nil discedens. Itaque ex con-

d iectură *verſum* 25. ita ad metri leges revocavimus, ut γὰρ particular., quae *poſt* μέγας inſerta erat, *eiiceremus*; de quo etiam ADAMUS apud Villebr. monuerat. Quae continuo deinde usque *verſ.* 37. ſequuntur, τουτονὶ δ' ὃν ἀρτίως ἔφης - - ἐπιλαθέσθαι; ſi recte ea ſe habent, infinitivus ἐπιλαθέσθαι ſimiliter accipiendus fuerit atque latine diceremus, *hunccine oblitum eſſe?* i. e. *miror hunc oblitum eſſe*: aut, *hiccine oblitus fuerit?* At non memini equidem infinitivos verborum ea ratione in Graeco ſermone frequentari: &, ſi vel maxime in alia orationis connexione ferri talis locutio poſſit, hoc utique loco parum commode iſtud ἐπιλαθέσθαι ſic abrupte poſitum videtur; ſuſpicarique licet intercidiſſe nonnihil, & tali quodam modo finiri *verſum* 37. debuiſſe:

πολλῶν τε δείπνων, ἐπιλαθέσθαι μοὶ δοκεῖς.

ut ſenſus ſit: *Sed tu mihi videris prorſus oblitus eſſe illius, quem modo dixeras venire habentem uſum ſplendidarum multarumque coenarum.* Quibus verbis, ironica ratione pronunciatis, hoc dixerit is qui coqui operam locaverat: *At tu, garriendo tempus terens oblitus eſſe videris, non iam id agi, ut verbis artem iactes, ſed ut re ipſa oſtendas quid valeas, & quam ſit verum quod mihi iam initio de tuo in re coquinaria uſu pollicitus es.* Nam *ironice*, ut modo dicebam, τουτονὶ, *hunce*, pro *te ipſum*, dicere videtur. Sed, ſive *hunc ipſum* dixerit, ſive *alium*, quem ille pollicitus eſſet mox adventurum, haud multum intereſt. Immo vero ex poſtremis eclogae verſibus intelligi videtur: pollicitum antea eſſe hunc hominem, *ſecum venturum aliquem inſigni uſu artis coquinariae pollentem*: quae verba herus ſic intellexerat, ut crederet, loqui eum *de alio quodam ſolerte coquo*, quem ille (qui ſqualidi famuli potius, quam ſolertis coqui ſpeciem habebat) adducturus ei eſſet: at ille ſe ipſum deſignaverat, moxque tandem palam profitetur, ſe ipſum eſſe eum quem dixiſſet. Sed utcunque de hoc ſtatuas: quod ſi locum hunc contuleris cum primo verſu huius eclogae, quem in longe diverſam partem acceptum ab interpretibus vidimus; perquam ſit probabile, agi ibi de eodem promiſſo, cuius nunc hunc hominem admonet herus; adeoque longe aliter, quam ab interpretibus factum vidimus, refingendum illum verſum interpretandumque fuiſſe; nempe in hanc ſententiam, ut dicat ibi herus, *Grata admodum & accepta haec tu mihi dixiſti.* Itaque viden-

dum ne ſub iſtis, καὶ χάρις μία, lateat unum verbum κεχαρισμένα. Fortaſſe ibi Athenaeus, omiſſis nonnullis poëtae verbis, (quae ad iuſtam verſus menſuram deſiderantur) nude ſic ſcripſerat: d

Β. Σφόδρα μοι κεχαρισμένα, νὴ τοὺς θεούς, ταυτὶ προεῖπας. Α. Τὸν μάγειρον &c.

Quum deinde corruptum fuiſſet verbum κεχαρισμένα, doctus aliquis Athenaei lector vel ſcriba, mendam pro ſuo iudicio correcturus, ſimulque verſum, cui aliquid deeſſe intelligeret, in integrum reſtituturus, talem concinnavit qualis hodie in libris legitur. Iam ſaepius obſervare potuerit eruditus horum librorum lector, in poëtarum eclogis, quamvis corruptiſſima ſaepe verba ſint, tamen ipſis etiam vitioſiſſimis lectionibus plerumque merricam quamdam rationem utcumque conſtare: quod indicio eſſe videtur, poſt prima vulnera quae per ſuperiorum librariorum culpam accepiſſent hi libri, acceſſiſſe aliquem eorumdem librorum recognitorem, mediocriter doctum, qui, utcumque potuiſſet, mederi malo ſtuduiſſet, & in integrum reſtituere corruptos aut mutilatos verſus tentaſſet.

Sed redeamus ad id, quod nunc agebamus. Quod dixi, *in verſu* 37. poſt ἐπιλαθέσθαι videri intercidiſſe verba μοι δοκεῖς, aut eiusdem menſurae in eamdemque ſententiam alia: iſtam ſuſpicionem firmat vox Σημεῖα in quam vulgo exit ille verſus, cui voci ob productam penultimam ſyllabam non poteſt ibi eſſe locus. Nam in verbo ποιήσω quidem (*verſ.* 38. & 42.) & in aliis ſimilibus vocibus poteſt diphthongus οι ob ſequentem vocalem corripi: in σημεῖα vero diphthongus ει, accentum praeſertim circumflexum habens, (nam, quod in ed. Caſ. 1. σημεία expreſſum eſt, id prorſus temere factum) corripi nullo modo poſſe videtur. Iſtud igitur vocabulum ſi initio proximi verſus poſueris, abiectâ voce πάντων, quae ex interpretamento irrepere potuerat, prodibat iuſtus ſenarius,

Σημεῖα ποιήσω, θρῖον ἂν δείξω μόνον.

Ibi θρῖον, *penultimâ circumflexâ*, ſcribi debuit, non θρίον: qui error etiam lib. IV. pag. 170. b. corrigendus. Alioqui utrovis modo ſcribi poterat, θρίον & θρῖον, ut diligentiſſimo H. Stephano etiam obſervatum, Theſ. T. I. p. 1590. f.

In fine *verſus* 39. poſt Ἀττικῆς nullam diſtinctionem ponunt edd. nec ms. *A*. quod quidem ſciam. Tum vero

d in hunc modum terminabatur ecloga in editis:

ἐξ ἀντλίας ἥκοντι καὶ γέμοντι φορτικῶν μοι βρωμάτων
ἀγωνίαις, εἰ μὴ ποιήσω νυστάσαι παροψίδι.

Quae multis modis depravata esse satis adparebat. DALECAMPIUS tamen, nullâ difficultate deterritus, sic latine reddere conatus erat:

Mala plurima perpeti haud recuso,
ni efficiam ut perplexi vos ad patinas dormitetis.

Adiectâ Notâ: »Ad illud hoc alludit: Dubia coena est; »nescias quo potissimum manum intendas.« — Cuius rationem fere secuti sunt Gallici interpretes Adamus & Villebrunius; & in eam sententiam utcumque concinnare tres versus tentarunt. Ac sane *tres versus* manifeste, non duo, erant. In his editam olim lectionem in contextu intactam reliqui; nisi ubi aliud quid vetus codex *A.* dabat: e quo pro edito γέμοντι, enotatum repereram γεμων τε τι sic absque accentibus: pro φορτικῶν vero, φορτητικῶν. Quae vestigia veteris scripturae secutus, quo pacto constituendos tres postremos versus coniectaverim, partim in Notulis contextui subiectis, partim in Latinâ versione indicavi. Nempe, puncto post Ἀττικῆς in fine *vers.* 39. interposito, *versus* 40 - 43. sic fuerint concipiendi:

B. Ἐξ ἀντλίας ἥκων τε (vel γε) καὶ γέμων γ' ἔτι
φορτητικῶν μοι βρωμάτων; A. Ἀγωνιᾷς,
εἰ μὴ ποιήσω νυστάσαι παροψίδι;

vel, εἰ μὴ ποιῶ νύξαι σε τὴν παροψίδα;

Nempe indignatus miratur herus, hunc servulum sordidum squalidumque, *qui sentinam* ἐ τὸν κόπρον, *quo vesci consuesset, olebat*, (coll. Aristoph. Pac. a vers. 1 - 17.) se ipsum pro solerti illo & perito coquo, quem hero se adducturum promisisset, venditare. Iam, φορτητικῶν quidem pro φορτικῶν recte dici potuisse, minime equidem confirmaverim. Neque pro eo commodum fuerit φορτηγικῶν ponere, quemadmodum apud Pollucem I. 83. pro φορτητικὸν, quod dabant libri, φορτηγικὸν recte posuerunt editores; nam id diversum est. Quare de hoc quid sit statuendum, docti viderint. Quod vero postremo versu νύξαι σε τὴν παροψίδα, (i. e. *fodicare ipsam patinam*) suspicatus sum, similes apud alios Comicos locutiones memineram reperiri, II. 60. b. III. 107. d. IV. 169. d. — Sed nimis iam pridem nos morata haec ecloga est. Manum tandem de tabula!

AD CAP. LXX.

κατὰ τοὺς Ἡγησίππου Ἀδελφούς. Vide VII. 290. b. & ibi not. Caeterum, quod hîc adnotavit CASAUBONUS: » *Hegesippi versus*, quos pronunciat Aemilianus ex *Adel-* » *phis*, debuerant interpretibus emendari ex libro septimo: « — haud satis adparet quid voluerit vir doctus. Nihil enim hîc in editis legebatur, quod emendatione magnopere indigeret: nam qui errores invaserunt editiones Casaub. 2. & 3. (Ἥδρον τι ed. Cas. 2. & ἥ δρᾶν τι ed. Cas. 3.) ab eis immunes erant superiores editiones. Illud quidem minus commode erat factum, quod verba, ἥ δρῶν τι usque ἔμπροσθεν, rursusque illa, ἥ μὴ κόπτε usque λέγε, ita adpo- e sita erant, quasi legitimi versus essent: cum sint sane ea verba ex *Hegesippi versibus* desumta, sed consulto nonnihil mutata, & metrico vinculo soluta. Nam pro eo, quod apud *Hegesippum* fuerat, ἥ λέγων φαίνου τι δὴ (vel τί μοι) καινὸν, nunc consulto Aemilianus ἥ δρῶν τι, ait, φαίνου καινόν: nempe non *sermones*, sed *rem*, requirens; & videre cupiens quis esset cibus in opertâ patinâ, de quo tam *multas tragoedias* (ut ait auctor noster pag. 404. e. initio capitis 68.) *excitabat sapiens ille coquus, priusquam, quid esset quod adferret, ostenderet.* Quare in verbis hîc nihil mutandum censui.

Καταφρονεῖς ὅτι &c. » Mutila est coqui responsio ad Ae- » milianum: Καταφρονεῖς ὅτι μάγειρός εἰμι. ἴσως ὅσον ἀπὸ » ταύτης τῆς τέχνης εἴργασμ' ἐγὼ κατὰ τὸν κωμικὸν Δη- » μήτριον. Ut sit perfecta sententia, videtur aliquid deside- » rari. Hoc vult enim: *Contemnis me quia sum coquus: at-* » *qui eruditio tua* (erat enim Aemilianus grammaticus) *non* » *attulit tibi tantum compendii, quantum ego lucri ex hac mea* » *arte feci.*« CASAUBONUS. — Immo vero, prorsus ab eo, quod perspicue propositum erat auctori, cum ista dicentem fecit coquum, aberravit vir doctissimus. Nam quae paulisper abrupta videri poterat coqui responsio, ea mox continuatur, &, repetitis eiusdem verbis, quae ille ante parenthesin pronunciaverat, ita arcte atque plane cum sequentibus connectitur, ut nihil possit esse planius.

Καπνιζομένη τυραννὶς &c. » Eleganter in *tertio* subiecto- » rum e DEMETRIO *versuum* dicitur ἡ μαγειρικὴ esse καπνι- » ζομένη τυραννίς: *tyrannis fumo obnoxia.* Appellat *tyran-* » *nidem*, honoris coquorum caussa: quia in aulis princi-

» pum & tyrannorum nunquam non ſunt coqui. Addit » καπνιζομένη, ut faciat discrimen inter veram tyrannidem » ſive potentiam, & eam coquorum, qui *imperium* ha- » bent *culinae parietibus circumſcriptum.* « CASAUBONUS. — Καπνιζομένη τυραννὶς feſtive dicitur ars coquinaria: nempe, *Regnum fumo circumfuſum;* id eſt, *Regnum in culinâ.* Poſterius iſtud hemiſtichium, αὕτη ἐσθ' ἡ τέχνη, ſic pronunciandum quaſi ſcriptum eſſet, αὕτη 'σθ' ἡ τέχνη: atque ita etiam ſcribi potuerat.

f *Verſ.* 4-6. » Deinde magnates commemorat, quibus » miniſtraverit: *Seleucum* nempe, Syriae regem; & *Aga-* » *thoclem*, Siculum tyrannum. *Sexto verſu*, fulci labans » metrum,

» τῷ Σικελιώτῃ, τὴν τυραννικὴν φακῆν. « CASAUB.

Nos τὴν articulum, qui deerat editis & msto *A.* (nam in Epit. deeſt tota ecloga.) adiecimus, ut monuit Animadverſor. Superiorem verſum ſuperiores editores iam recte curaverant, particulâ δὲ inſertâ, quae deerat msto. De *abyrtaca*, quae *vs.* 4. commemoratur, vide II. 68. a. & ibi notata, item III. 124. a. ibique not. Locum hunc tractans *Samuel* PETITUS, Miſcell. VI. 12. haec adnotavit: » *Abyrtacum*, condimenti genus, quod e ſucco vi- » rentium herbarum conficiebatur, ſolâ acrimoniâ com- » mendatum. Illud, beatiorum menſis non inferri ſolitum, » *Seleuco* appoſuit, & ſua arte approbavit. *Miniſtravi quo-* » *que*, inquit, *Agathocli Siciliae tyranno, & primus illius* » *menſae lenticulam intuli cum laude*, cum vix unquam prius » Regibus aut principibus eſſet appoſita. « — Exſpectaſſes fortaſſe παρὰ Σελεύκῳ in dativo: ſed vitandi hiatus cauſſa, cum ſequatur vox a vocali incipiens, accuſativum poſuit poëta, qui perinde commodus erat; quemadmodum & ὑπ' αὐτὸν pro ὑπ' αὐτῷ dicebant Attici, praeſertim cum verbo γίνομαι. Sed illud hoc loco adnotemus, quod *DEMETRIUM veteris comoediae poëtam* perhibere videatur Laërtius V. 85. At, qui *Seleuci* itemque *Lacharis* meminit, is non illius comoediae poëta eſſe potuit, quae *vetus* vulgo nominari ſolet.

Verſ. 7 *ſqq.* » Sequentes verſus vel ſummis ingeniis fa- » ciant negotium, nedum nobis. Sic enim ſcribuntur in » omnibus exemplaribus:

» Τὰ μέγιστον οὐκ εἴρηκα: Λαχάρους τινὸς
» ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς ἐστιῶντος τοὺς φίλους

» † ἀνάλη↓ιν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης f
» † οὐδὲν ἐνοχλοῦσαν δ' ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.

» Non verebimur ſuſpiciones noſtras in medium proferre » etiam hîc: neque enim ceu *κυρίας δόξας* illas haberi vo» lumus, ſed ut coniecturas meras. Videtur autem poë» ta *Lacharem*, Athenienſem ducem, cuius in Atticis hi» ſtoriis mentio, in Attico theatro more comico proſcinde» re: quod in ſumma annonae caritate, cum pars magna » civium fame periret, convivium lautiſſimum celebraſ» ſet, cui meretrix aliqua amata ipſi, *Minervae cultu* or» nata, intererat. Id aliquando factitaſſe homines diſſolu» tos & luxu diffluentes, teſtis ſit vel Auguſti coena illa » *δωδεκάθεος*, de quâ Suetonius libro ſecundo, cap. LXX. » Quare ita lego:

» ἅμ' ἀνδράσιν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης
» δὴ τότ' ἐνοχλοῦσαν, Δὶ ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.

» *Quod maximum eſt*, inquit, *non dixi vobis: nam Lachares* » *quidam, cum aliquando tempore famis amicos convivio exci*» *peret, effecit ut in mortalium convivarum turba cenſeri Miner*» *va non recuſaret: ego vero nunc faxo, ut etiam Iupiter vo*» *catis ad coenam accenſeri velit.* ἐνοχλεῖν hîc *turbae intereſſe* » ſignificat: etſi aliud vulgo ſonat. In manu vero exara» tis vox ἐγὼ cum ſequentibus iungebatur: puto fuiſſe » bis ſcribendam. Neque enim parum elegantiae acceſſerit » ſequenti apoſiopeſi *Aemiliani*, ſi ſcribas: Ἐγὼ, ὁ Αἰμι» λιανὸς ἔφη, εἰ μὴ δείξης ὅ τι φέρεις. « CASAUBONUS. — Si quis alia in hunc locum commenta magis etiam luxuriantis ingenii, quod in expediendo loco absque meliorum codicum ope inextricabili ſe exercuit, noſcere cupit, is *Samuelem* PETITUM adeat, (Miſcell. VI. 12.) cuius hic referendis deliriis nil adtinet morari lectores. Meliora nobis certioraque optimus noſter codex *A.* dedit. In eo, primum, poëtae verſus poſtremus ſic completus exhibetur, εἰσενέγκας κάππαριν. Agitur de *fame, qua premebantur Athenae*, quo tempore intus *Lacharis* tyrannide oppreſſae, foris a Demetrio obſeſſae tenebantur: de qua fame videndus Plutarchus in Demetrio, T. I. Opp. ed. Francof. pag. 904. Pronomen τινὸς prima ſpecie ad eumdem *Lacharem* videri poterat pertinere. At, ſi de homine obſcuro loqui vellet coquus, nil opus erat nomen eius edere. Immo vero nimis etiam notum Athenis, in recenti praeſertim memoriâ, *Lacharis* illius nomen eſſe debuit,

(cuius saepius Plutarchus, & alii auctores meminerunt, WYTTENBACHIO laudati, ad Plutarch. de Sera Num. Vind. pag. 71.) quam ut consentanum sit hîc *Lacharem quemdam* dici. Quare verborum structura talis concipienda est, qualem interpositis orationi incisis indicavimus; nempe, ὅτε ἦν ὁ Λαχάρους λιμὸς, ἐστιῶντος τινὸς τοὺς φίλους: ut intelligatur, famem illam vulgo ab Athenienſibus *Lacharis famem* fuisse appellatam. *Illo igitur tempore*, ait coquus, *quum aliquis epulis exciperet amicos*, ἀνάλη-ψιν ἐποίησα, εἰσενέγκας κάπταριν. Est autem ἀνάλη-ψις, *recreatio, refectio, receptio ac restitutio e morbo aut e virium defectione:* quod percommode huc convenit, ubi de hominibus agitur fame enectis, quibus coquus ait vires & firmitatem corporis a se restitutam esse *cappari illis adpositâ*, nescio quo potissimum modo paratâ. Iam occasione *Lacharis*, in istis comici verbis commemorati, Athenaeus ad aliam rem ad eumdem Lacharem pertinentem adludens, respondentem Aemilianum facit: Γυμνὴν ἐποίησεν Ἀθηνᾶν Λαχάρης οὐδὲν ἐσχολωκυῖαν: quae verba eum quidem colorem habent, ut ipsa quoque (maiori certe ex parte) e poëtae nescio cuius loco quodam ducta videantur; sed hic adaptantur illa reliquae Aemiliani orationi, cuius haec sententia est: *Lachares Minervam nudavit*, (i. e. *ornamentis spoliavit*; cuius facti meminit idem Plutarchus in libello De Iside & Osiride, T. II. Opp. pag. 379. a c.) *cum nihil ea ipsi incommodasset: at te, nobis molestum, ego nunc sum nudaturus* (nempe, ut flagellis caedam) *nisi nobis, quid sit quod manu tenes, ostenderis.* Quibus in verbis, satis (ut mihi videtur) nunc perspicuis, nihil nobis ex coniecturâ agendum fuit, nisi quod σὲ pronomen eo loco, ubi manifeste desiderabatur, adiecerimus, & pro mendoso *εἰ μὴ δείξης*, quod e pravo veteris nostri librarii more, vocales similis soni perpetuo permutantis, ortum est, *εἰ μὴ δείξεις* scripserimus.

Ῥοδωνίαν καλῶ μὲν τὴν λοπάδα. *Rhoduntiam patinam* supra nominatam vidimus, pag. 403. d. Epitomae auctor hîc ita scripsit: Ὅτι ἡ ῥοδουντία ἢ ῥοδωνία μαγειρικῶς καλουμένη λοπὰς τοιαύτη τις ἦν. ῥόδα τὰ εὐοσμότατα ἐν ὑγδῃ τρίψας &c. Eamdem scripturam ὑγδῃ etiam in suo codice *Epit.* reperisse videtur CASAUBONUS, cuius est ad ista verba animadversio haec: » Ait coquus, ῥόδα τὰ » εὐοσμότατα ἐν ὑγδει τρίψας. Libri meliores, ἐν ὑγδῃ:

» recte. Nam ἰγδὶς pro *pila* & *mortario* non dicitur, sed a
» ἴγδη. « — Et facile quidem credas, nonnisi ex consueta vocalium confusione ἰγδεῖ scriptum esse in ms. *A.* e quo in alios codices ea scriptura derivata est. Et unam vocabuli formam ἰγδὴ adnotatam videmus ab Hesychio & Suida. Sed & ἰγδὶς in usu fuisse, docuit HEMSTERHUSIUS ad Polluc. X. 103.

ἐξινιασθέντας. » *In pilam hanc iniecisse se*, narrat iste, » ἐγκεφάλους ὀρνίθων τε καὶ χοίρων σφόδρα ἐξινιαθέν- » τας. Dalecampius, *cerebro diligenter commixta, & ad uni-* » *tatem redacta.* Mirum verbum finxit videlicet, ἐξενοῦν. » Melius Excerpta, ἐξινιασθέντας. [Sic & noster » ms. *Epit.*] Interpretamur autem ἐξινιάζειν, *fibras* sive *fi-* » *brillas eximere:* quod puto factum transmissis per colum » cerebellis. Affines sunt apud alios ἐξινοῦν & ἐξινᾶν, quae » sumuntur simpliciter pro *vacuare.* « CASAUBONUS. — Vide Hesych. in Ἐξινώμενον, & ibi Interpretum notas: ubi quod ex Henr. Stephani Indice memoratur, in Galeni Lexico Hippocr. scribi, Ἐξεῖνει, ἐκκενοῖ: similiter (quod ad vocalem in secunda vocis syllaba) scribitur hic in nostro cod. *A.* ἐξεινιασθέντας, simul vero adposita notâ monetur lector simplici vocali ι scriptum verbum oportuisse. *Ovorum vitellia*, τῶν ᾠῶν τὰ χρυσᾶ iam supra nominata vidimus, pag. 376. d. Quod γάρος in accus. vulgo scribebatur, quasi a nominativo τὸ γάρος, id prorsus insolens: quare γάρον ex ms. *Ep.* recepi. *HOMERICI versus*, qui sequuntur, sunt ex Iliad. ξ'. 173 sq. b

AD CAP. LXXI.

Μετὰ ταῦτα περιενεχθ. Sic recte codex mstus; non Μετὰ ταῦτά τε, ut erat editum. Μετὰ ταῦτα δὲ ex coniect. scripsit CASAUBONUS in Animadv. ubi ait: » Sequi- » tur, Μετὰ ταῦτα δὲ περιενεχθεισῶν ὀρνίθων τε ὀπτῶν, » φακῆς τε καὶ πισῶν αὐταῖς χύτραις. Malim πίσων: » nam πίσον dicitur. Sequitur tamen, ex *PHANIA*, πισός. » Significat fuisse dipnosophistis *oblatas assas gallinas*, & » *lentem ac pisa cum ipsis* in quibus coxerant *ollis.* Ita ac- » cipiendum erat τὸ, αὐταῖς χύτραις: ut cum dicunt pas- » sim historici, *periisse naves* αὐτοῖς ἀνδράσι. Restitue lo- » quendi hoc genus Euripidi, in extremo Cyclope; ubi » ait furens Cyclops:

» Οὐ δῆτ' ἐτεί σε τῆσδ' ἀποῤῥήξας πέτρας
» αὐτοῖσι σὺν ναύτῃσι συντρίψω βαλών.

»Scribendum αὐτοῖσι συνναύτῃσι: nam plenum eſt, σὺν »αὐτοῖς τοῖς συνναύταις. « — Vocem πισῶν (ſic ſcriptam) tuetur codex *A*. Recte: nam ὁ πισὸς vel πισσὸς, & τὸ πίσον dicunt Graeci. Sic mox (ut monuit etiam Caſaub.) in *Phaniae* vel *Phaeniae* verbis πισὸς ſcribitur, conſentiente rurſus ms. *A*. In *Epit.* quidem haec deſunt; ſed paulo inferius, ubi ſcribitur πισοῦ δὲ τοῦ ὀσπρίου &c. codex noſter *Ep.* πισσοῦ habet. Rurſus vero lib. XI. pag. 476. e. f. ubi πίσοι vulgo editur, πισοὶ habet idem ms. *Ep.* cum ms. *A*. De geminatà ſubinde ſibilante in hoc vocabulo, vide H. Stephani Indicem Theſ.

c ἔτι τε τῶν τοιούτων, περὶ ὧν Φαινίας ὁ Ἐρέσιος. In huius auctoris nomine ſcribendo perquam inconſtantes eſſe libros, modo Φαιναίας, modo Φανίας exhibentes, iam ſaepe obſervavimus; monuimusque perinde eſſe, utro modo ſcribatur. Hoc loco Φανίας erat in ed. Ven. & Baſ. & ſic rurſus in ed. Caſ. 3. ſed in ed. Caſ. 1. & 2. eſt Φαινίας, conſentiente (ut puto) vetere codice msto. Caeterum quae hic ſuſpenſa eſt oratio, ea paulo inferius (lit. d.) ſic reſumitur & continuatur, Τούτων (forſ. adiiciendum, καὶ τοιούτων) ἔτι πολλῶν λεγομένων &c. Ex quo intelligitur, auctorem noſtrum hoc loco, niſi delectatus fuiſſet huiusmodi ἀνακολουθίαις orationis, pro περὶ ὧν Φαινίας - - γράφει, ſic proprie ſcribere debuiſſe, ἔλεγέ τις, γράφειν περὶ αὐτῶν Φαινίαν &c. id eſt, *dixit aliquis e convivis, ſcribere de his Phaeniam* &c.

Πᾶσα γὰρ χεδροπώδης &c. » Narratur ex Ereſio Pha»nia, *fabam & piſum* ἑψήσεως ἕνεκα στείρεσθαι: quod cum »obſcuriuscule dictum ſit, additur, ἑτνηρὸν γὰρ ἐκ τού»των ἕψημα γίνεται. Id eſt: *fit namque ex iſtis ius denſum* »*pultaceum*. Videtur Phanias differentiam aliquam ſtatuere »inter *pultem* & id quod vocat ἕψημα ἑτνηρόν. Ex legu»minibus utrumque parabant, & *pultem* ſive ἕτνος, & »ἑψήματα, de quibus libro quarto capite ſexto. [ad p. 138. a. conf. VI. 274. d.] »Interpres longe haec aliter. »Sunt ſane quae deinceps habentur *Phaniae* verba cae»teris illius, quae in his libris, ſimilia: obſcura, inquam, »& ab imperitis hominibus male accepta, quod ſaepe iam »queſti ſumus. Melius autem ſcribas, τὰ δὲ πάλιν αὖθις »λεκιθώδη, [ſic noſter ms. *A*.] quam ut editum per υ,

» λεκυθώδη. Leguminis ſpecies eſt λέκιθος. « CASAUBONUS. c — Nobis ſane iſta *PHANIAE* ῥῆσις non magis perſpicua, quam docto Animadverſori, viſa erat: quam interpretati ſumus, utcumque potuimus. Quod in vetere noſtro codice poſt σπείρεται inſeritur δὲ, id ſuſpicionem merito moveat, aliud quid eo loco olim fuiſſe ſcriptum, praeterquam quae nunc habemus. Vocabulum χεδροπώδης, *leguminoſus* interpretatur H. Stephanus, Theſ. IV. 421. Vocem ἐνσπέρματος ignorant lexica: vicinum ἔνσπερμος ſonat, *in quo ſemen ineſt, copioſum ſemen habens*; cui notioni non eſt hîc locus. Fortaſſe ἐκ σπέρματος ſcriptum oportebat; quam in partem DALECAMPIUS accepit. ἔτυπὸν STEPHANUS in Indice Theſ. interpretatur *pultaceam decoctionem ex freſis leguminibus.* Eidem λεκιθῶδες eſt *farinaceum:* ſic enim ſcribit in Theſ. T. II. pag. 675. e. » Tantum λέκιθος & ἔτνος inter ſe differunt, quantum ipſa » leguminum *farina* ab ipſis *leguminibus freſis* differt. « Iam ἄρακος, eſt *lathyrus* aut *cicer*, auctore BODAEO ad Theophr. pag. 919. ἀφάκη, *viciae* ſpecies. Graeca nomina, *aracos* & *aphace* tenuit Plinius XXI. 15, 52. φακὸς, *lens cruda*; φακὴ, *lenticula cocta.* Quod initio ponitur, ἡ μὲν ἑψήσεως ἕνεκα σπείρεται, ei perſpicue deinde opponitur, τὸ δὲ χόρτου ἕνεκα τῶν τετραπόδων. Sed quid ſit id quod in medio ponitur, τὸ δὲ φακῆς, aut unde pendeat ille genitivus, plane non adparet: exſpectaſſes ſaltem φακῶδες, φακοειδὲς, aut aliquid tale. Totum locum latine ſic reddiderat DALECAMPIUS: *Leguminum quae cultu miteſcunt, & ſemine proveniunt, alia ſeruntur ad elixaturam, ut faba, piſum, ſiquidem ex his freſis fit edulium: alia ad parandum ex eorum farina iusculum pultaceum, ut aracus, & lens, e qua* φακὴ *fit, nimirum lenticula, pulmentaceus cibus: quaedam ad animantium quadrupedum pabula, ut ervum, aratorum boum; vicia, ovium.* Ridet Caſaubonum, de huius loci obſcuritate querentem, VILLEBRUNIUS; cui quoniam omnia hîc plana & perſpicua (ut quidem ipſe profitetur) viſa erant, ipſius quoque (ſive ea ADAMI ſit, nam id incertum nobis) interpretationem loci ſatis notabilis adponere lectoribus noſtris non gravabimur. Ea talis eſt: *Tous les légumes, non ſauvages & ſatifs, ſe sèment pour être cuits en bouillant, tels que la fève, le pois: car on en fait une décoction & de la purée. D'autres tiennent de la nature du pois, comme la geſſe; d'autres ſont analogues à la lentille, comme*

c *le viſeron, la lentille d'eau; ces eſpèces ſe sèment pour en avoir du fourrage pour les animaux, comme l'orobe pour les boeufs de labour, & le viſeron pour les moutons.*

Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει. » In Comici ſcholiis ad Ranas »[vs. 1068.] fabula haec *EUPOLIDIS* laudatur, & Pol»luci libro VII. cap. 22. At in eiusdem libro IX. & ite»rum lib. X. cap. 17. & 31. ἐν Χρυσογένει ſcriptum of»fendes, pro Χρυσῷ γένει. Eadem ſcriptura apud Harpo»crationem, in Σιπύα. An igitur duas fabulas *Eupolis* »docuerat, alteram Χρυσοῦν γένος inſcriptam, alteram Χρυ»σογένης? « CASAUBONUS. — Saepius ſane apud Noſtrum eodem titulo ἐν Χρυσῷ γένει citatur *Eupolidis* fabula, ut mox pag. 408. e. & ſupra pag. 375. a. Eodemque modo ubique corrigendum eſſe, perquam probabiliter Hemſterhuſius ſtatuit, ad Polluc. X. 63.

d οἱ μὲν παλαιοὶ πύανον. Heſychius: Πυανοί· κύαμοι. καὶ πᾶν ὄσπριον. — » *HELIODORUS* autem (ut obſervavit H. »STEPHANUS, Theſ. T. II. pag. 476. c.) aliter accipere »hoc vocabulum videtur, videlicet pro *tritico coctu*. «

Τούτων. Forſ. Τούτων καὶ τοιούτων ἔτι πολλῶν. *Mox*, quid ſit quod dicat Athenaei Democritus, τῆς φακῆς - - ἢ αὐτῆς γε τῆς χύτρας, haud ſatis video. Gallicus Interpres: *Permettez-nous au moins de prendre de ces lentilles, ou de les goûter dans la marmite.* *Ibid.* ἡ λιθίνη βαλλητύς. αὕτη ἡ λιθίνη ἡ βαλλητύς ms. *A.* temere repetito articulo. *Mox*, Ἐλευσῖνι τῇ ἐμῇ dicentem facit *Ulpianum:* quia *Eleuſis* non modo in Atticâ, ſed & proxima Athenis fuit; Ulpianus autem, licet natione Syrus, civitate tamen Atticus vel fuit vel voluit videri. Vide Animadv. Vol. I. p. 21.

Βαλλητύν. Heſychius: Βαλλητύς· ἑορτὴ Ἀθηναίων, ἐπὶ Δημοφῶντι τῷ Κελεοῦ ἀγομένη. De qua ſolennitate vide MEURSIUM, in Graecia feriata, hac voce. Conf. Caſauboni notam infra, ad initium cap. 73. *Ibid.* παρ' ἑκάστου recte ms. *A.* non παρ' ἑτέρου ἑκάστου. In *Epit.* deſunt iſta omnia. Qui vocem ἑτέρου invexit, is ἑταίρου voluerat; quod fortaſſe interpretationis cauſſa in aliquo codice adnotatum erat. Et ſic ſcripſit CASAUB. in Animadverſione quam continuo ſubiecimus.

e οὐκ ἂν λαβάργυρος ὡρολογητής. » Cum dixiſſet Ulpianus »per iocum, *je de Eleuſinia Balletye* (id teſti nomen) *quae* »*ſciret non dicturum*, εἰ μὴ παρ' ἑταίρου ἑκάστου μισθὸν »λαβόντα: ſubiicit Democritus: Ἀλλ' ἔγωγε, οὐκ ἂν λαβ-

» ἄργυρος ὡρολογητὴς, κατὰ τὸν Τίμωνος πρόδειπνον, e
» λέξω τὰ περὶ τοῦ Ἡγήμονος. Quae ita vertenda fuerant:
» *Ego vero qui non sum mercenarius horarum nuntiator, ut ille*
» *apud Timonem qui horas ante coenam observat, de Hegemo-*
» *ne dicam quae habeo comperta.* Veteres cum horologiorum
» usum ignorarent, diei tempus ex umbrâ in foro aut alio
» patente loco coniiciebant. [conf. Animadv. ad l. 8. c.]
» Quare illuc semper eundum erat, ut scires πηνίκα ἦν τῆς
» ἡμέρας, sicut loquuntur Attici. Propterea in beatorum
» aedibus unius servorum propria & peculiaris cura fuit,
» horas observare & nuntiare, quod ex Hesychii [Eu-
» stathii, *scribere voluerat. vide paulo post.*] commentariis
» discere est. (Seneca, De Brevitate Vitae, [Haec in ed.
Cas. 2. & 3. ex Casauboni schedis adiecta:] » ostendit si-
» milem consuetudinem fuisse servatam suo etiam tem-
» pore. *Nec illos quidem*, ait, *inter otiosos numeraveris, qui*
» *sella se & lectica huc & illuc ferunt, & ad gestationum sua-*
» *rum, quasi deserere illas non liceat, horas accurrunt? quos*
» *quando lavari debeant, quando natare, quando coenare, alius*
» *admonet; & usque eo nimio delicati animi languore solvuntur,*
» *ut per se scire non possint, an esuriant.*) Horam vero coe-
» nae parasiti utplurimum nuntiabant, curiosi talium ob-
» servatores. Plutarchus, De discrimine inter Parasitum
» & Amicum: [T. II. Opp. pag. 50. d.] ὃν οὐκ ἔστι λα-
» βεῖν περὶ τοὐπτανεῖον, οὐδὲ ἀλίσκεται σκιὰν καταμετρῶν
» ἐπὶ δεῖπνον. [At ibi de his agitur, qui *sui causſa* horam
coenae observant, non *ut aliis indicent.*] » Videtur itaque
» *Timon* in Sillis suis, quibus omnes priores philosophos
» prosciderat, parasiticum ingenium alicui illorum illis
» verbis obiecisse: aut vilis cuiusdam lucelli ignominiam
» nescio cui impegisse; quia dicat λαβάργυρον. Non est πρό-
» δειπνος titulus carminis Timonei. Scimus fecisse illum
» Ἀρκεσιλάου Περίδειπνον: sed nihil hoc ad rem. Quia coe-
» nae potissimum gratiâ horas scire cupiebant; ideo ὡρο-
» γητὴς hîc, Timoni dicitur πρόδειπνος, qui horas adno-
» taret ἐπὶ δεῖπνον, ut Plutarchus loquitur. Eustathius,
» ultimo in Iliadem commentario: [pag. 1481. l. 27.] ἡ
» δὲ τοιαύτη ὥρα, καὶ τὸ ὡρολογεῖν ποιεῖ, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ
» ὡρολογητήν· ὃν ὁ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Τίμων λαβάργυρον ἔφη,
» ὡς ἐπὶ μισθῷ ὡρολογοῦντα. « Casaubonus. — Quae
Eustathius loco modo citato habet, ex *Epitoma* ducta sunt,
in qua ex hoc Athenaei loco haec verba excerpta haben-

c tur: Ὅτι φησί που Τίμων λαβάργυρον ὡρολογυπτὴν τὸν ἐπὶ μισθῷ ὡρολογοῦντα. Qua notione autem ὡρολογυπτὴν dixerit *Timon*, non magis ab Euſtathio, quam ab Epitomatore aut ab ipſo Athenaeo declaratum reperias. Id unum Euſtathius innuit, τὴν ὥραν hic *tempus* (τὸν χρόνον) intelligendum. Sed compoſitum nomen ὡρολογυπτὴς, aut verbum ὡρολογεῖν, nusquam aliàs (quod ſciam) reperitur. Iam poteras quidem ex cognato nomine ὡρολόγιον, quod *inſtrumentum* denotat *tempus* ſive *horas dici metiens indicansque*, conjectare ſimiliter ὡρολογυπτὴν dici *horarum indicem*, nempe *hominem horas indicantem*. At, hominum qui *accepta pecunia horam coenae convivis nunciaſſent*, aut omnino *horam aliis indicaſſent*, nusquam in omni antiquitate ulla mentio aut veſtigium ullum reperitur: niſi forte, quemadmodum in verbo ὡροσκοπεῖν, ſic & in ὡρολογεῖν *hora* intelligatur *natalitia*; ut λαβάργυρος ὡρολογυπτὴς ſit homo futilem illam artem exercens, ut *acceptâ pecuniâ aliis ex obſervatâ horâ natalitiâ futura vitae fata praedicat*. Ego vero, vocabuli ὡρολόγιον ductum ſecutus, (de quo conf. notata ad IV. 163. c. & pag. 174. c.) ſuſpicatus ſum λαβάργυρον ὡρολογυπτὴν Timonem dixiſſe eum hominem, qui *acceptâ mercede ad horologium verba faciat*; i. e. *qui verba ſua aliis paratâ pecuniâ vendens, exacte tempus metiatur quod ſermonibus ſuis impendit; & diligenter cavet ne ultra id temporis ſpatium, pro quo mercedem ſibi pactus eſt, verba faciat*. Quod tum vere, quam falſe, in multos ex his qui philoſophiam profitebantur, dicere Timon ille philoſophorum inſectator potuerat. *Quemnam* autem intelligere debeamus *TIMONIS* πρόδειπνον, ex his quae a Caſaubono diſputata ſunt, minime me percepiſſe fateor: manetque mihi ſuſpicio, κατὰ τὸ Τίμωνος Περίδειπνον ſcriptum oportuiſſe, accipiendumque de eodem *Timonis* ſcripto, cuius integer titulus fuit τὸ Ἀρκεσιλάου Περίδειπνον, teſte Diogene Laërtio, IX. 115.

AD CAP. LXXII.

Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ τὰς Παρῳδίας γράψας, Φακῆ ἐτεκαλεῖτο. Alium *parodum*, Sopatrum Paphium, cuius fabula exſtabat Φακῆ inſcripta, (VI. 230. e.) per iocum Φάκιον adpellarum vidimus IV. 158. d.

In *Parodiae Hegemonis verſ.* 1. recte Παλλὰς Ἀθήνη de-

dere ambo noſtri codd. mssti. Sic vero & edd. & mssti habent libro XV. pag. 698. f. ubi idem verſus cum plurimis praecedentibus adponitur. Pro μῦθον (*verſ.* 2.) ibidem φωνὴν legitur. »In *tertio verſu* (ait CASAUBONUS) f »offendit me eliſa contra morem diphthongus in iſtis χώρ' »ές [immo εἰς] τὸν ἀγῶνα. Ac ſcribendum, magis ex uſu, »χώρει 'ς τὸν ἀγῶνα, vel etiam χώρει ἐς τὸν ἀγ. nam »huiusmodi coalitiones frequentes poëtis. Sed cum vul»gatis ſcribunt membranae & Euſtathius ad ῥαψ. φ'. Ilia»dis.« — Loco inferiore perperam χωρεῖς ſcribitur: ſed h. l. χώρ' εἰς ambo mssti cum editis. Sic & Euſtathius p. 1328. l. 9. cuius quidem ad iudicandam veram Athenaei ſcripturam non potior auctoritas, immo minor etiam, quam optimi noſtri codicis Epitomae: ſed notandum tamen, quod Euſtathius non modo diſerte de hoc exemplo quo elidatur diphthongus monuerit, verum etiam ſimilia alia nonnulla adpoſuerit, v. c. βούλομ' ἐγὼ, φθέγξομ' ἐγών. *Eod. verſ.* Ionicam formam βδελυρὴ hic tenent libri omnes & Euſtath. ſed βδελυρὰ ſcribitur pag. 699. a. *Quartum verſum*, qui hîc truncatus, ibidem expletum habes.

Paulo poſt, διαπορεῖν perperam ſcribebatur in editionibus omnibus. Recte vero διαπορεῖν mssti.

In illo verſu, Φακῇ δὲ &c. nil ab editis (quantum quidem ſcio) diſſentit ms. *A*. In ms. *Ep.* vero, καὶ poſt Φακῇ δὲ commode inſeritur. Sed praeterea in eum modum, quem in ſcholio ſub contextu diximus, invertenda eſſe verba, metrica lex perſpicue oſtendere videtur.

»Εὐδοκίμει δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐν ταῖς παῤῥωδίαις, καὶ πε»ριβόητος ἦν, λέγων τὰ ἔπη πανούργως καὶ ὑποκριτικῶς. »Etſi nulla hîc deſignatio temporis; ex ſequentibus tamen »apparet, *de certa die* loqui Athenaeum, *qua plurimum* »*Athenienſes oblectavit Hegemon recitandis parodiis ſuis.* Nam »ſequitur: καὶ διὰ ταῦτα σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐκήλησεν. »ὥς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πλεῖστον αὐτοὺς γελάσαι. Sed ali»quid libris noſtris deeſſe, docet Excerptor, ſcribens ſic: »ἐν δὲ τῇ Γιγαντομαχίᾳ οὕτω σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐκή»λησε. Obſerva genus, haud ſcio an Athenaei, ἐν τῇ Γι»γαντομαχίᾳ, pro, *quando recituta eſt ab Hegemone Giganto»machia.*« CASAUB. — Ex iſtis, quae ex Hoeſchelianis Excerptis adpoſuit Caſaubonus, nondum ſatis apparet, quo pacto in mssti cohaereat oratio. Nempe recentior aliquis

a librarius a verbis, καὶ διὰ ταῦτα σφόδρα, ad ista, οὕτω σφόδρα, aberraverat; inde omissa sunt in editis decem verba, quae & noster ms. *Ep.* & vetus codex *A.* sicut a nobis edita sunt exhibuerunt. Initio periodi, Εὐδοκίμει δὲ scribitur in cod. *Ep.* non εὐδοκιμεῖ δὲ, ut in edd. Tum in eodem cod. desunt duae voces ὁ ἀνὴρ, quae habet ms. *A.* Vocem οὗτος autem, quae praeter necessitatem adiecta est in editis, neuter codex agnoscit. Dein nescio quid sit quod ἐν ταῖς παρῳδοῖς habet codex *Epit.* qui & paulo ante τὰς παρῴδους pro τὰς παρῳδίας habebat. In lectionis varietate e cod. *A.* excerptis nonnihil hîc turbatum est: sed videtur, pro eo quod commode editum est ἐν ταῖς παρῳδίαις, in illo ἐν τοῖς παρῳδοῖς scriptum esse; quod quidem non minus commodum foret.

Quod sequebatur in edd. & misstis, καί τοι ἀγγελθέντων, & statim rursus in eâdem periodo, καί τοι σχεδὸν πᾶσι, id depravationem veteris scripturae arguere videbatur: cui mederi quodammodo volens Epitomator, οὐδεὶς οὖν ἀπέστη scripsit; quasi ista verba καί τοι ἀγγελθέντων &c. cum superioribus essent coniuncta, ab οὐδεὶς οὖν vero novae ῥήσεως fieret initium. At ne id quidem satis commodum: sed perquam probabile nobis videbatur, superius illud καί τοι ex καὶ τότε fuisse detortum.

τῶν γενομένων περὶ Σικελίαν ἀτυχημάτων. »Τὰ περὶ Σι»κελίαν ἀτυχήματα Athenienſium, nota satis ex Thucy»dide, Diodoro, & Plutarcho in Nicia. « CASAUBONUS.

b θαλασσοκρατοῦντες Ἀθηναῖοι &c. »Cum diu potestatem »habuissent Athenienſium Nesiarchi de litibus insulano»rum statuendi; postea hoc illis ius ademtum est, quan»do Athenienses ἀνῆγον εἰς ἄστυ τὰς νησιωτικὰς δίκας, »id est, *in urbem traduxerunt insulanorum lites.* Hoc vo»luit Athenaeus, qui verbis hisce causſam indicat, cur »*Hegemo Thasius Athenas se sistere ad litem disceptandam fue»rit coactus.* Sciunt eruditi, quid appellet νησιωτικὸν κλη»τῆρα Aristophanes in Avibus.« CASAUBONUS.

AD CAP. LXXIII.

c ὅταν βουληθῇς, ἐρεῖς περὶ τῆς ἐν Ἐλευσῖνι. »*Eleusinia Bal»letys*, de qua bis interrogatus Ulpianus [cont. p. 406. »d.] ne semel quidem respondere sustinuit, auctore He-

»ſychio ſolennitas quaedam fuit, Athenis celebrari ſolita »in honorem Demophontis, Celei filii. Tantum nobis de »ea compertum. « CASAUBONUS. — Neque quidquam amplius compertum habuiſſe Athenaeus videtur; alioquin haud dubie impertiturus id nobis per ſuum Ulpianum fuerat.

» Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, (..... τραγῳδίας.) d »Sic edidimus [at in ipſa ed. Caſ. 1. itemque in ed. Caſ. 2. »& 3. ſic ſcribitur, ἦν δὲ .... τραγῳδίας.] fide membra»narum: unde multa adiecimus ante inedita. Suppleo au»tem quae deeſſe hîc vides, ἦν δὲ καὶ ἕτερος ποιητὴς »τραγῳδίας. *Timocles* dramatici poëtae plures fuerunt. »Duos Suidas commemorat, ambos comoediae poëtas. »Athenaeus hic clare alterum facit comicum, tragicum »alterum. « CASAUBONUS. — Mire vero! quod ait Animadverſor, *Athenaeum clare alterum* Timoclem *comicum facere, tragicum alterum;* cum ipſum illud, *alterum* (ἦν δὲ καὶ ἕτερος) non ex Athenaei libris ductum eſſe, ſed ex ſuo ingenio & coniecturâ, ipſe modo docuerit. Nam quum in ed. Ven. & Baſ. viginti duo verba in hac regione deſiderarentur; (quandoquidem a verbis, καὶ τὶς ὁ Τηλέμαχος, ad iſta, Μετὰ τοῦτον αὐτῷ Τηλέμαχος, aberraverat librarius) reliqua quidem, quae nunc hîc leguntur, a Caſaubono ex Italicorum codicum excerptis (nam in *Epit.* totus locus praetermiſſus) adiecta ſunt. Atqui vetus noſter codex *A.*, fons & exemplar aliorum omnium, cum caeteris a Caſaubono adiectis, etiam haec ipſa absque ulla lacunae ſuſpicione habet, ἦν δὲ καὶ τραγῳδίας. Quae nihil aliud ſonant, niſi *eumdem Timoclem*, praeter comoedias, *etiam tragoedias ſcripſiſſe.* Turbare utique hîc Suidas nos poterat, qui *duos diverſos Timocles* ſtatuit, quorum utriusque dramata ab Athenaeo in Deipnoſophiſtis laudata ait. At multa ſubinde etiam alia depravata eſſe turbataque ab hoc Lexicographo novimus; quorum in numero id ipſum eſt, quod ex Athenaeo duos Timocles ſtatuerit, qui tamen nullibi apud ipſum Athenaeum diſtincti reperiuntur.

In *Timoclis primo verſu*, non αὖ καὶ Τηλεμ. quemadmodum a Caſaubono editum, ſcribitur in ms. *A.* ſed αὐτῷ Τηλεμ. Equidem αὐτῇ malueram; quia de *muliere* videtur agi, & quidem de meretrice, ut ſuſpicatus eram ex coll. VIII. 339. *b.* & *d. e. Verſ.* 5. εἰρηκε ſcriptum oporet tuiſſe probabile facit laeſa lex metrica. Sed in fine etiam

e claudicabat verſus; qui inſerto τὸν pronomine fulciendus nobis viſus eſt, absque quo ne intelligi quidem poterat quo ſpectaret vox πάνυ.

»Ὅτι δὲ καὶ τὸν δῆμον Ἀχαρνεὺς ὁ Τηλέμαχος. Re»ſtitue ex Epitoma genus loquendi Atticiſſimum, τῶν »δήμων: de quo ſaepe diximus. Nam ineptiſſime ver»tunt, *natione genteque Acharnenſem.*« CASAUBONUS. — Nobis τῶν δήμων & codex *Epit.* & vetus codex *A.* communi conſenſu dedere.

»Θανατηγὸν καλὴν χύτραν φέρει. Et mutilus hic verſus »eſt, & corruptus. Fortaſſe alluſio hic aliqua fuit ad man»cipiorum νεωνήτων καταχύσματα: de quibus Demoſthe»nes [in Orat. I. adv. Stephanum, T. II. ed. Reisk. pag. 1223 ſq.] »& Ariſtophanes & huius veteres Interpretes »multa. [Ariſtoph. Plut. 768 ſq. & ibi Schol. Conf. Ammon. de Differ. Vocab. pag. 78 ſq.] »Sed cum cogito, »paene videtur certum ex iis quae de Telemacho iſto »mox dicuntur, ſcripſiſſe poëtam,

»Ἔτνους κυαμίνου γὰρ καλὴν χύτραν φέρει.

»Sententiam quidem poëtae confido nos tenere: de ver»bis non idem affirmaverim.« CASAUBONUS. — Si ſatis eſſet, ad ſanandum verſum coniecturam qualemcumque adhibere, ſic equidem ſcribendum proponerem:

Θανατηγὸν αἰεὶ γὰρ καλὴν χύτραν φέρει.

Sed, quam ſit parum & inane quod huiusmodi hariolationibus promoveatur, pulcre intelligo. Illud vero non diffiteor aegre admodum me exputare, quo genere metamorphoſeos e verbis ἔτνους κυαμίνου prodire illud Θανατηγὸν potuerit, quod agnoſcit vetus codex cum editis. Tota haec de *Telemacho* disputatio in *Epitoma* his verbis expeditur: Ὅτι ἡ παροιμία ἡ λέγουσα Τηλεμάχου χύτρα, τοιαύτη τίς ἐστιν. Ἀχαρνεὺς ἦν τῶν δήμων ὁ Τηλέμαχος, ὃς κυάμων χύτραν ἀεὶ σιτούμενος ἦν. Quorum verborum poſtrema e fine huius capitis deſumta ſunt: e quibus eisdem ſuſpicari fortaſſe liceat, in praeſcripto verſu vocem κυάμων in καλὴν latere, ut integer verſus olim ſic fuerit conceptus:

Θανατηγὸν αἰεὶ γὰρ κυάμων χύτραν φέρει.

id eſt: *Mortiferam ſemper fabarum ollam geſtat.*

f »ἐν δικαρίοις Σατύροις. Dalecampius, *Idem in Saty»ris bicipitibus.* Immo *in Icariis Satyris.* Nam omnino »legendum, ἐν δ' Ἰκαρίοις Σατύροις. Firmat correctio-

»nem vetus codex Meſſaei, [& multo etiam vetuſtior f »noſter cod. *A.*] ubi clare ſic legitur. Haec eſt illa *Ti-* »*MOCLIS* fabula *Icarii*, de qua dicebamus libro ſuperiore, »capite quinto. [ad VIII. 339. d.] Saepe laudat illam no- »ſter: ſed neque ex ipſo neque ex Suida diſcas, quod diſce- »re eſt ex hoc loco, integrum lemma eius fuiſſe *Icarii Sa-* »*tyri.* Δημοσατύρους quidem Nicoclis in Suida legas: ſed »alterius, non huius comici.« CASAUB. — Titulo fabulae Ἰκάριοι adiectum nomen Σάτυροι (quod iam ſaepius alibi obſervavimus) nil aliud ſignificat, niſi fuiſſe illud *drama ſatyricum.* Δημοσάτυροι fabula eidem *Timocli* (non diverſo ab hoc, de quo hic agitur) tribuitur ab Athenaeo noſtro, IV. 165. f. Sed (quod ibi oblitus eram monere) videndum, ne duobus verbis Δῆμοι Σάτυροι ſcribi titulus illius dramatis debuerit. Δῆμοι, id eſt, *populi* vel *pagi Attici*, titulus eſt fabulae Eupolidis, ſaepius Noſtro memoratae, atque etiam paulo poſt hunc locum in quo verſamur, pag. 408. d. Eumdem titulum fuiſſe ſuſpicor iſtius dramatis Timoclis, ſed fuiſſe illud (quemadmodum *Icarii*) *Satyricum* drama.

Verſ. 1. Pro vulgato οὐδ' ἐν, nude οὐδὲν ſcribendum monuit metri ratio. Sunt enim manifeſte trochaici verſus tetrametri catalectici. Quorum menſurae nullam prorſus rationem habentes ſuperiores editores, totam eclogam partim ut ſolutam orationem, partim veluti ſenarios iambicos adpoſuerant. Suis numeris reſtitutam eclogam dedit FIORILLO in Obſervationibus in Athen. pag. 7. adhibitâ eorum quae corrupta videbantur emendatione.

Verſu 4. connexio orationis omnino poſtulare videbatur, ut verbum in *primâ perſonâ* poneretur, ſive illâ ſingulari (quia ſequuntur & participia & verbum in ſingulari numero;) ſive etiam plurali, quia praecedit ἡμᾶς. Ad eumdem verſum notavit FIORILLO: »Δίων eſt διάτυρος, »ut alius homo αἰθὼν ἀνὴρ in Alexidis verſiculis apud »Athen. XI. 502. f.«

Sexto verſui quum non conſtaret metrica ratio, verbum καταλαβὼν idem FIORILLO in ξυγκαταλαβὼν mutandum cenſuit. Unde prodibat verſus huiusmodi:

Τηλέμαχον Ἀχαρνέα, σωρόν τε κυάμων ξυγκαταλα-
βών:

quem quo pacto ſuis numeris abſolutum exiſtimare ille potuerit, haud video equidem. Sin pro vulgatiore formâ

f nominis Ἀχαρνέα, alteram rariorem Ἀχαρνικὸν posueris, qua eumdem poëtam in superiore ecloga usum vidimus, omnia rite (ni fallor) procedent:

Τηλέμαχον Ἀχαρνικὸν, σωρόν τε κυάμων καταλαβών.

Octavus versus multiplici difficultate laborat. Eum sic scripsit doctus Goettingensis Observator, nullâ adnotatione adiectâ:

— υ — Κηφισόδωρος, περὶ τὸ βῆμ' ἐπέρδετο.

Ac statim quidem, intercidisse nonnihil initio versus, satis adparebat. Ex praecedente voce ὀρῷ coniecturam facere licuerit, excidisse aliquod adiectivum tale quale ὄρθριος, ὡριὸς, aut si quod reperiatur aliud commodius. ὥραιος propositurus eram, si ὥραιος antepenacute efferri, adeoque penultima diphthongus ob sequentem vocalem corripi posset. Tum vero terminatio nominis mendosa videtur. Nam, quae hîc dicuntur, ea manifeste ad *Telemachum*, non ad *Cephisodorum* quemdam, pertinent; nisi statuas, eumdem Telemachum cognomen *Cephisodori* habuisse. Sed multo probabilius videtur id, quod ADAMO placuisse video, Κηφισοδώρου scriptum oportuisse, ut *Telemachus* intelligatur fuisse *Cephisodori filius*. Cui coniecturae etiam ex alio Athenaei nostri loco species quaedam, haud fortasse contemnenda, accedit; scil. ex IV. 131. b. ubi nobilis citharoedus Κηφισόδοτος *Acharnensis* nominatur, adeoque ex eodem δήμῳ cum nostro *Telemacho*. Iam non equidem eo confugiam, ut ibi statuam cum Natali Comite (cuius subiecta admodum auctoritas est) Κηφισόδωρον scriptum oportuisse. Nam, ut taceam, in nullo Graeco codice sic legi, vulgatam vero scripturam Κηφισόδοτον amborum nostrorum optimorum codicum auctoritate firmari, Κηφισόδωρον ibi (ob syllabam φι in isto nomine necessario longam) ne ferebat quidem anapaestici metri ratio: quo magis miratus sum Virum doctum, quem modo laudavi, eumdem versiculum, ad quem & ipse l. c. provocavit, tacite sic corrigentem:

Κηφισόδωρον τὸν Ἀχαρνῆθεν.

Sed hoc dico: quemadmodum eumdem significatum habent, originem si spectes, duo nomina Κηφισόδωρος & Κηφισόδοτος, & in pronunciando etiam non multum differunt, sic fortasse eumdem hominem promiscue vel *Cephisodorum* vel *Cephisodotum* nominari potuisse, prout vel longiori quadam morâ vel breviori pronunciare nomen

aliquis voluiſſet. Denique, quod *in fine verſus* legitur vocabulum βῆμα, quod intactum *Fiorillo* reliquit, id quam hîc vim habeat, fateor mihi minime liquere. *Ad acdium ſcalas* vertit Dalecampius, neſcio quo fundamento niſus. Quod ſi de δημηγορίᾳ Telemachi his verſibus, quemadmodum ſuperiori eclogâ, ageretur; poſſit βῆμα *ſuggeſtus* intelligi: ſed ei hîc nullus erat locus. *Sellam* interpretatus eſt VILLEBRUNIUS: (*ſur ſon ſiège:*) quam recte, ipſe viderit. ADAMUM βρῶμα correxiſſe, idem Villebr. teſtatur. Ego, cum commodius certiusve nihil occurreret, ita interpretatus ſum quaſi βλάμμα (i. e. *damnum acceptum*) ſcriptum legeretur: quam tamen coniecturam hoc etiam incommodi habere intelligo, quod ἐπὶ τῷ βλάμματι potius, quam περὶ τὸ βλάμμα, dicendum fuiſſet.

ἦγε Πυανέψια πορδὴν ἑορτήν. Ad editum olim vocabulum πυανέψιαν, *iſto* quidem *accentu* manifeſte mendoſum, nihil e ms. *A.* adnotatum eſt: & ſilet prorſus Epitoma. Nec vero commodum putavi, cum MEURSIO (in Graeciâ Feriatâ p. 242.) Πυανεψίων corrigere: ſed in accuſativo plurali ſcribi, & tria ſubſtantiva per adpoſitionem (ut aiunt Grammatici) iuncta intelligi placuit. Notum eſt, feſtum τὰ Πυανέψια a τοῖς πυάνοις, id eſt, *fabis* & aliis *leguminibus*, tunc maxime *coqui ſolitis*, nomen habuiſſe. Qui cibi quum ſint inprimis *flatuoſi*, (quod etiam h. l. Dalecampius adnotavit) hinc ille Athenaei iocus, auribus quidem paulo delicatioribus non admodum ſeſe adprobaturus.

AD CAP. LXXIV.

HEMIOCHI verſus *tertius* ſic ſcriptus legebatur:

Οὐδὲ Παύσωνι φῆς τὸ δεῖνα προσελαχκέναι.

Ibi adnotavit CASAUBONUS: »Scribe:

»Παύσωνι φῆς τὸν δεῖνα προσελαχεῖν κέναι.«

Qui, primum, perſpecte illud vidit, delendam *initio verſus* vocem οὐδὲ, quae ſcilicet ex ſcripturae varietate temere irrepſerat, cum prō σὺ δὲ (*verſu praeced.*) perperam οὐδὲ in veruſto aliquo codice ſcriptum fuiſſet. Verbum autem προσελαχκέναι quo ſenſu propoſuerit vir doctus, haud ſatis ſcio. λαχῆσαι apud Heſychium exponitur πατάξαι. λακεῖν vero, ψοφεῖν, φθέγγεσθαι, ſonat. De verbo λαχεῖν, *ſortiri*, cogitaverat Dalecampius. Gal-

a licus interpres, Casauboni emendationem ob oculos habens, versum sic reddidit: *Ne dis-tu pas qu'un tel a fait une insulte a Pauson?* Videtur & hic & Casaubonus verbum, quo poëta h. l. usus sit, pro προσπαρδεῖν accepisse: quumque tale verbum non possit accusativum casum regere, τὸν δεῖνα pro τὸ δεῖνα scribendum censuerunt. At noster vetus codex *A.* (nam *Epitoma* de tota ecloga nonnisi pauca verba habet) perspicue προσλελαλῃκέναι dedit: quod nos recipere, adeoque & τὸ δεῖνα tenere debuimus. *Pauson* ille qui sit, de quo hîc agitur, nobis non liquet. *Pausonem* pictorem, cuius paupertas in proverbium abierat, ex Aristophanis Pluto novimus.

Quartus versus, ut eum edidimus, ita scriptus est in ed. Ven. & Bas. eodemque modo in cod. *A.*

καὶ πρᾶγμ' ἠρώτα με δυστράπελον πάνυ.

Cuius salebras minime explanavit Casaubonus, sic edens, καὶ πρᾶγμα ἠρώτα &c. plene scripto nomine. *Postre-*
b *mo versu*, pro τέλος commode ὅλος legebat Dalecampius; cuius versionem integram in illo versu tenuimus.

AD CAP. LXXV.

c Καί τις αὐτῷ (sic recte ms. *A.* non αὐτῶν) ἀπίντησεν, λέγων τὸ ἐν Ἰλιάδι· Ἦ ῥὰ &c. »Observant veteres, [Eustath. ad Iliad. ω'. pag. 1485. l. 18.] »semel omnino extare apud poëtam vocem χέρνιβον: cum alibi semper λέβητα hoc *vas* appellet. Locus est Iliadis ultimo libro. »[vs. 305.] At χέρνιβ legas alibi apud summum vatem: »sed notione diversa, pro ipsa nempe *aquâ lavandis manibus* effundendâ.« Casaubonus. — Rursus eamdem quaestionem tractat idem Eustath. ad Odyss. α'. p. 34. init. ubi mireris quod de loco ex Iliade hîc citato ait, *Quaerendum esse ubinam illa verba in Iliade legantur.*

Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν. Conf. infra, pag. 409. c. *Ibid.* Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου. »Memoriae lapsu »Athenaeum nominasse *Lysiam*, pro *Andocide*« observavit Taylor, in Lectionibus Lysiacis, in Reiskii Orator. Graec. Vol. VI. pag. 262. suffragante Ruhnkenio, in Historia Critica Orator. Graecor. Vol. VIII. ed. Reisk. pag. 138.

Χειρόνιπτρον δ' Εὔπολις ἐν Δήμοις. Etiam in fabulâ Κόλαξ, vocabulo illo usum esse *Eupolidem* adnotavit Pol-

lux, X. 90. *Tertium* verſum ex *Eupolidis* Δήμοις adpoſitum, iuſto breviorem eſſe adparet. Commodiſſime autem compleri poſſe nobis viſus erat inſertâ voce πάντας, & ad ſententiam & ad metrum peraptâ.

Ἐπίχαρμος δ' ἐν Θεώροις. Sic vetus codex cum ed. Caſ. 1. & 2. non Θεώροις, ut in ed. Caſ. 3. nec Θεωροῖς, ut in ed. Ven. & Baſ. Vide ad III. 106. f. Animadv. T. II. pag. 234. Qui adponuntur hic EPICHARMI verſus, ſenarios eſſe iambicos, cohaerentes cum illis qui lib. VIII. pag. 362. b. citati ſunt, ſcribendumque priore verſu τράπεζαι χαλκέαι, poſteriore vero λοιβάσια, λέβητες χάλκεοι, iam pridem in *Notis msstis* ad nos transmiſſis monuerat eruditiſſimus GROTEFEND. Eadem deinde a FIORILLO in Obſervationib. in Athen. p. 14. publice propoſita ſunt. Scriptura λοιβάσια adſcita ab his eſt ex lib. XI. p. 486. quo ex loco ſuſpicari licet, λοιβίδες fortaſſe hic ſcriptum oportuiſſe, quod vocabulum perinde aptum ad metrum eſt, & ad veteris ſcripturae veſtigia paulo propius accedit. Poſterior igitur verſus ſic ſonuerit:

χειρόνιβα, λοιβίδες, λέβητες χάλκεοι.

De quo etiam CASAUBONUS monuerat, notans ad hunc locum: »Fortaſſe verum erat, λοιβίδες, λέβητες χάλκεοι.« — De metri ratione non cogitaverat vir doctiſſimus.

Εὔπολις ἐν Χρυσῷ Γένει. Aliud egerat TOUPIUS, (nisi e typothetae is error eſt) cum locum hunc citans in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 160. ed. Lipſ. ſcriberet ἐν Χρυσῷ λέγει. Paulo ante de huius fabulae titulo dictum eſt, ad p. 406. c. *Ibid.* Ἀμειψίας Σφενδόνῃ. Sic ſcripſi cum TOUPIO l. c. Vide VI. 270. f. & cf. Pollucis Interpretes, lib. IX. ſect. 96. & X. 31. Sed eamdem emendationem iam a CASAUBONO video occupatam, ſic ad h. l. monente: »Etiam illud non recte, Ἀμειψίας Σφενδῶνι. Melius »libro ſexto Σφενδόνῃ. Sed &, Φειδῶνι eſſe ſcriben»dum, poteſt videri ex libro decimo.« — Nempe lib. X. pag. 446. vulgo Ἀμειψίας Φειδωνι edebatur; ſed ibi ex eodem noſtro cod. *A.* (e quo hic ad vulgatum Σφενδῶνι nihil adnotatum video) Ἀμειψίας Φενδωνι (absque accentu) notatum: ut de vera ſcriptura nonnihil etiamnum addubitare ſubeat.

Φιλύλλιος δὲ ἐν Αὐγῇ. Sic recte Ms. cum ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. pro quo mendoſe ἐν Αἴγῃ ſcribitur in ed. Caſ.

2. & 3. *Ibid.* κατὰ χειρῶν εἵρηκεν. Ex hoc *Philyllii* & proximo *Menandri* teſtimonio adparet, quam fruſtra ſit, quod ait Moeris Atticiſta, pag. 236. κατὰ χειρὸς, Ἀττικῶς. κατὰ χειρῶν, Ἑλληνικῶς. Item Thomas Mag. p. 510. Κατὰ χειρὸς ὕδωρ ἐδέξατο λέγε· οὐ, κατὰ χειρῶν. Duorum, quos hìc nominavit auctor, poëtarum auctoritati accedit tertia, *Antiphanis*, ſic ſcribentis,

ἐπεὶ δ' ὁ τρίπους ἥρθη, κατὰ χειρῶν τ' εἴχομεν:

apud Noſtrum, lib. II. p. 49. c. *Philyllii* verſus, ſunt iambici tetrametri catalectici: quorum in primo, pro vulgato ἀλλὰ φέρειν, corrigendum eſſe ἀλλ' ἀφαιρεῖν perſpecte monuerat Dawes, in Miſcellan. Crit. p. 76.

f Μένανδρος, Ὑδρίᾳ· Οἱ δὲ κατὰ χειρῶν &c. *Clericum*, verſum iſtum in Menandri Reliquiis pag. 178. imperite dirimentem, merito caſtigavit Bentley, in Emendationib. pag. 61. Commodiſſime procedens verſus eſt trochaicus tetrameter.

AD CAP. LXXVI.

Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικὸς, ἐν τοῖς Πρὸς τοὺς Καλλιμάχου Πίνακας, χλευάζει τοὺς οὐκ εἰδότας τὴν διαφορὰν τοῦ τε κατὰ χειρὸς καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι, &c. »ἐν τοῖς Πρὸς τοὺς Καλλ. Πίνακας: id eſt: *in iis quae ſcripſit* [intelligere poſſis ὑπομνήμασι, *Commentariis*] *ſuper* »*Scriptorum Indicibus quos ediderat Callimachus.* De *Callimachi* in hoc genere diligentia & ſcriptis libro ſexto »ſatis, capite decimo. [ad VI. 244. a.] Ait autem Πίνακας, non Πίνακα: quia diverſa genera auctorum in »diverſas tabulas Callimachus coniecerat. Caeterum obſervationem Aristophanis *Grammatici*, quae hìc commemoratur, paulo poſt falſi convincit Athenaeus.« Casaubonus. — Vide pag. 410. b. c.

a *Mox dein*, perperam ſic edebatur, Ὅμηρος τῇ μὲν φησὶ νίψασθαι· Παρὰ δὲ ξεστὴν &c. ubi monuit Casaubonus: »Haec diſtinguuntur non recte: nam νίψασθαι principium »eſt Homerici verſus. Sic enim poëta non uno loco:

»Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ κατέχευε φέρουσα
»νίψασθαι· παρὰ δὲ ξεστὴν &c.«

Vide Odyſſ. α'. 138. δ'. 54. ιη'. 174. κ'. 370. &c. Alterum Poëtae teſtimonium eſt ex Odyſſ. α'. 146 ſq.

καὶ Σώφρων ἐν Γυναικείοις· Τάλαινα Καικόα &c. »In

» *Sophronis* teſtimonio fieri poteſt, ut proprium barba- a »rae ancillae nomen ſit *Caecoa*: ſed & corruptum ac cor- »rigendum videri poteſt ex idiomate Dorico, αἱ κοᾷς vel »κοᾶς, *ſi auſcultas, ſi vis tandem ad ea quae dico animum* »*advertere.*« Casaubonus. — Silet Epitoma: in cod. *A.* hic quidem καὶ κοα (ſic) ſcribitur: ſed, vel Καικόα, ut hoc loco editum, ſive rectius Κοικόα, nomen fuiſſe illi puellae, oſtendimus ad IX. 380. e. Si Caſaubonus, cum Animadverſiones in hunc locum ſcriberet, iam tum inſpiciendi codicis Huraldini facultatem habuiſſet, de emendatione modo propoſita non erat cogitaturus. Sed praedicti codicis copia poſtmodum demum ei conceſſa eſt: quare quae ad pag. 380. e. ex illo codice a Caſaubono adnotata retulimus, ea in ed. Caſ. 1. in *Addendis ad Animadverſiones* in fine operis leguntur. *Sophronis* verba, cum continuâ oratione ſic vulgo hîc edita eſſent, Τάλαινα Καικόα κατὰ χειρὸς δοῦσα ἀπόδος ποθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν: Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. pag. 325. in duo *cola* (non legitimos *verſus*; conf. eumdem Valcken. ibid. pag. 200.) ſic diſtinxit:

»Τάλαινα Κοικόα, κατὰ χειρὸς δοῦσα,
»ἀπόδος ποθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν.

Adiectâ Notâ: »Ille ſuo more dederat ἀμῖν τὰν τράπε- »σδαν, ut Alcman apud Athen. III. pag. 111. a. « — Nobis quum vetus noſter codex πόχ' ἀμῖν τὰν dederit, etiam reliqua duo verba δοῦσα & τράπεζαν in Doricas formas δοῖσα & τράπεσδαν refingenda viſa ſunt.

παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ· Εἰς Χερνίβ' ὡς βαλ. &c. Eſt in *Euripidis Hercule furente* verſus 929. ubi Χέρνιβ', accentu in prima ſyllaba poſito, vulgo editur: & ſic hîc quoque apud Athenaeum in ed. Caſ. ſcribitur, perperam id quidem. Nam apud Euripidem recte χέρνιβ' ſcribere editores potuerunt, ſi ita in veteribus codicibus ſcriptam vocem invenerunt: at hîc diſerte adfirmat Athenaeus, *apud Euripidem* (nempe, ipſius Athenaei aetate; in eis certe exemplaribus, quorum ipſe notitiam habuiſſet) *penacute ſcribi* illud vocabulum. Et χερνίβ' ὡς recte expreſſum in ed. Ven. & Baſ. eodemque modo ſcribitur in ms. *Epit.* atque etiam in ms. *A.* ubi quidem absque eliſione Χερνίβα ὡς exhibetur. Monuerat Fabricius in Bibl. Graec. T. I. pag. 646. fabulam Euripidis *Herculem furentem* ab Euſtathio ad Iliad. κ'. pag. 738. [l. 32.] ſim-

b pliciter Ἡρακλῆν vocari. Poterat eiusdem usus aliud exemplum ex hoc Athenaei loco petere, rursusque ex Schol. ad Aristophanis Pac. vs. 959. Illud adhuc notemus, apud eumdem Eustathium, ubi hunc Athenaei locum, qualis in Epitoma contractus legitur, ob oculos habuerat, (in Comment. ad Odyss. α'. pag. 33. l. 50.) perperam εἰς χερνίβος pro εἰς χερνίβ' ὡς scribi. In nostro quidem codice Epitomae recte εἰς χερνίβ' ὡς scriptum.

Eupolidis versiculus, ex fabulâ *Capris*, est anapaesticus dimeter catalecticus, aut posterius hemistichium tetrametri. *Mox dein*, περιῤῥαίνοντες scribitur in ms. *Epit.* rectius quam vulgo edebatur.

Ἔστι δὲ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον &c. »*Lustralem aquam* »intelligit, de qua olim nonnulla ad Theophrastum.« Casaubonus. — Vide Casaub. Comment. ad Theophr. Charact. pag. 287 sq. ad cap. XVI. περὶ Δεισιδαιμονίας.

γεγονότα παρὰ τὸν παρακείμενον, τὴν παραλήγουσαν τοῦ παρακειμένου φυλάσσουσιν, ἂν τε ἔχῃ τοῦτον διὰ τῶν δύο μμ λεγόμενον, βαρύνεται. Sic exhibui grammaticalem istum canonem, qualem ad verbum dedit vetus codex *A.* nisi quod, ubi φυλάσσουσιν & ἄν τε ἔχῃ scripsimus, ille mendose sic scriptum habet, φυλάσσουσάν τε ἔχει. Paulo quidem commodius videri poterat id quod Epitomator dedit, suo iudicio (ut passim alibi) nonnihil mutans, in hunc modum, τὴν παραλήγουσαν τοῦ παρακειμένου φυλάσσοντα, ἔχοντά τε τοῦτον διὰ τῶν δύο μ λεγόμενον. Eadem fere verba, nonnullis rursus mutatis, habet Eustath. ad Odyss. α'. p. 33 extr. Quin vero turbata prorsus fuerint quae in editis Athenaei exemplis hîc legebantur, nemo facile iverit inficias. Ea vulgo sic habebant: γεγονότα παρὰ τὸν παρακείμενον διὰ δύο μμ. λεγόμενον, τὴν παραλήγουσαν τοῦ παρακειμένου φυλάσσοντα ἔχει βαρύνεται.

c Deinde haud dubie vera erat scriptura κέκλεμμαι, quam dabat Epitoma, & ex ea Eustathius, non κέκλαμμαι: nam utrumque quidem per se recte dicitur; at hîc desiderabatur forma verbi, eamdem in penultimâ syllabâ vocalem habens, quae maneat in nomine inde derivato. Item βοόκλεψ, rectius idem ms. *Ep.* & Eustath. quam βοΐκλεψ aut βοοίκλεψ. Similiter sane composita sunt βοοβόσκος, βοοζύγιον, & id genus alia, denique βουκόλος & reliqua omnia quae a βου incipiunt, quod ex βόο contra-

ctum. Perperam autem h. l. distincta in plerisque editionibus verba erant. In ed. Ven. & Baſ. quidem ſic: κέκλαμμαι βοίκλεψ. παρὰ σοφοκλεῖ ἑρμῆς κατώβλεψ. παρὰ ἀρχελάῳ &c. In ed. Caſ. 1. & 2. autem in hunc modum: κέκλαμμαι βοΐκλεψ, παρὰ Σοφοκλεῖ. Ἑρμῆς κατώβλεψ, παρὰ Ἀρχελάῳ &c. Rectius ſic distinguitur in ed. Caſ. 3. κεκλάμμαι βοΐκλεψ, παρὰ Σοφοκλεῖ, Ἑρμῆς. κατώβλεψ παρὰ Ἀρχ. Nam hoc dicit auctor, (quod & recte Dalecampius viderat) *vocabulum* βοόκλεψ *eſſe epitheton Mercurii apud Sophoclem*, nempe a bobus Apollini ſubreptis: quo reſpectu idem Mercurius βοπλάτης (*boum abactor*) dicitur in Epigrammate quodam, ut ab H. STEPHANO obſervatum eſt, in Theſ. T. I. pag. 778. c. & 777. g. h. Epigramma illud habes in Analectis Brunckii, T. II. p. 223. num. 41. In Epitoma quidem haec conciſe ſic leguntur: κέκλεμμαι βοόκλεψ· κατώβλεψ. Iam illud mirari ſubiit, quo pacto Grammaticus, quisquis fuerit, a quo hunc canonem mutuatus eſt Athenaeus, nomina iſta, quae omnia *activum* habent *ſignificatum*, a praeterito *paſſivo* derivare potuerit; quae a *futuro* vel *primo aoriſto activo* potius derivanda erant. Taceo, quod, ſi vel maxime a praet. paſſ. derivare velles, a ſecunda perſona, non a prima, deducenda fuerant. c

[βέβλεμμαι] κατώβλεψ, παρὰ Ἀρχελάῳ ἐν τοῖς Ἰδιοφυέσσιν. Deeſt verbum βέβλεμμαι non modo ſuperioribus editionibus, verum etiam utrique noſtro cod. msto. At, quoniam reliqua omnia praeterita, a quibus derivata ſtatuuntur nomina verbalia, diſerte adiecta ſunt, non videtur hoc unum ab Athenaeo praetermiſſum, ſed librariorum negligentiâ omiſſum: rectèque feciſſe Euſtathium exiſtimavi, quod ſic ſcripſerit, (ad Odyſſ. α'. p. 34. init. l. 2.) κέκλεμμαι, βοόκλεψ. βέβλεμμαι κατώβλεψ. Intelligendum autem κατώβλεψ, haud dubie, Libycum illud animal, quod κάτω βλέπον apud Noſtrum V. 221. b. & apud Aelian. Nat. Anim. VII. 5. *catoblepas* vero apud Plinium & alios vocatum ſupra vidimus. Cuius animalis mentionem factam eſſe conſentaneum eſt ab ARCHELAO, ἐν τοῖς Ἰδιοφυέσσι, nempe in libro qui τὰ Ἰδιοφυῆ inſcriptus erat, id eſt, ut VOSSIUS interpretabatur, (DE Hiſtoricis Graec. lib. III. pag. 329.) *De Proprietate Naturae*; ſive, ut nobis viſum erat, *De Rebus ſingulari Natura praeditis*; aut, quemadmodum rectiſſime fortaſſe HARDUINUS acceperat in In-

c dice Auctorum a Plinio laudatorum, *De Rebus quae singulis in Locis Propriae gignuntur.*

ἐν δὲ ταῖς πλαγίοις, scil. πτώσεσι: *in casibus obliquis.* Sic vetus cod. *A.* (In *Epit.* haec desunt.) Qui nesciverunt, perinde & ἡ πλάγιος & ἡ πλαγία recte dici, ii ex πλαγίοις fecere πλαγίαις.

Ἀριστοφάνης δ', ἐν Ἥρωσι, χερνίβιον εἴρηκεν. »Eius fa»bulae mentio apud Pollucem, libro VII. cap. 2. [sect. »15.] Sic enim concipienda ista illius: Τούτων δὲ (mer»cantium) καὶ θεοὶ ἴδιοι, ὁ ἐμπολαῖος Ἑρμῆς, καὶ ὁ ἀγο»ραῖος. καὶ ἐμπόλῳ Διοσκούρω ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης. Me»minit & capite sequenti, & alibi saepius. Itemque Har»pocration, in Πνελίδα. Etiam Menander *Heroëm* docue»rat.« CASAUBONUS.

AD CAP. LXXVII.

Ἐχρῶντο δὲ - - καὶ σμήματι, ἀπορρύψεως χάριν. Desunt haec Epitomae. Sed σμήματι, non σμήγματι, habet ms. *A.* cum ed. Ven. Moxque deinde, in *Antiphanis* testimonio, σμῆμα habet uterque codex, & Eustath. ad Od. α'. pag. 33. l. 43. rursusque in *Philoxeni* eclogâ σμήμασιν habet ms. *A.* absque γ literâ; quae praeter necessitatem ab editoribus, partimque forte etiam a iunioribus librariis, inserta est. Sicut σμῆγμα a σμήχω derivatur, sic σμῆμα a verbo σμάω, quod idem significat: de quo diserte etiam Eustathius monuit, ad Od. α'. pag. 34. l. 10. Conf. Etymol. pag. 253. l. 16. & pag. 709. l. 47. Immo, auctore Phrynicho, p. 108. & Thoma Magistro, p. 802 sq. σμῆμα & σμῆσαι, Attica sunt; σμῆγμα & σμῆξαι, ab Atticismo aliena. ἀπορρύψεως, ut geminatâ ρ literâ scriberem, usus & analogia admonuit. ἀπορύψεως hîc vulgatum erat.

d De ANTIPHANIS fabulâ *Coryco*, id est, *Perâ*, vide ad IV. 161. a. notata. In *primo versu*, qui ex ea citatur, labans metrum commodissime nobis fulciri visum erat inserto pronomine μοι, in quo praeivit nobis KOPPIERS, in Observatis Philolog. pag. 41.

»Ὅτι δὲ καὶ εὐώδεσι τὰς χεῖρας κατεχρίοντο, τὰς »ἀπομαγδαλιᾶς [peius etiam, duabus vocibus, ἀπὸ μαγδαλιᾶς edebatur] »τιμὰς ἀτιμάσαντες. Ait εὐώ-

» δεσι: nempe σμήγμασι, vel χρίσμασι. Et deeſt fortaſ- d
» ſe, non ſolum abeſt, altera harum dictionum. Sed ap-
» paret, ſtudio brevitatis ita eſſe locutos: nam & paulo
» poſt iisdem verbis utitur Athenaeus; & mox quoque
» in Antiphanis verſu, εὐώδη λαβὼν, ſimpliciter. « [Immo
vero, apud Antiphanem habes εὐώδη τὴν γῆν. At hic, &
paulo poſt, ad εὐώδεσι poſſis & φαρμάκοις, & generatim
χρήμασιν, intelligere. Denique nihil vulgatius, quam ta-
lia neutra pluralia, quale τὰ εὐώδη, pro, *res odoratae*,
odoramenta, *odores*.] » Sed quinam illi fuerunt, obſecro,
» *magdaliarum honores?* Fictitii nempe, & nugatorii: imo
» nugatoris alicuius figmentum. Legendum aio, τὰς ἀπο-
» μαγδαλίας ἀτιμάσαντες. [ſive rectius τὰς ἀπομαγ-
δαλιὰς ἀτιμασ. conf. Animadv. ad IV. 149. c. ubi pro
eo quod eſt, *Oxytona ſcriptura apud Pollucem*, ſic corrigat
eruditus lector, *Oxytonam ſcripturam apud Poll.*] » Oſci-
» tans librarius, bis ſcriptis aliquot literis, bellam iſtam
» lectionem peperit. Addit, ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐκάλουν
» κυνάδας. Ex re ipſa nomen: nam apomagdalias *canibus*
» proiiciebant. Etiam fuere qui κύνας appellarent, non tan-
» tum κυνάδας.« CASAUBONUS. — Vide locum modo ci-
tatum, IV. 149. c. ibique notata, & Heſychium in Κυνά-
δες & quae ibi notarunt Interpretes. Nihil iſtorum habet
Epitoma. Cum editis vero in eodem errore verſatur ms. *A*.
Sed adeo certa viſa eſt Caſauboni emendatio, ut eam ad-
optare non dubitaverim.

Ἐπιγένης ἢ Ἀντιφάνης φησὶν, ἐν Ἀργυρίου ἀφανισμῷ. Eodem titulo, quaſi *Argenti evaneſcentia*, ſive *Argentum per-
ditum*, fabulam tributam vidimus Philippidi comico, VI. 230. a. *Poſterior verſus*, qui ex ea fabula hic citatur,

Τὰς χεῖρας, εὐώδη λαβὼν τὴν γῆν: e

cum a fine non ſit integer; adnotavit CASAUBONUS: » Potes explere verſum, εὐώδη λαβὼν, τὴν γῆν δ' ἅμα.« — Quod adſumentum mihi plane ab auctoris mente viſum erat alienum. Non enim, ut bis paulo ante, ſic nunc τὰ εὐώδη in *neutro plurali* intelligenda ſunt; ſed iuncta intelligi verba debent τὴν εὐώδη γῆν, quemadmodum Dalec. accepit, *terram odoratam* vertens. Fuerint autem cum aliae terrae odoratae & varia ſalium genera in lavandi uſum adhibita, tum praeſertim *nitrum* quod olim dicebatur, hodie *natrum*: de quo conſuli poſſunt quae ad Hippocratis libellum de Aëre, Aqua & Locis adnotavit doctiſſimus

e CORAY, pag. 109 ſq. & qui ab illo laudatur FOESIUS in Oecon. Hippocr. pag. 432.

καὶ Φιλόξενος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Δείπνῳ φησίν· Ἔπειτα δὲ παῖδες &c. De difficultate qua premuntur verſus qui ex *PHILOXENI Cytherii* carmine, quod *Coena* ſ. *Convivium* inſcriptum erat, ſubinde a Noſtro recitantur, conquerentem audivimus Caſaubonum ad IV. 146. f. Animadv. Vol. II. p. 485 ſq. Haud ſpernendam vero operam in colligendis ex Athenaeo variis carminis huius fragmentis, & ad ſuos numeros revocandis nuper poſuit vir cum ingenio tum doctrina minime vulgariter politus, quem iam ſubinde laudavimus, *Raphaël* FIORILLO, in Obſervationibus Criticis in Athenaeum pag. 86 ſqq. Cuius ex obſervatis liquere videtur, non tam *hexametrico* aut *dactylico* genere, ut nobis olim viſum erat, (Animadv. Vol. II. p. 487.) quam *anapaeſtico* concinnatum illud carmen fuiſſe. Quod utcumque ſit, ob vulnera quibus paſſim adfecta ſunt quae ad nos pervenerunt fragmenta, difficile tamen fuerit verſuum omnium menſuram reſtituere, ac multa incerta manebunt: quare non poenitet nos, verba *Philoxeni* ita quidem adpoſuiſſe, ut ipſo adſpectu moneretur lector verſibus ea fuiſſe olim adſtricta, ſed ut tamen verſus ipſos praeciſe inter ſe distinguere non auderemus. At gratum tamen nos facturos Athenaei lectoribus confidimus, ſi, quo pacto illud ipſum fragmentum, quod hic Auctor noſter adpoſuit, in anapaeſticos verſiculos a docto Goettingenſi Obſervatore ſit digeſtum, expoſuerimus. Is igitur, poſtquam monuit, cohaerere initium huius fragmenti cum extremis verbis illius longioris eclogae, quae libro IV. pag. 147. adpoſita eſt, verſiculos de quibus nunc maxime quaerimus, ſic ſcribendos distinguendosque cenſuit: (l. c. pag. 89.)

» — Ὅτε δὲ ἤδη
» βρωτύος, ἠδὲ ποτᾶτος,
» ἐς χόρον ἧσμεν ἑταῖροι·
» τῆνα μὲν ἐξαπαείρεον
» δμῶες· ἔπειτα δὲ παῖδες
» νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρὸς,
» σμήγμασιν ἰρινομίκτοις
» χαιροθάλπτες ὕδωρ ἐπεγχέον-
» τες, τόσον ὅσον ἔχρηζεν.
» εἶτ' ἐκτρίμματα λαμπρὰ

» σινδονυφῆ δίδοσαν
» χρίματά τ' ἀμβροσίοδμα, e
» καὶ στεφάνους ἰοθαλέας.«

Sed age iam, quae in singulis verbis notanda sunt, percurramus. Pro κατὰ χειρῶν, quod hîc legitur, superiori loco κατὰ χειρὸς erat. σμήμασιν, de quo iam modo monebam, dedit ms. *A*. Pro ἰρινομίκτοις, doctissimus IACOBS, si modo recte equidem percepi, ἰρινόμικτα proposuit in *Notis mstis*, quod ad νίπτρα referretur: at rectius utique videtur, σμήμασιν ἰρινομίκτοις. Pro mendoso χαιροθαλπὲς, quod erat editum, idem vir doctus in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. I. pag. 33. πυριθαλπὲς coniectaverat; in *Notis* vero *mstis*; postea nobiscum communicatis, ἠφαιστοθαλπὲς maluit. Nobis cum χαιρεθαλπὲς dederit vetus codex mstus, haud dubie χλιεροθαλπὲς in eâ scripturâ latere visum erat. In ἐπεπεγχέοντες, quod habet codex noster, an aliud quid lateat quam ἐπεγχέοντες, nescio: illud video, haud satis commode procedere versiculum in quo hoc verbum occurrit. Coniectare licuerat ὑπεπεγχέοντες, si quid inde promoveretur. Immo aptius ad versum videri poterat simplex verbum χέοντες vel ἐγχέοντες. Pro vulgato vero χρίματ', χρίματά τ' scriptum oportuisse adparebat.

DROMONIS versus ex *Psaltriâ* mendose scripti digestique in editis (& praesertim in ed. Cas.) legebantur in hunc modum:

Ἐπεὶ δὲ ᾗττον † ἦμεν ἠριστικότες
περιεῖλε τὰς τραπέζας, νίμματ' ἐπέχει τις
ἀπενιζόμεθα τοὺς στεφάνους. πάλιν δὲ σπορίνους
λαβόντες ἐστεφανούμεθα.

Ad quae monuit CASAUBONUS: »Tolle notam defectus, »sine caussa inustam huic *Dromonis* versui:

»Ἐπεὶ δὲ ᾗττον ἦμεν ἠριστικότες.

»Sed recitabimus & reliquos: sunt enim corruptissimi. »Eos autem hoc modo concinnamus:

»περιεῖλε πάσας τὰς τραπέζας, νίμματα
»ἐπέχει τις, ἀπενιζόμεθα, τοὺς στεφάνους πάλιν
»τοὺς ἰρίνους λαβόντες ἐστεφανούμεθα.«

In ed. Ven. pro *primo versu* nonnisi haec verba ponuntur, Ἐπεὶ δὲ ᾗττον ἠριστικότες: tum pro *secundo versu*: ἦμεν, περιεῖλε τὰς &c. Vetus codex *A*. vero & ante & post ἠριστικότες, verbum ἦμεν habet: unde facile intelligeba-

tur, initio *secundi versus*, pro ἦμεν, ἣ μὲν debuisse librarium: ἣ μὲν, scil. παιδίσκη, aut alia *mulier*, de qua ante dictum fuerat. Ingeniose vero & probabiliter admo-
f dum τοὺς ἱρίνους pro σποδίνους correxit Casaub. Nec vero spernenda Gallici interpretis coniectura, δ' ὀπωρινούς: in qua etiam δὲ particula, quam post πάλιν habent libri, servata est.

AD CAP. LXXVIII.

Ἀριστοφάνης· Ὥσπερ ἀπόνιπτρον &c. Versum habes in *ARISTOPHANIS Acharnens.* num. 616. ubi ἐκχέοντες scribitur, nec aliter debuit: omninoque corrigendum fuit quod hic legebatur, ἐγχέοντες.

Ἴσως δὲ καὶ τὴν λεκάνην οὕτως ἔλεγον, ἐν ᾧ τρόπῳ χειρόνιπτρον. »Totidem literis haec descripsit auctor *Epito-*»*mae:* praeter morem suum ille quidem; non enim magis »ipse haec, opinor, intellexit, quam nos facimus.« Casaubonus. — At, quid in illis verbis obscuri deprehenderit vir doctissimus, aegre equidem exputare possum. Recte, ad verbum, interpretatus erat Dalecampius: *Fortasse etiam pelvim sic appellarunt, quemadmodum etiam* χειρόνιπτον, *malluvium.* Nempe, quum apud Aristophanem, loco modo citato, ἀπόνιπτρον non tam *pelvim* denotet, quam ipsam *aquam in qua vel manus lotae sunt vel pedes*, nunc hoc dicit Athenaeus: *fortasse vero, quemadmodum* χειρόνιπτρον *pelvim dixerunt Attici*, (veluti Eupolis, cuius testimonium paulo ante adlatum est pag. 408. d.) *sic etiam* ἀπόνιπτρον *non modo aquam in qua lavimus, verum etiam pelvim dixere.* Unum video quod in istis verbis paululum turbare possit lectorem, nempe dictionem ἐν ᾧ τρόπῳ: at ea idem valet ac brevior formula ᾧ τρόπῳ, prorsus ut Latine perinde & duabus vocibus, *quo modo*, & tribus, *quem ad modum*, dicimus.

a ὡς καὶ Κλείδημος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐξηγητικῷ. προ-ϑε)ς γὰρ &c. »*Clidemus*, antiquissimus scriptor, ob-»scuras voces collegerat & exposuerat, libroque suo ti-»tulum indiderat Ἐξηγητικῷ: non ut posteri eius, qui »commentarios eius argumenti vocarunt Λεξικά. Hebraei »antiquissimi *hgaruch*, [literâ *ain* initio vocis] quasi di-»cas στοιχείωσιν, propter digestas κατὰ στοιχεῖον dictio-»nes. De hoc libro censeo loqui auctorem Etymologici,

» cum in Τριτοπάτορες [p. 768.] ita ſcribit: Ὁ δὲ τὸ Ἐξη- a
» γητικὸν ποιήσας, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησιν αὐτοὺς εἶναι. Lau-
» datur & *Anticlidis* Ἐξηγητικὸν, itemque aliorum; ſed cum
» adiectione auctoris quem ſunt interpretati. Caeterum ex
» ſubiecto *Clidemi* loco duo colligimus: non vocum tan-
» tum antiquarum expoſitionem continuiſſe id Exegeticon,
» ſed etiam morum priſcorum, & inſtitutorum ac rituum.
» Deinde autem, non ſolutâ oratione id ſcriptum fuiſſe,
» verum numeris adſtrictâ: quomodo & Philetas & Ni-
» cander idem argumentum tractaverant. Scribo ſic Athe-
» naei verba: προθεὶς γὰρ περὶ ἐναγισμῶν, γράφει τά-
» δε: non προσθεὶς, ut editum eſt. Nam illa, περὶ ἐνα-
» γισμῶν, ſunt tanquam lemma & inſcriptio ſubiectae tra-
» ctationis. De hoc uſu verbi προτιθέναι in libris commen-
» tariis, dictum eſt ante non uno loco. [vide notata ad
VII. 281. e.] » *Clidemi* verba *ritum parentationum & formu-*
» *lam veterem* complectuntur. « Casaubonus. — Nobis
προθεὶς recte dedit codex *A.* qui in *Clidemi* verbis nil
mutat, niſi quod βλέπε dederit, ubi βλέπων edebatur,
& deinde ἀπόνιμμα, & ἔπειτα αὖθις, plene ſcri-
pſerit. Eadem verba habet codex *Epit.* ſed deſinit in iſtis,
οἷς θέμις: in ſuperioribus vero & ipſe βλέπε, non βλέ-
πων ſcribit, & ἀπόνιμμα absque eliſione effert. Idem co-
dex initio quidem βόβρον habet: (ubi haud dubie βόθρον
ſcripſerat Epitomae auctor, ex Odyſſ. κ'. 517. & λ'. 25.)
deinde vero in παρὰ τὸν βόθυνον cum ms. *A.* & editis con-
ſentit. Primum verbum, *penacute* in editis (neſcio an & in
cod. *A.*) ſcribitur Ὀρύξαι, ut ſit infinitivus, notione imperа-
tivi: Ὄρυξαι vero *antepenacute* effertur in *Epit.* quaſi eſſet
imperativus verbi medii. Iam verſus, quibus iſta verba
continentur, qui in msstis noſtris codicibus non distinguun-
tur, (quod in univerſo Athenaei opere numquam in il-
lis factum) in editis ſic distincti ſunt:

Ὀρύξαι βόθυνον πρὸς ἑσπέραν τοῦ σήματος.
ἔπειτα παρὰ τὸν βόθυνον πρὸς ἑσπέραν βλέπων,
ὕδωρ κατάχεε, λέγων τάδε·
Ὑμῖν ἀπόνιμμ' οἷς χρὴ καὶ οἷς θέμις,
ἔπειτ' αὖθις μύρον κατάχεε.

Ubi, ut taceam tertium verſum manifeſte mutilatum, re-
liquorum omnium nullus iuſtam habet menſuram. Quo-
rum ſi emendationem tentare licet, tali quodam modo
ſcribendi fuerint:

a Βόθυνον [sive Βόθρον] πρὸς ἑσπέραν ὀρύξαι σήματος. ἔπειτα παρὰ τὸν βόθυνον ἐς ἑσπέραν βλέπε.
—— —— ὕδωρ κατάχεε, λέγων τάδε·
»Ὑμῖν ἀπόνιμμ', οἷς χρὴ, καὶ οἷς θέμις. « ἔπειτ' αὖθις μύρον κατάχεε. —

De re, quae hìc agitur, praeter Homeri loca paulo ante citata, conſuli poteſt Apollonius Rhod. III. 1031 ſqq. & 1206 ſqq.

»Poſtea additur, Παρέθετο ταῦτα [rectius fortaſſe »ταὐτὰ] καὶ Δωρόθεος, φάσκων καὶ ἐν τοῖς τῶν Συγα»τριδῶν πατρίοις τάδε γεγράφθαι. Graeci πάτρια ap»pellant *antiqua inſtituta*, & fere *publica* civitatis alicuius »& populi. Ita dixit libro octavo [p. 346. c.] τὰ τῶν Σύ»ρων πάτρια Athenaeus. Deeſt vox νόμιμα in hac locutio»ne, ut ſaepe in hac lingua. At πάτρια Συγατριδῶν quo»modo interpretabimur? Liquido conſtat nobis, corru»ptam lectionem eſſe. Exiſtimo corrigendum, ἐν τοῖς τῶν »Θυατειρηνῶν πατρίοις: *in libro De Inſtitutis & Mori»bus Thyatirenorum.* « Casaubonus. — Corruptam eſſe vulgatam ſcripturam, nemo dubitaverit. Emendatio autem Caſauboni tantisper videri poterat ſpeciem habere, donec melius aliquid occurriſſet. Nec vero iam illud urgeam, quod Adami verbis coniecturae Caſauboni Villebrunius appoſuit: »eſſe *Thyatira* urbem recentioris originis, quip»pe a Seleuco, Alexandri olim duce, conditam. « Cui reſpondere Caſaubonus poterat, non tunc primum a Seleuco fundatam, ſed inſtauratam & novo nomine donatam eſſe urbem, quae iam olim & exſtitiſſet & frequentata fuiſſet. vide Stephanum Byz. in Θυάτειρα. At multo probabilius debebat videri, quod eidem Adamo placuiſſe idem Villebrunius refert, agi hic de *pagi alicuius Attici priſcis inſtitutis*, eſſeque Συγατριδῶν ex Θυργωνιδῶν corruptum. Fuerunt autem Θυργωνίδαι, Suida teſte, *pagus Atticus*, *tribus Ptolemaidis*; *ex priſca Aeantide tribu* (ut docet apud Harpocrationem Nicander) *in Ptolemaidem tribum translatus.* Quod vero ait Athenaeus, φάσκων ἐν τοῖς τῶν Θυρ. πατρίοις: nil neceſſe eſt ut de ſingulari aliquo libro cogitemus, quem de iſto argumento ediderit Dorotheus: qui potuit iſta tradere in aliqua parte ſpiſſi operis, quod τῆς Ἀττικῆς Λέξεως συναγωγὴ fuit inſcriptum; de quo vide ad VII. 329. d.

b καὶ μετὰ τὸ ἀπόνιμμα ἀνακινήσας εἰς ταυτὸ ἔγχεε. Mi-

re DALECAMPIUS: *ac poſt eam ablutionem agitatum & in unum coactum affunde:* qui *agitatum* intelligebat *ſanguinem*, quem (ut in adiectâ Notâ declarat) »e venis aut aliqua »alia parte eductum« exiſtimaverat. Ego quidem illud καὶ μετα, pro μετὰ ταῦτα accepi: tum vero ἀνακινήσας τὸ ἀποκιμμα ἔγχεε εἰς ταυτό: *recipe aquam quae luſtrando inſerviit, agita illam*, (ut nimirum ſordes omnes ſimul cum illa effundere poſſis) *& in unum locum* (in ſcrobem effoſſam; ſive in mare) *infunde.* Sic apud Homerum, Iliad. α'. 314.

οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Quae λύματα poëta dicit, ea hîc ſunt τὸ ἀπόνιμμα. Eadem aliàs καθάρσια: quo pertinet quod apud Pauſaniam II. 31. pag. 185. legitur; ubi, cum de Oreſtis *luſtratione expiatione*que dixiſſet, ſubiicit: κατορυχθέντων δὲ τῶν καθαρσίων, φασὶν ἀπ' αὐτῶν ἀναφῆναι δάφνην. id eſt: *defoſſis piaculis, laurum ex eis enatam narrant.*

AD CAP. LXXIX.

ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ὠμολίνῳ. Bene Graecum hoc eſt, ſi quid video; idemque valet ac ὠμόλινον ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο: ut nil opus ſit, cum SALMASIO in Exercit. Plin. pag. 538. ὠμόλινον corrigere. *Ibid.* Φιλόξενος ὁ Κιθήριος ὠνόμασεν ἔκτριμμα. Vide pag. 409. e.

οὐχ ὡς Ἀριστοφ. ὁ γραμματικὸς &c. Vide ſupra p. 408. e. f. *Parentheſeos* ſignis incluſimus iſtud de errore *Ariſtophanis Grammatici* monitum, σημειωτέον δὲ &c. quod occaſione *verborum Ariſtophanis Comici* modo citatorum hîc inſeritur. Continuo deinde pergit auctor in inſtituta diſputatione de χειρομάκτρῳ.

Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ. »Pollux libro X. cap. 13. [ſect. c »55.] Σοφοκλῆς ἐν Οἰνομάῳ, Διὰ λήκτρας σε ὁρῶ Ξάνθην [ξανθὴν] καθαίροντα ἵππου αὐχμηρὰν τρίχα. Plura libro »ſeptimo. [vide Animadv. Vol. IV. pag. 44.] »Cave »autem emendes verſum inde hîc allatum,

»Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος.

»Haec vera lectio: non [ut Dalec. cenſuerat] ἐκκρεμά»μενος. Appellat χειρόμακτρον, *hominem propius cutem de»tonſum;* quae dicebatur *Scythica tonſura* vel Thracica. »Theocritus, [Idyll. XIV. 46.] οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.« CASAUBONUS. — Certior illius verſiculi interpretatio ex

c Hesychio, in Σκυθιστὶ χειρόμακτρον, petenda: cuius glossa (ut in Sophoclis Fragmentis p. 24. Brunckius monuit) commodissime a LENNEPIO ad Phalaridis Epist. pag. 73. in hunc modum emendata est: Οἱ Σκύθαι τῶν λαμβανομένων ἐν πολέμοις ἀνθρώπων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες, τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο. Confer omnino Herodot. IV. 64. Ad quem vero hic Auctor provocat *Herodoti* locum, is est ex *lib. II. cap.* 122. cuius ipsa verba paulo inferius adponuntur.

Ξενοφῶν δ' ἐν πρώτῳ Παιδείας. XENOPHON *de Institut. Cyri*, I. 3, 5. Inde ἀποκαθαίρεις hic correxit Editor Bas. & merito tenuit Casaub. Caeterum miratus sum in vocabulo κατάπλεα apud Athenaeum pariter, atque in vetustioribus omnibus Xenophontis editionibus, accentum in *antepenult.* notatum reperiri: & consulto non mutavi, licet vitiosam esse persuasum habeam istam scripturam; quae mihi, quoties apud Xenophontem istum locum relegi, semper visa erat ex κατάπλεος detorta: quo de confusionis genere, haud infrequente librariis, ad III. 96. c. (Animadv. Vol. II. pag. 147.) & locis ibi citatis dictum est. Nam vereor ne non satis sit, cum Hutchinsono & Zeunio, mutato accentu κατάπλεα scribere: qua quidem forma foeminini generis in isto vocabulo vix ullum Graecum scriptorem, nedum Atticum, usurum fuisse mihi persuaseram. Nec tamen dissimulare debeo, ab H. STEPHANO in Thes. T. III. pag. 565. f. eiusdem terminationis foemineae exemplum in simillimo nomine ἔκπλεος vel ἔκπλεως ex Aeliano adnotatum esse, φιλοφροσύνης ἐκπλέας ἀπολαύσαντες: at locum ipsum apud Aelianum nondum mihi contigit reperire.

d Δημόνικος δ' ἐν τῷ Ἀχελωνίῳ. DEMONICUM, neque inter Comicos, neque in Tragicorum numero memoratum usquam reperi: in uno Gnomicorum recensu nominatur a Fabricio T. I. pag. 447. Δημόνικος: nescio an idem, cuius fabula *Achelonius* (si vera scriptura vulgata) hic citatur. *Comoedium* eam fuisse, fidem facere videtur argumentum & color fragmenti, quod hic adponitur. Fragmentum illud ita editum erat, ut nec versus essent distincti, & in verbis nonnihil esset corruptum; denique ita, ut prima fronte nescires, ubi desinerent *Demonici* verba, aut ubi suo rursus nomine loqui pergeret Athenaeus. Nempe Graeca in hunc modum legebantur: Δημόνικος δ' ἐν τῷ Ἀχελω-

νίῳ τὸ πρὸ τοῦ δείπνου κατὰ χειρὸς φησὶ διὰ τούτων, d ἐσπουδάκει δ' ἕκαστος ὡς ἂν ἐσθίων ἅμα τ' ὀξύπεινον ἄνδρα καὶ Βοιώτιον. τὸ γοῦν κατὰ χειρὸς περιγράφει πως, ὅτι μετὰ δεῖπνον αὖτῳ τοῦτο γίνεται λαβεῖν. Quae ſic DALECAMPIUS latine convertit: *Demonicus in Achelonio*, [in ora notavit: »Alii *Acheloio*.« Nempe ſic neſcio quis, ac fortaſſe ipſe Dalec. legendum coniectaverat: cui lubens ego adſentior.] τὸ κατὰ χειρὸς, *cum manus ante coenam lavantur dici ait ſic: Feſtinat quisque aquam in manus capere, cibum ſumturus cum homine valde famelico & Boeotio. His ſcilicet verbis tanquam deſignat ante coenam* κατὰ χειρὸς *dici, cum coenato liceat etiam manus abluere.* Qua in verſione (quam fere & Gallicus ſecutus interpres eſt) nihil reprehendens CASAUBONUS, ita ad hunc locum commentatus eſt: »*Demonici* locus mutilus eſt. ἐσπουδάκει δ' ἕκα»στος ὡς ἂν ἐσθίων ἅμα τ' ὀξύπεινον ἄνδρα καὶ Βοιώτιον. »Ubi in iſtis eſt τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, quod ſolum ivit de»monſtratum? Mutilus nempe hic locus: neque hoc ſo»lum; etiam corruptus. Nam ἔστιῶν ſcribendum, ſi id »agimus ut ſit oratio Graeca. De *Boeotorum voracitate* mul»ta libro ſequente [pag. 417 ſq.] Athenaeus. « — Et erat unique Demonici locus, qualem Caſaubonus modo adpoſuit, mutilus: nec in iſtis verbis ullum veſtigium τοῦ κατὰ χειρὸς adparet. At nulla ea vel Athenaei, vel librariorum, ſed ipſius Animadverſoris culpa erat. Quidni enim ad idem teſtimonium retulit verba proxime ſequentia, in quibus diſerte τοῦ κατὰ χειρὸς fit mentio? Nobis quidem manifeſtum videbatur, Demonici verba in illis demum, τοῦτο γίνεται λαβεῖν, finiri; adeoque quatuor verſibus ſenariis comprehendi. In quo utique nonnihil nos adiuvit vetus codex *A.* qui περιγράφει πᾶς, pro olim edito πως, dedit. In reliquis quidem nihil mutat idem codex: in *Epit.* autem totum deeſt teſtimonium. Eſt autem quilibet iſtorum verſuum omnibus ſuis numeris abſolutus; niſi quod in *tertio*, complendae iuſtae menſurae cauſſa, ad vocem πᾶς pronomen τις ex coniect. fuerit adiiciendum. περιγραφει vero non cum Dalec. intelligendum *deſignat*; ſed *omittit*, *reiicit*, *recuſat*, *repudiat*. conf. II. 64. e. & V. 180. b. Iam *verſu* 1. quidem utique ferri non potuit vulgatum ἐσθίων, niſi *verſ.* 2. ἅμα τ' ὀξυπείνῳ ἀνδρὶ καὶ Βοιωτίῳ legeres; id eſt, quemadmodum in verſione poſui, *quippe comeſturus cum homine*

d *& famelico & simul Bocotio.* Sed, eâdem fere manente sententiâ, teneri tres illos accusativos ita posse existimavi, si pro ἐσθίων legeretur ἐσθίοντ', id est, ἐσθίοντα: nempe ut accusativi illi, ὃς ἐσθίοντα ὀξύπεινον ἄνδρα &c. ex more Graecis scriptoribus, (ac poëtis praesertim) minime infrequente, idem valerent ac genitivi absolute positi, proprie sic vertendi, *quoniam cum ipsis comesturus esset homo simul & famelicus & Boeotius.*

'Ωμολίνοις κόμη βρύουσ', ἀτιμίας πλέως. »Mirum lo»quendi genus: nam intelligit aliud nihil, nisi *caput hir»tum instar lintei e materia crassiore & parum polita.* ὠμόλινα »Hesychius interpretatur τὰ ἄγρια ὀθόνια. Sed observant »alii Graeci, sic vocatum esse linteum quo solent tonso»res humeros eorum tegere qui sibi dant operam, ut ne »vestem inquinent: atque ita Plutarchus accipit. Plautus »alibi vocat *linteum*, alibi *involucre.*« CASAUBONUS. — Attigerat hoc vocabulum idem CASAUB. iam ad III. 98. a. Animadv. Vol. II. pag. 162. Copiose vero de eodem disputavit SALMASIUS, Exercit. Plinian. pag. 538.

e Σαπφὼ δέ, ὅταν λέγῃ - - Χειρόμακτρα δὲ καγγόνων πορφυρᾶ &c. »Lego πλαγγόνων. Nam illud alterum »nihil significat. Dalec. vertit, *temporum:* voluit nempe »scribi κροτάφων, aut λαγόνων, novo sensu, nullâ om»nino ductus veri similitudine. Appellat *Sappho* χειρόμα»κτρα πλαγγόνων, *ornamenta capitis*, non sui, sed pup»parum: *quae* quidem *ornamenta, simul cum ipsis puppis,* »*Veneri consecrasse* ait, more veterum virginum. Persius: »[Sat. II. 70.]

»*Nempe hoc quod Veneri dicatae a virgine puppae.*

»Vel χειρόμακτρα πλαγγόνων, periphrasis est *reticulorum* »*quibus utebantur virgines.* Hesychius, Πλαγγόνες, κεκρύ»φαλοι. Totus locus sic possit non absurde neque inepte »concipi: Χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων πορφυρᾶ, καὶ ταῦ»τα μάλα τιμάεντά γ' ἔτεμψα Σαπφοῦς τεᾶς δῶρα τί»μια. Sequitur Athenaei interpretatio: κόσμον λέγει κεφα»λῆς τὰ χειρόμακτρα. Quod ait, χειρόμακτρον, praeter »notam significationem, etiam *ornamenti genus* significare, »confirmatur ab Hesychio, qui interpretatur μανδύλιον. »*Mandylium*, sive *Mantelium*, non solum fuisse *mantile ad* »*tergendas manus*, verum etiam *genus amiculi*, constat vel »e versu Plauti, [Capt. III. 3. 6.] *Neque fallaciis ullum* »*est mantelum meis.*« CASAUBONUS. — Corrupta verba

(quorum certam emendationem interpretationemque adhuc requiro) in contextu adposui, qualia edita legebantur; nisi quod πυφωκαας ex vetere codice scripsi, pro eo quod temere editum erat πυφωκείας. Caeterum, an in καταυτα & in ἀτατιμάσεις, quae ex eodem codice pro καὶ ταῦτα & ἀτιμάσεις enotata sunt, lateat aliquid quod clariora verae scripturae vestigia ostendat, videant doctiores. Totum locum latine sic reddere conatus est DALECAMPIUS: »Sappho libro quinto Carminum, cum Veneri »dixit, Χειρόμακτρα *temporum purpurea an tu contemnes, quae* »*ex Phocide, munus elegans, miserunt?*« H. Stephanus, in Lyricorum Carminib. pag. 426. sola Graeca, absque latina interpretatione, adposuerat. IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. I. pag. 12. sic constituendum locum censuit: »Χειρόμακτρα (*velamenta*) πλαγγόνων πορ»φυρόβαπτα μὴ ἀτιμάσῃς ἃ πέμψα παρθενείας δῶρα τί»μια.« — Morem puellarum oblectamenta suae pueritiae Veneri consecrandi attigerat iam CASAUBONUS in Animadv. ad *vers.* 1. epigrammatis quod legitur VII. 318. b. Plures emendandi huius loci rationes proposuit FIORILLO, Animadv. pag. 30. Unam huiusmodi:

Τὰ χειρόμακτρα τάδε καρηνῶν πορφυρᾶ,
καὶ ταῦτα μηδ' ἀτιμάσῃς,
ἔπεμψα Σαπφὼ κεῖνα δῶρα τίμια.

Alteram, *secundi* versus, in hunc modum:

καὶ ταῦτα μή μ' ἀτιμάσῃς:

quam »veram esse emendationem & elegantem« ipse pronunciavit, p. 31. *Tertii* versus item aliam scripturam proposuit:

ἔπεμψα, Παφία, κεῖσε δῶρα τίμια.

Rursusque aliam, proxime (ut ait) accedentem ad literarum ductus:

ἔπεμψα τετυφωκυῖα δῶρα τίμια:

nempe »*postquam suffimentis animum tuum placavi.*«

Ἑκαταῖος δηλοῖ, ἢ ὁ γεγραφὼς τὰς Περιηγήσεις ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιγραφομένῃ. Idem opus alibi apud Nostrum (II. 70. a.) sic citatur: Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος, ἐν Ἀσίας Περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον· Καλλίμαχος γὰρ Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει. Sic & Stephanus Byz. nonnumquam (locis a VOSSIO citatis, DE Historicis Graec. lib. IV. cap. 3. pag. 440.) citat *HECATAEUM* ἐν Ἀσίας περιηγήσει. Nec tamen idcirco suspecta esse nobis debet

scriptura quam hîc habemus; ex qua intelligitur, partem maioris operis, quod τὰς Περιηγήσεις continebat, nudam hanc inscriptionem habuisse, Ἀσία: id est, *Asia*. Similiter sane & apud eumdem Stephanum citatur Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ: *Hecataeus, in Europâ*; i. e. *in Europae descriptione*.

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν. Vide HERODOTUM, *lib. II.* cap. 122. Cuius in verbis hîc citatis, tenui scripturam editionis Casaubonianae ἢ σσοῦσθαι, quae ad id quod corrupte vetus noster codex habet, proxime accedit. Deinde vero ex eodem ms. *A.* & ex ed. Ven. & Bas. revocavi scripturam καὶ μὴν, id est, *& vero*, vel *attamen*. Potuerat sane sic Athenaeus in suo Herodoti codice scriptum reperire, licet hodie καί μιν non incommode legatur. Denique ἀνεφιχέσθαι ex eodem Msto adoptavi; quod accedit ad id quod apud Herodotum Wesselingius e codicibus msstis commendavit, πάλιν ἄνω ἀπικέσθαι.

AD CAP. LXXX.

Ἑλλάνικος μὲν ἐν ταῖς Ἱστορίαις Ἀρχίαν φησὶ καλεῖσθαι· δι' ὃν καὶ ἐξεχώρησε Καλυδῶνος &c. Recte δι' ὃν dedit ms. *A.* De qua scripturâ monuerat etiam CASAUBONUS: »Scribe δι' ὅν, non δι' ὧν.« Pergit doctus Animadversor: »Pueri a poculis, ab Hercule occisi, nomina quae hîc »commemorantur, *Archias*, *Cherias*, *Eunomus*, *Cyathus*, »error vetustorum librariorum, nisi fallor, multiplicavit. »Nam *Cherias* apud Hellanicum, videtur παραφθορὰ no»minis *Archias*, quo ille historicus eum puerum alibi no»minavit. In vetere argumento Trachiniarum dicitur *Eu»nomus*, Architelis filius. [Sic & apud Apollodorum, Biblioth. lib. III. cap. 7. sect. 6. & apud Diodorum Siculum IV. 36. ubi quidem corrupte Εὐρύνομος.] »Apollo»nii Scholiastae [ad Argonaut. I. 1212.] *Cyathus* Archi»telis filius est, Oenei pincerna.« — Nempe, quae duae fuerant diversae (ut videtur) caedes ab Hercule commissae, eae a nonnullis in unam confusae sunt: ab aliis nomina puerorum inter se permutata. Conferendus cum auctoribus memoratis etiam Pausanias, II. 13. pag. 142. qui *Cyathum* cum vetere Apollonii interprete pincernam Oenei facit. Pro Κύαθον, Κύανθον scribitur in nostro cod. *Epit.* ubi breviter haec expediuntur. Quod dein in ed.

Baſ. & Caſ. legebatur τὸν Πόλητος μὲν υἱὸν, pro eo in a editione Venetâ, ſi recte inſpicias, Πύλητος ſcriptum videbis, quemadmodum in noſtro ms. *A.* Quis fuerit autem vel *Pyles* ille, vel frater eius *Antimachus*, nusquam declaratum reperi. Πόλτυος fratrem, Aeni regis, ab Hercule occiſum tradit Apollodorus, II. 5. 9. pag. 131. ed. Heyn. ſed conſulto eam caedem ab Hercule commiſſam memorat: nec conveniunt nomina, nam *Sarpedon* nomen erat puero, & Neptuni filius is fuiſſe perhibebatur.

ᾧ καὶ ἀνεῖσθαί φησι τέμενος ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἐν Προσχίῳ. Prorſus imperite vertit Dalecampius: *Ideoque ab Hercule intactum nemus relictum ad umbroſam montis partem.* Quo ſpectat CASAUBONI animadverſio: » De eodem pue»ro adiicit Athenaeus: ᾧ καὶ ἀνεῖσθαι - - ἐν Προσχίῳ: »*fuiſſe ei conſecratum ab Hercule lucum in Proſchio.* ἀνεῖσθαι »non eſt *relinqui.* Et mali critici ſunt qui olim emenda»runt ἐν προαστείῳ, ut legimus in quibusdam msstis: [intellige, in Notulis, quae partim *excerptas ex Msstis Lectiones*, partim *doctorum virorum Coniecturas* continebant:] »quique nuper correxerunt ἐν προσκίῳ. *Proſchium*, loci »cuiusdam in Aetoliâ nomen fuit: auctor Stephanus περὶ »Πόλεων. α — Πρόσχιον, ait Stephanus, χώρα Αἰτωλίας: id eſt, *regio Aetoliae.* Sed Phliunte etiam, in Peloponneſo, ad Apollinis templum fuiſſe ſacellum in *Cyathi* memoriam conſecratum Pauſanias adfirmat l. c. Idemque ſcriptor Phliunte commiſſam caedem ſtatuit, non (ut alii tradunt) Caledone in Aetoliâ.

τῆς τοῦ Ἡρακλέους ἀδηφαγίας. Sic recte ſimplici δ literâ ſcribitur id vocabulum in cod. *A.* itemque in *cod. Pariſ. B.* manu Hermolai Barbari exarati, qui codex in illis ipſis verbis deſinit.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM DECIMUM.

p. 411 INSCRIPTIO huius libri in vetere noſtro Codice *A.* talis eſt: Τῶν εἰς λ'. ἀρχὴ τοῦ ιζ'. ι'. Id eſt: *Ex distributione in triginta Libros, initium Libri decimi ſeptimi. Alioqui Liber Decimus.* Vide noſtram Praefationem, primo Athenaei volumini praefixam, pag. XV ſeqq. not. ζ.

Ad *ARGUMENTUM* eiusdem libri ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »Quemadmodum poſt *Guſtationem* »pauſa edendi facta, & locus datus variis colloquiis, »quae tribus libris recitata ſunt, quarto, quinto, & ſexto: »ſic etiam *legitimae Coenae* pars prior & poſterior, ſive »*Prima* & *Secunda Menſa*, inſititiis diſſertationibus diſſin»duntur: quibus referendis ſeſe pariter & lectorem ſuum »occupatum habet Dipnologus hic, totis *decimo, undeci»mo, duodecimo* & *decimo tertio* etiam libris. Quin & *decimi* »*quarti* pars magna iisdem ſermonibus impenditur, usque »ad illa: [XIV. 639. b.] Τοσαῦτα τοῦ Μασουρίου διεξελ»θόντος, περιηνέχθησαν καὶ αἱ δεύτεραι καλούμεναι τράπε»ζαι. Inde principium habet univerſi operis pars ultima. »Ac de caeteris quidem libris alibi. *Decimus* autem hic »veluti *praeparatio* quaedam eſt ad *liberaliorem vini potum;* »cui de more locus erat ſub coenae finem. Initium to»tum, imo vero pars libri maxima in commemoratione »vel *ſingulorum hominum* vel *populorum vino deditorum* ver»ſatur; non ſine gravi & erudita *vitii eius deteſtatione.* Hic »etiam explicantur *varii modi temperandi vinum aquâ*, quo»rum exſtabat in priſcorum libris mentio: itemque *alia* »*nonnulla ad potum ſpectantia.* Poſtremo, *Griphi* quidam,

» *aenigmata*, & id genus *aliae quaeſtiones* proferuntur, qui» bus ſoliti olim homines eruditi in conviviis ſeſe oble» ctare.« — Sic commodum ſatis & totius operis, & huius praeſertim Libri conſpectum oculis Lectorum ſubiecit doctus Animadverſor: caeterum, non nimis ſubtiliter aeſtimandam eſſe cum univerſi operis distributionem, tum ſingularum partium aptam connexionem, iam & in Praefatione noſtra pag. XI ſeqq. & in harum Animadverſionum curſu paſſim monuimus.

AD CAP. I.

Ἀλλ' ὥσπερ &c. » Inter *comedones* principem locum iure a » ſuo *Hercules* obtinet: de quo dicturus auctor, *Timocra*» *tem ſuum* initio libri, ut ſemper, affatur his verbis: » Ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν τὸν ποιη» τὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν, ἵνα πίῃ » τις τοῦτο λαβὼν καὶ φαγὼν, ὥσπερ πιὼν χαίρει, » καὶ σκευασία μὴ μίη εἴη τῆς μουσικῆς, Ἀστυδάμας ὁ » τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, ἑταῖρε φησὶ Τιμόκρατες, » φέρε εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα, ὅτι » ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδδηφάγος. Ut fere in longioribus » omnibus periodis, obſcuritatis hic eſt non parum: ſed » acceſſit huic incommodo fraus librariorum, qui multa » depravarunt. Ita enim, aut non multo aliter, fuerat » ſcribendum:

» Ἀλλ' ἐπειδὴ ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
» τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν·
» ἵνα πίῃ τις τοῦτο λαβὼν καὶ φάγοι, ὅπερ φαγὼν καὶ πιὼν
» χαίρει· καὶ σκευασία μὴ μίη εἴη τῆς μουσικῆς.

» Ἀστυδάμας ὁ τραγ. &c. Omnia quae vocem Ἀστυδάμας » antecedunt, poëtae ſunt verba, non Athenaei: unico » fortaſſe verbo ἐπειδὴ excepto; quod neque in editis ha» betur, neque in mſstis; eſt tamen ad ſententiam omni» no neceſſarium. Poëtae verſus, ut ſunt a nobis conce» pti, interpretis operam non deſiderant. Athenaei quo» que, uſurpantis verba iſta hoc loco, non obſcura mens. » It enim obviam faſtidio lectoris ἀψικόρου, prolixitatem » operis huius excuſans: debere namque eum, qui philo» logiam & πολυμάθειαν profiteatur, adeo refertum eſſe » eruditione varia, & multiplici rerum atque hiſtoriarum » cognitione, ut omnibus diſcendi cupidis poſſit facere ſa-

a »tis. Itaque mirandum Timocrati non esse, quod histo-»riam δειπνοσοφιστικὴν, novas narrationes prioribus sub-»inde connectens, tot iam libris persequatur. Solet enim »in hoc literarum genere usu venire, quod de alia re di-»cit pater sanctissimus Basilius: ἀεὶ, inquit, τὸ προστιθέ-»μενον οὐχὶ τὴν ὁρμὴν ἵστησιν, ἀλλ' ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν. »Quare nullum hic locum habet illud Satyrici, *depinge »ubi sistam.* Τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα appellat, *ar-»gumento, quod suscepit & tractavit hactenus, convenientes ser-»mones.* Complectuntur autem titulus & argumentum ope-»ris omnia illa quae ad esum potumve, & conviviorum »usum aut oblectamenta, ullo modo spectant: cuiusmo-»di sunt manifestò quae hoc libro contineri diximus. Haec »praefatus ad rem accedit: & *Herculis voracitatem* aucto-»ritate *Epicharmi* primum probat, recitatis quibusdam ver-»sibus ex eius *Busiride.*« CASAUBONUS.

Nempe ista sic scripserat doctus Animadversor in prima Animadversionum editione, quae una ab ipso curata est. In ed. 2. & 3. vero, loco istorum, *Ut fere in longioribus omnibus periodis*, & quae sequuntur usque ista verba, *non obscura mens*, ex schedis CASAUBONI haec exhibentur, uncis inclusa. »Etsi non est difficile intelligere, »quid sibi Athenaeus velit haec scribens: veram tamen »istius loci lectionem constituere difficillimum est. Nos »olim existimabamus, versus hîc latere *Astydamantis* poë-»tae, cuius hic facit auctor mentionem. Haec sententia »magnam habet probabilitatem, neque aliter vulgata le-»ctio potest exponi, quam ut existimetur Athenaeus vel »superiora omnia vel quaedam ex illis mutuatus esse ab »Astydamante. Adde quod & sententia primorum verbo-»rum videtur petita ex aliquo poëta; & verba, si dili-»genter attendas, poëticum aliquid sonant. Nos quidem »de illis ita censemus: sed non esse tamen illa *Astyda-»mantis* iudicamus. Nam ista omnia, Ἀστυδάμας ὁ τραγι-»κὸς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ ἑταῖρε φησὶ (vel potius φησὶν »ἑταῖρε) Τιμόκρατες, alieno loco sunt posita, neque ul-»lam rectam admittunt interpretationem ita ut sunt ho-»die digesta. Quid multa? Aio locum integrum ita con-»cipiendum: Ἀλλ' ὅτι ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην »εὐωχίαν τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σο-»φὸν, ἵνα τίοι τις τοῦτο λαβὼν καὶ φάγοι, ὅπερ φαγὼν »καὶ πιὼν χαίρει, καὶ σκευασία μὴ μίη εἴη τῆς μουσικῆς·

» φέρε εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα. a
» Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ φησιν, ἑταῖ-
» ρε Τιμόκρατες, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδηφάγος. Hoc
» est: *Sed quoniam poëtam ſapientem oportet ſuis ſpectatoribus*
» *praebere quaſi coenae ſplendidae varias epulas, (lautitias) ut*
» *ſumat quisque bibat comedatque id quod ediſſe aut bibiſſe illi*
» *gratum erit, neque debet eſſe muſicae unus dumtaxat appara-*
» *tus: age dicamus hoc loco ea quae ante dictis congruant, &*
» *ſubiici illis debeant. Auctor eſt Aſtydamas tragicus in Her-*
» *cule Satyrico, o ſodalis Timocrates, etiam Herculem fuiſſe*
» *guloſum.* Omnia iam planiſſima ſunt & perſpicua, quae
» erant perturbatiſſima. Non eſt dubium, prima verba ex
» aliquo dramatico poëta eſſe deprompta: ſed quae Athe-
» naeus more ſuo leviter immutata, ſibi & ſusceptae a ſe
» tractationi accommodat. «

Quas qui legerit ſecundas Caſauboni ſuper hoc loco meditationes, nae is fatebitur (puto) nobiscum, poſteriora viri docti cogitata nunc utique non fuiſſe meliora: tametſi ne prioribus quidem usquequaque ſuffragari poſſumus.

Quod ſi ad prima huius libri verba, iſta quae dein ſubiiciuntur, φέρε εἴπωμεν &c. ita referri debent, ut cum illis unam periodum efficiant; utique ſub initium periodi particula ἐπειδή, aut ὅτι, quam voluit Animadverſor, aut alia ſimilis, ponenda erat. Sed temeritatis notam vix effugiat editor, qui invitis vetuſtis libris eam adiiciat, & in contextum recipiat: tametſi non eſt diſſimulandum, ab unius noſtri codicis auctoritate pendere reliquos omnes; nam ſilet Epitoma, in qua (pro more Breviatoris) omiſſus eſt totus iſte introitus, & ab Epicharmi teſtimonio de Herculis voracitate fit huius libri initium. Potuit ſane percommode ab ipſis poëtae verbis initium libri facere Athenaeus, nihil de ſuo admiſcens; atque, ſic eum feciſſe, fidem facere videtur id ipſum, quod ſubiicit, *eſſe iſta Aſtydamantis verba:* verumtamen perquam abrupte omnino iſtud φέρε εἴπωμεν deinde poſitum videri debet. Quare ſupereſſe videtur, ut duorum alterum ſtatuamus: aut poſt φέρε intercidiſſe nonnihil, aut in ipſo initio tali quodam modo, Ἀλλ' ἐπεὶ ὥσπερ &c. ſcripſiſſe Athenaeum. Poëtae verſibus, quales a Caſaubono ſtatim propoſiti erant, haud conſtare metricam rationem, ſatis adparet. Quatuor trochaicos, ad hunc modulum, concinnavit GROTIUS, in

a Excerpt. pag. 441.

» Ὥσπερ οὖν δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
» τὸν ποιητὴν δεῖ παρασχεῖν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
» ἵνα πίῃ τε καὶ φάγῃ τις ὅπερ πιών τε καὶ φαγὼν
» χαίρεται· σκευασία δ' εἴη μὴ μίη τῆς μουσικῆς. «

In quibus, quod ad metrum quidem ſpectat, nil deſideres, niſi quod primi verſus poſterius hemiſtichium, contra trochaicorum legem, ab iambico pede, aut certe a ſpondeo (ſi penultimam in γλαφυροῦ produci poſſe ſtatuas) incipiat. Caeterum, quo vel ſic procederent verſus, pluscula vides immutanda fuiſſe. Nihil vero ab editâ olim ſcripturâ discedit vetus codex mstus, niſi quod ἵν' ἀπίῃ (ſic perſpicue ſcriptum) dederit pro ἵνα πίῃ, & quod ſub finem verbum εἴη *ignoret*. Nec ullâ fere aliâ opus fuit novatione: modo teneres eam metri rationem, quae verbis, prouti vulgo legebantur, manifeſto inerat, verſiculis anapaeſticis & trochaicis conſtans alternatim poſitis. Qua ratione rectè perſpectâ FIORILLO, locum hunc tractans in Obſerv. in Athen. p. 29. haud immerito hactenus gloriatus videtur. »Nullus dubito, (inquit) »quin »locum ita, fauſtâ & fauente Critice, rectè reſtituerim:

» Ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ
» ποικίλην εὐωχίαν
» τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν
» τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
» ἵνα πίνῃ τις τοῦτο λαβὼν
» καὶ φαγὼν, ὥσπερ πιὼν
» ἂν χαίρει, καὶ σκευασία
» μὴ μίη τῆς μουσικῆς.

Quibus haec ſubiecit: »Locus memorabilis, e Prologo »ni fallor dramatis Satyrici petitus. Metri cauſſâ dedi »πίνῃ pro πίῃ & ἂν initio vs. 7. Nam viri doctiſſimi hic »nihil viderunt. εἴη, quod nauci non eſt, ortum e pro»ximo verbo μίη, vel gloſſâ. σκευασία comice dictum. »Menander apud Athen. lib. XIV. pag. 661.

» — — ἐπισημαίνεθ' ἑὰν
» ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη. «

Sic Toupius noſter, in Germania redivivus. Cuius rationem distribuendorum verſiculorum quin adoptarem nullus dubitavi. In verbis rectè idem viderat, ἵνα πίῃ *verſ.* 4. ob primam in πίῃ brevem ſtare non poſſe. Sed omnino ipſum verbum (ſive πίῃ, ſive πίνῃ) perincommode ibi

positum fuisse, universa orationis connexio & sententia a declarabat. Nihil vero commodius eo, quod optimus codex dedit, ἵν' ἀπίῃ τις, *ut discedat* (e theatro, velut a coena) *quisque*. Et vocalis ι in ἀπίῃ perinde produci atque corripi potest. *Postremo versu*, abiiciendum verbum εἰν, utpote imperite intrusum, idem vir eruditissimus perspecte viderat. Sed cur ionicam formam μίη pro μία teneremus in Attico poëta? quidni μι' ἧ? cum praesertim necessario adesse debuerit *verbum*, quod per copulam καὶ cum illo ἵνα πίῃ vel ἵν' ἀπίῃ iunctum intelligeretur. *Quinto versu*, caute sane fecit, quod ista καὶ φαγὼν ὥσπερ πιὼν sic tenuit ut libri dabant: sed, quaenam istis verbis subiecta esset sententia, aut quaenam tandem tolerabilis inesset ratio constructionis, exputare equidem non potui. Taceo, si *sequente versu* voculam ἂν adiectam voluisse, χαίρῃ oportuisse, non χαίρει. Quare ibi necessario a librorum scriptura nonnihil recedendum, & tali quodam modo quo a nobis factum, refingenda verba iudicavimus. Vocabulum ἀδηφάγος, & paulo post ἀδηφαγίαν, rursusque ἀδηφαγίαις, singulari litera δ recte scripta dedit codex *A*. quemadmodum & in fine superioris libri. Eâdem scripturâ utitur ms. *Ep*. quoties in illo unum aut alterum istorum vocabulorum occurrit.

Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Βουσίριδι. »Mentionem eius fabulae »invenio factam Polluci libro IX. [sect. 45.] ubi postquam »dixit, βογοὺς Siculis esse *horrea* ubi frumentum conditur: »καὶ ἔστιν, ait, τοὔνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι. Pingit »autem *EPICHARMUS γραφικώτατα Herculem tuburcinan-* b »*tem: qui, prae vorandi aviditate, faucibus, maxillâ, den-* »*tibus omnibus & naso quoque sonum edat.* Sed notemus, quod »ait postremo: κινεῖ δ' οὐατα τῶν τετραπόδων οὐδὲν ἧττον. »Nam reliqua plus ἀνδίας habent quam miraculi: istud »vero plane communi hominum naturae contrarium est: »quibus dedit aureis ἡ πολυποίκιλος τοῦ ΘΕΟΥ σοφία mo- »veri suapte sponte nescias. Narrat tamen Eustathius [ad Iliad. λ'. pag. 817. l. 18.] »iacerdotem fuisse quendam au- »reis moritantem. Accepimus etiam a viris fide dignis, »visas manifesto aures moveri viro cuidam eruditissimo, [Antonio Mureto] »cum per Allobrogum fines transiens »vivicomburii periculum sibi a magistratu imminere in- »telexisset; quod diceretur nefandi criminis reus Tolosa »in Italiam fugere.« CASAUBONUS. — *Aures homini tan-*

b *tum immobiles* datas esse, pronunciaverat Aristoteles Hist. Anim. I. 9. & ex eo repetiit Plinius, XII. 37, 50. Attamen non singulos modo subinde homines, quorum nonnullos memoravit Harduinus ad Plin. l. c sed integros etiam repertos esse populos novimus, quibus pro arbitrio mobiles aures fuerint. Illud vero in Casaubono mireris, quod, quum *Epicharmi* verbis istis, κινεῖ δ' οὔατα, in sua editione haec adsuisset, tamquam & ipsa eiusdem poëtae verba quartum versum absolventia, τῶν τετραπόδων οὐδὲν ἧττον, quorum nec in editionibus superioribus, nec in Lectionibus Aegianis, nec in Natalis versione, nec in codicibus nostris msstis, aut aliis quorum ad nos notitia pervenit, vestigium ullum cernitur, non docuerit saltem lectores Athenaei, unde tandem adripuisset illud adsumentum; quod quidem merito a nobis reiectum est. *Primo versu*, pro ἴδῃς, quod cum ms. *Ep.* habebant editi, commodius ἴδοις dedit ms. *A*. *Tertio versu*, quum renuente metro τέτριγ' ὁ κυνόδων vulgo scriptum esset, Grotius in Excerpt. p. 471. ὁ δὲ κυνόδων τέτριγε posuit. De commodiore vero certioreque medelâ, τέτριγεν ὁ κυνόδων, opportune monuit Pierson ad Moerin p. 101. Nam penultima in τέτριγεν producitur.

ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας &c. »Epicharmi versibus subiicitur testimonium *Ionis* ex *Omphale*, quod ita scribitur: »ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας κατέπινε καὶ τὰ κῶλα καὶ τοὺς »ἀνθρακας. Etsi retinent omnes membranae hanc lectionem, non tamen ambigo depravatam esse vocem »εὐφημίας, & alterius locum occupare: puta εὐφαγίας; »quae erit poëtica vox pro πολυφαγίας: vel εὐστομίας; »sicut Gallice dicimus *bonum os habere* eum qui facile »quidvis comedat. Excerptor pro deploratis haec habuit: »at κῶλα male scribi pro κάλα, ex eo didici. Ita igitur »scribe ac verte, *deglutiebat ligna & carbones.*« Casaubonus. — Non tam, quod de prioribus verbis desperaret, quam brevitatis studio, sic scripserat Epitomae auctor: Ἴων δὲ φησὶ περὶ Ἡρακλέους παίζων, ὅτι κατέπινε καὶ τὰ κάλα καὶ τοὺς ἀνθρακας. Editam olim scripturam sic interpretatus erat Dalecampius: *Boni ominis gratiâ, & prunas & carnes artuum deglutiit.* Et possit quidem fortasse illa dictio, ὑπὸ τῆς εὐφημίας, hoc sonare, *boni ominis gratiâ*: sed nec satis commoda huic loco haec interpretatio esse videtur, & in eam sententiam potius εὐφημίας ἕνεκα vel

χάριν erat dicendum. Quas vero Casaubonus propoſuit b
emendationes, earum neutri hîc locus eſt: nam, ut de
vocab. εὐστομία taceam, quod longe aliud ſignificat, al-
tera coniectura ὑπὸ τῆς εὐφαγίας, cui aliqua veri ſpecies
videri poterat ineſſe, metro repugnat ob ſecundam vo-
cabuli ſyllabam brevem, ut BENTLEIUS monuit in Epiſt.
ad Millium pag. 56. ubi docuit, poëtae verba, quae vel-
uti ſoluta oratio vulgo adpoſita erant, ita eſſe disponen-
da, ut in voce εὐφημίας, aut quae in illius locum repo-
nenda ſit, terminetur iambicus ſenarius. Is igitur ὑπὸ δὲ
τῆς βουλιμίας ſcripſiſſe poëtam cenſuit. Vulgatam ſcri-
pturam defendens TOUP, in Epiſt. Crit. pag. 80. »Εὐφη-
»μία, inquit, eſt *favor*, *plauſus Omphalae*. Nimirum Her-
»cules, ut ab Omphala gratiam iniret, patrimonium ſuum
»abligurivit.« — Et nos vulgatam hîc non temere muta-
dam iudicavimus: ſed *abliguriti ab Hercule patrimonii* nullum
in verbis adpoſitis veſtigium deprehendimus, nec alioqui
ſatis apta huic loco interpretatio illa nobis viſa erat, ubi
ſummam & incredibilem hominis voracitatem ita depingit
poëta, ut dicat, *ipſa etiam ligna & carbones deglutiviſſe*, nem-
pe non ſatis habentem cibos omnes & carnes cum oſſi-
bus devoraſſe. Simili quadam ratione, ſed in argumento
longe diverſo, ubi de fure agitur, κατεσθίειν καὶ τοὺς ἀν-
θρακας Euphron comicus apud Noſtrum, IX. 377. e. di-
xit, *nihil reliqui facere*; nempe ad unum omnia, quae ſub-
ripi poſſint, auferre. Iam illam quidem dictionem, ὑπὸ
τῆς εὐφημίας, haud fere aliter accipi poſſe putavi, niſi
quod *plauſu* ſpectatorum accepta fuerit mira illa Herculis
in vorando ſolertia, & quod eodem *plauſu excitatus* ſe
etiam ipſe ſuperare conniſus ſit. Caeterum multo utique
commodius fore vocabulum βουλιμίας pulcre intelligo, ſi
modo paulo propius a veteris ſcripturae veſtigiis abeſſet.
Vocabulum κῶλα, quod habebant editi, mordicus tenet tue-
turque Gallicus interpres; intelligens, *devoraſſe Herculem
membra animantium* (de quibus ante dixiſſe putandus ſit poë-
ta) *cum ipſa ardente pruna quae illis adhaerebat.* τὰ καλὰ ſcri-
bitur in noſtro cod. *A.* τὰ κάλα in Epit. & inde apud Eu-
ſtath. ad Iliad. λ'. pag. 817. l. 20. utrumque quidem men-
doſe quoad accentum: ſed, in eâ ſcripturâ haud dubie
veram τὰ κᾶλα latere, viderunt docti omnes. Non eſt
tamen diffitendum, nec *lignorum* mentionem fieri in pro-
ximo Pindari teſtimonio, (mendoſe quidem admodum ſcri-

pto, ac mutilo fortaſſe) e quo iſta deſumſiſſe *Ionem* ait Athenaeus, & caeteroquin alienum ab uſu Attici poëtae videri debere vocabulum κάλα, pro ξύλα. Ad ſcripturam penacutam κάλα quod adtinet, quam praefert Epitoma ; ſi modo recte hic ſtat ipſum vocabulum, utique hoc certe loco κᾶλα penultimà circumflexà ſcriptum oportebat ; & produci ſolitam in eo vocab. penultimam arguit etiam ionica forma κῆλα : ſed tamen diſerte apud Heſychium monitum reperias, κάλα, παροξυτόνως, τὰ ξύλα : eodemque modo κάλα ſcribitur apud Suidam (tam ſub hac ipſa voce, quam in Κάλα παλαίθετα) in omnibus editionibus quae Küſterianam praeceſſere.

c παρὰ Πινδάρου δὲ &c. » Obſervat deipnoſophiſta, *Ionem* [perperam *Ibycum* legebatur in omnibus Animadverſionum editionibus.] » *a Pindaro ſententiam hanc eſſe mutuatum.* Sed locus PINDARI turpiſſime deformatus eſt. » παρὰ Πινδάρου δὲ, ait, τοῦτ' εἰληφεν, εἰπόντος, Διὰ βοῶν » θερμὰ εἰς ἀνθρακιὰν στέψαν πυριπνόων τε σώματα. καὶ » τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στεναγμὸν βαρὺν » ἦν ἰδόντα διακρῖναι πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος. Nullum hic » nobis a membranis ſubſidium : nullum ab Epitomâ, ubi » nihil horum. Qui ex ingenio ſic emendaverit, ut doctorum mereatur aſſenſum, virum putabo. Mens quidem PINDARI ex ſuperioribus *Ionis* [rurſus *Ibici* vulgo edebatur] » captanda nobis, ſicut ab Athenaeo monemur. » Vulnera verbis impoſita, utcunque ſic poſſunt colligari. » Βρῦκε δὲ βοῶν θερμὰν εἰς ἀνθρακιὰν στρέψας πυριπνέοντα » σώματα· καὶ τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στε- » ναγμὸν βαρύνθην ἰδών. τὰ διακρῖναι πολλὸς ἐν καιρῷ χρό- » νος. Ait, *voraſſe Herculem boum integra membra paene cruda, & ardentium carbonum plena.* Sic ex *Ione* [rurſus *Ibyco* vel *Ibico* editum] » interpretor πυριπνέοντα. (Non indicat autem Athenaeus, [haec in ed. Caſ. 2. & 3. adiecta] » quo ex libro Pindari ſit hic locus deſumtus. Videntur » autem facere huc quae ſcribit Philoſtratus, in Thiodamantis tabula explicanda. Ἡρακλεῖ που παρὰ Πινδάρῳ » ἐνέτυχες· ὁπότε εἰς τὴν τοῦ Κορωνοῦ στέγην εἰσαφικόμε- » νος, σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστέα περιττὰ ἡγεῖ- » σθαι.)« CASAUBONUS. — Noſter vetus cod. *A.* nihil aliud obtulit, niſi δὲ particulam inter θερμὰ & εἰς a nobis inſertam : caeterum deinde haeſitans librarius, & verba nonnulla temere repetens, ſic ſcripſit, δ' εἰς ἀνθρακιὰν

στέφαν πυρὶ δ' εἰς ἀνθρακιὰν στέφαν πυρὶ δ' ὑπνόων τε σώ- c
ματα &c. SCHNEIDERUS, in Pindari Fragm. num. XCIII. adnotavit, *Coronum* illum, cuius meminit Philoſtratus in verbis a Caſaubono prolatis, regem Lapitharum fuiſſe, Coeni filium: caeterum ad emendanda corrupta Pindari verba nihil tentavit vir doctiſſimus: nec aliunde nobis quidquam, quod huc faceret, occurrebat. In *Latina verſione* Graecis Athenaei ſubiectâ vacuum relinquere ſpatium malui, quam meras coniecturas & hariolationes adponere.

ἀποδεδώκασιν αὐτῷ τὸν λάρον, τὸν προσαγορευόμενον βουφάγον. »*Iure igitur*, ſubdit Athenaeus, *larum Herculi* »*dicavit vetuſtas, cognomine* βουφάγον: quod idem eſt ac »πολυφαγον vel ἀδηφαγον. Comici Interpretes ad Aves: [*verſ.* 568.] »τὸν λάρον διὰ τὴν ἀδηφαγίαν [ἀδηφαγίαν] »τῷ Ἡρακλεῖ προσανάπτει.« CASAUBONUS. — Βουφάγον Graecis hominem *voracem* dici ſatis notum: caeterum, *laro* avi id cognomen fuiſſe, nusquam alibi, quod ſciam, proditum eſt.

AD CAP. II.

Εἰσάγεται δὲ ὁ Ἡρακλῆς καὶ Λεπρεῖ περὶ πολυφαγίας ἐρίζων. »Narrat Pauſanias, Eliacorum libro priore; [V. 5. pag. 385.] »vocatque Λεπρεα: at Callimachi interpres [ad Hymn. in Iov. vs. 39.] »Λεπρέαν.« CASAUBONUS. — Λεπρέας item vocatur apud Aelianum, Var. Hiſt. l. 24. cuius narratio cum tota hac Athenaei narratione omnino conferenda. Sed eamdem nominis formam, quam hic in tertio caſu uſurpatam habemus, ὁ Λεπρεὺς, τοῦ Λεπρέως, τῷ Λεπρεῖ, τὸν Λεπρέα, conſtanter apud Athenaeum tenent cum editis libris ambo noſtri mssti.

Καύκωνος, φησὶ, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυδαμείας. a
Pro Καυκώνου, quod erat editum, rectius Καύκωνος (a recto caſu ὁ Καύκων) dedit ms. *Ep.* quod nomen etiam apud Aelianum l. c. in illo Γλαύκωνος τοῦ Ποσειδ. later. Pariter τοῦ Καύκωνος monumentum in Lepreatarum finibus commemorat Pauſanias l. c. pag. 386. & Euſtathius ad Iliad. β'. pag. 228. l. 22. & ad Od. γ'. pag. 134. l. 19. Ἀστυδαμείας habet idem ms. *Ep.* cum editis & hic & paulo poſt; rectius quam Ἀστυδαμίας, quod eſt in ms. *A.* *Ibid.* ὃν τὸν Ἡρακλέα κελεῦσαι δεθῆναι &c. Errorem in interpretandis his verbis a Dalecampio com-

a missum, merito notavit PALMERIUS, Exercitat. pag. 512. & opportune etiam monuit, fuisse *Lepreum Augeae* regis (qui *Phorbantis* filius erat) ex sorore (*Astydamia*) nepotem. Sed, cur idem vir doctus corrupta esse praescripta verba censeret, & sic corrigi vellet, ὁ τὸν Ἡρακλέα κελεύσας, nil caussae erat: nam in eamdem, quam ille voluerat, sententiam percommode intelligi potest debetque vulgata scriptura.

ἔρχεται ἐπὶ Καύκωνος. Sic omnino corrigendum putavi cum PERIZONIO, cuius vide ad Aelian. I. c. adnotationem: *venit domum Cauconis.* *Ibid.* διαλύεται πρὸς τὸν Λεπρέα. Paulo explicatius Aelianus, διαλύεται τὴν πρὸς τὸν Λεπρέων ἔχθραν. *Ibid.* καὶ ὕδατος ἀντλήσει. Sic haud dubie scripserat Athenaeus. Miratus sum mendosum ἀντλῆσαι libros omnes obsedisse. Aelianus: περὶ δίσκου, καὶ ὕδατος ἀντλήσεως.

b καὶ πάλιν νικηθῆναι. »Ancipitis sententiae est quod ex »*MATRIDE* affertur: καὶ εἰς πολυποσίαν τὸν Ἡρακλέα προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως, καὶ πάλιν νικηθῆναι. *Etiam ad* »*bibendi certamen provocatum esse Herculem a Lepreo; & ite-* »*rum victum esse:* hoc Graeca verba sonant: sed aut di- »versus abiit ab aliis in hac narratione *Matris;* aut scri- »bendum, καὶ πάλιν νικηθῆναι τὸν Λεπρέα.« CASAUBONUS.

AD CAP. III.

Καὶ τὸν Ὀδυσσέα δὲ &c. »Secundus in numero τῶν »ἀδηφάγων censetur *Ulysses* ex Poetae testimonio: iure »an iniuriâ mitto quaerere: quaeri certe potest.« CASAUBONUS. — Non suo nomine illam de *Ulyssis* Homerici *voracitate* disputationem instituisse Athenaeus putandus est: sed e nescio cuius Zoili scriptis eam huc transtulisse.

c Priores illi versus, Ἀλλ' ἐμὲ μὲν δορπῆσαι &c. leguntur in Odyss. ν'. 215 - 218. sed postremo versu, loco eorum quae hic leguntur, καὶ ἐνιπλησθῆναι ἀνώγει, quae eadem paulo post, suo loco, ex vers. 221. repetuntur, rectius Homerici libri haec verba exhibent, καὶ ἑνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα. De quaestione ipsa, quae hic tractatur, confer quae ad vs. 215. notavit BARNESIUS.

d Σαρδανάπαλλος geminatâ literâ λ scripsi cum ms. *A.* Confer notata ad VIII. 335. f. Commode dein editum

erat, γέρων δὲ ὢν, nempe Ὀδυσσεύς. Sed ſequi nos debui- d
mus codices noſtros, quorum uterque τε, non δὲ, dedit.

Qui poſtremo loco adponitur verſus,

ἤσθιεν ἁρπαλέως κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ:

is nusquam iſto modo conceptus legitur apud Poëtam: nempe e diverſis poëtae locis, ne ſatis quidem commode conſutus. Vide Odyſſ. ζ'. 250. & ξ'. 209 ſq. tum Od. ι'. 162. & 557. & κ'. 184. Tum vero de voce ἁρπαλέως, (Od. ζ'. 250.) nota, perincommode & contra poëtae mentem per ἁρπακτικῶς exponi in brevibus ſcholiis: quam ad ſententiam etiam latine *rapaciter* reddere ſolent, quum *rapide* vel *raptim* debuiſſent, quemadmodum ſcilicet conſentaneum eſt comedere eum, qui (ut ibi de ipſo Ulyſſe ſtatim adiicit poëta) *longo tempore cibum non guſtaverat.*

AD CAP. IV.

Θεαγένης δ' ὁ Θάσιος ἀθλητὴς &c. »Ex antiquis homini»bus *voracitatis inſignis*, *Theagenem* tertio loco Athenaeus »commemorat. Hic eſt ille *athleta* nobilis, quem orna»runt variis certaminibus quaeſitae palmae mille & du»centae, ut in Politicis narrat Plutarchus; [T. II. Opp. ed. Francof. pag. 811. d. e.] »vel mille & quadringentae, »ut auctor eſt Pauſanias libro poſteriore Eliacorum. [lib. VI. cap. XI. pag. 478.] »Πολυφαγίας Theagenis teſtis *Po*»*SIDIPPUS* [Ποσείδιππος edd. & ms. *Ep.* Ποσίδιππος ms. *A.*] »*in Epigrammatis:* cuius tamen non integrum affer»tur epigramma, ſed quatuor hi tantum verſus:

»Καί περ συνθεσίης ἔφαγόν ποτε Μηόνιον βοῦν. e
»πάτρη γὰρ βρώμην οὐκ ἂν ἐπέσχε Θάσος
»Θευγένει, ἄσσα φαγὼν ἔτ' ἐπήτεον· οὕνεκεν οὕτω
»χάλκεος ἐστήκω χεῖρα προϊσχόμενος.

»Ita ſcribitur & diſtinguitur hoc tetraſtichum in editis: »niſi quod in *tertio verſu* minus recte Θευγενεῖ, mutato ac»centu, pro Θεαγένει: [Immo magis etiam mendoſe Θ' εὐγενεῖ' ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. & Θευγενεῖ' (ſic) in ed. Caſ. cum Θεύγένει oportuiſſet, contractâ ob verſum nominis formâ, pro Θεαγένει:] »ut Θεύγνιδός »ἐστιν ἔπη, pro *Theognidis*. Peſſimo conſilio emendandum »cenſuerunt interpretes in εὖτε δὲ. [Nempe ſic tertium verſum interpretatus erat Dalec. *Quoniam igitur multo cibo*

e *ſumpto plus poſcebam, eius rei cauſſâ* &c.] » At in *primo ver-*
» *ſu* legendum, Καί γ' ἐκ συνθεσίης. (vel καὶ περὶ συν-
» θεσίη. [Poſterior emendatio ex Caſauboni ſchedis adie-
ćta in Animadv. ed. 2. & 3.] » Videtur *Poſidippus* hoc epi-
» grammate quicquid in variis locis fecerat Theagenes, ut
» virium ſuarum ſpecimen ſpectatoribus praeberet, com-
» memoraſſe. Hoc verſu ait, veniſſe eum in *Lydiam*,
» (*Maeones* enim ſunt Lydi) [vide Herodot. I. 7.] & *bo-*
» *vem ibi comediſſe*, die uno videlicet: ita enim intelligen-
» dum. ἐκ συνθεσίης, inquit, id eſt, *de quo pactus erat, ni*
» *eum voraret.* Sequentibus verſiculis cauſſam reddit poëta,
» cur *Theageni* poſita eſſet *ſtatua, quae cavam manum por-*
» *rigeret;* qui *geſtus* eſt *mendicantium*, ut dicebamus ad Sue-
» tonium: & ratio affertur; quod, *cum non poſſet explere*
» *eius* profundam *gulam patria Thaſus*, ille ἅτι ἐπαίτεεν, id
» eſt, *mendicabat*, & ἐπαίτης eſſe ſuſtinebat. Quod autem
» *die uno taurum abſumſerit*, etſi diſerte non dicitur ne-
» que a poëta, neque ab Athenaeo; neceſſario tamen ita
» exponendum, ſi volumus eſſe in hac narratione aliquid
» παράδοξον: quae demta circumſtantiâ temporis adeo bre-
» vis, aut non multo certe longioris, iacet plane ac fri-
» get. Sic mox de *Milone*, μόνος ταῦρον κατέφαγεν ἐν ἡμέ-
» ρᾳ μιᾷ. Si quis duabus hisce hiſtoriis fidem abroget,
» meminerit illius phagonis, de quo Vopiſcus in Aureliano.«
CASAUBONUS. — Vopiſcum vide extremo capite vitae
Aureliani. *POSIDIPPI Epigramma* Analectis BRUNCKII in-
ſertum habes, T. II. pag. 49. num. XV. ſuper quo conſu-
lendae Animadverſiones IACOBSII, Vol. II. Part. 1. p. 147
ſq. *Verſ.* 1. Μιόνιον edebatur apud Athenaeum: Μιόνιον,
cum iota ſubſcripto vel ad latus ſcripto, dedit ms. *A.*
Perperam Μιόνιον ms. *Ep.* Caeterum nonniſi prius diſti-
chon adpoſuit Breviator, & id ipſum quidem demto prin-
cipio. In Καί περ συνθ. nil mutat ms. *A.* Cauſaboni emen-
dationem, Καὶ περὶ συνθεσίης, adoptavit Brunck. Nem-
pe περὶ, ut paſſim apud poëtas, pro ἕνεκά. Ad *tertium ver-*
ſum recte monuit IACOBS: » *Theagenem vitam mendicando*
» *ſuſtinuiſſe*, quod Caſaubonus ait, his quidem verbis mi-
» nime efficitur.« — Et pulcre ſane novimus, ἐπαίτην
vulgo Graecis *mendicum* intelligi: ſed verba iſta, ὅσσα φα-
γὼν, ἕτ' ἐπήτεον, non aliter puto accipi debere, quam a
nobis in verſione latinâ expoſita ſunt. *Eodem verſu*, non
οὔνεκεν, ſed εἵνεκεν habebant edd. & codex Mstus: ſed

οὕνεκεν utique ſcriptum oportuit, quemadmodum in Animadverſionibus tacite correxit Caſaubonus & in Analectis edidit Brunck.

Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηριστήσατο αὐτῷ βοῦν. f »In albo *voracium* fuit & *Titormus* bubulcus: quem de »robore certaſſe cum Milone narrant Graeci, ut Aelianus »Ποικίλης lib. XII. cap. XXII. Certavit cum eodem & περὶ πολυφαγίας. Nam ſubiicit Athenaeus: Τίτορμός τε ὁ »Αἰτωλὸς διηρίσατο αὐτῷ (Miloni) βοῦν. Non queas »aliter interpretari διερίζεσθαι βοῦν, niſi *certare cum ali-*»*quo de bove*, videlicet *edendo*. Sed inſolens hoc genus »dicendi, nec ſatis Graecum: nam ſaltem fuerat dicen-»dum, διηρίσατο αὐτῷ βοῦν φαγεῖν. At in Excerptis, pro »διηρίσατο, legimus διηριστήσατο: quae perplacet »lectio, ſed adiuta leviter. Scribo, Τίτορμός τε ὁ Αἰτω-»λὸς συνδιηριστήσατο αὐτῷ βοῦν. *Titormus Aetolus bovem* »*cum eo prandens abſumſit:* hoc eſt, *ambo ſimul comederunt* »*bovem.*« Haec CASAUBONUS, in ed. 1. Quibus in ed. 2. & 3. ex eiusdem ſchedis adiiciuntur iſta: »Sed Excerpto-»rum lectionem refert Euſtathius hoc modo: Τίτορμος ὁ »Ἰταλὸς [ſic perperam apud eum editur pro Αἰτωλὸς, in Comment. in Odyſſ. ε'. pag. 206. l. 39.] »διηριστή-»σατο ἑαυτῷ βοῦν: hoc eſt, *bovem ſibi ad prandium ap-*»*poſuit.* In quo mirus eſt plane vocis διαριστᾶσθαι uſus.« — Eiusdem *Titormi*, ſingulari corporis robore nobilitati, meminit etiam (ut ad Aelianum monuit Perizonius) Herodot. VI. 127. & Lucian. DE Conſcrib. Hiſtor. cap. 34. διηριστήσατο apud Athenaeum non modo ms. *Epit.* dedit: ſed & vetus cod. *A.* ſic, διηριστήσατο αὐτῷ: quod SALMASIUS in Exercit. Plin. p. 27. interpretatus eſt, *contendiſſe cum Milone Titormum, uter bovem uno prandio citius comederet.* Quem nos in verſione noſtra ſumus ſecuti, addubitantes quidem nonnihil: nam ſpecie non caret διηριστήσατο ἑαυτῷ, quod ex Epitoma protulit Euſtathius; ſive αὐτῷ, quod habet noſter codex *Epit.* quod ſonat id quod dixit Caſaubonus, *in prandium ſibi adpoſuit*, vel *adponi iuſſit.* In eamdemque ſententiam etiam accipi ſcriptura codicis *A.* poteſt, pronomen abſolutum αὐτῷ Attico more (ut iam ſaepius obſervavimus) pro reciproco ἑαυτῷ poſitum ſtatuendo.

»Sequitur de *Milone*, ταῦρον καταφαγεῖν καταακλει-»σθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός. Melius antiquae ma-

»nus codices, κατακλιθέντα: id est, *accumbentem* »*mensae in conspectu Iovis.* Dorieus in sequente epigram- »mate, πρόσθεν Πισαίου, ξεῖνε, θυηπολίου.« CASAUBONUS. — Recte κατακλιθ. ms. *A.* In *Epit.* deest tota ῥῆσις.

De *DORIEI* poëtae elogio in *Milonem* conferendus SALMASIUS, loco modo cit. Idem epigramma in Appendice Anthologiae exhibuit H. Stephanus, & Brunck in Analect. T. II. pag. 63. Confer IACOBSII Animadv. Vol. II. Part. I. pag. 190. *Vers.* 2. Non damno δάμαλιν, quod erat editum: sed quum δαμάλην dederit vetus noster codex, rariori illâ quidem, sed probatâ vocabuli formâ, (vide Theocrit. XXVII. 7.) recipiendum id nobis visum erat. Omisso principio, pauca solum epigrammatis verba adposuit Breviator. Quod ait, ἐν Διὸς εἰλαπίναις: εἰλαπίνας puto hic dixit poëta pro universa festi solennitate.

a *Vers.* 5. καὶ θάμβος μέν. Possis extrinsecus supplere, ἔσχε πάντας: sed possis etiam ex communi huc trahere verbum ἤνυσε, *stuporem omnibus effecit, incussit.* *Vers.* 6. Quod ait πρόσθεν - - θυηπολίου, id ipse auctor noster paulo ante interpretatus est, πρὸ τοῦ βωμοῦ. Ceterum nusquam alibi, quod sciam, reperitur vocab. τὸ θυηπόλιον. ἡ θυηπολία, *sacrificium*, habes apud Polluc. I. 29. & in Analectis Brunckii, T. II. pag. 107. num. 1. *Vers. ult.* Satis placet, πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν: ubi καθ' ἓν maluerat IACOBS, valde elumbem ibi censens οὖν particulam. At haud raro apud poëtas, Ionico more, particulam illam sic inter praepositionem & verbum intersertam videas, pleonasticâ quadam ratione: immo vero, non mere pleonasticâ; nam vim particulae percommode in nostro quidem sermone sic exprimas: *eh bien, il l'a mangé lui seul tout entier.* Taceo utrumque veterem codicem eamdem tenere scripturam.

Ἀστυδάμας ὁ Μιλήσιος &c. »Placet eruditis, [Dalecampio, in Addendis ad suas Adnotationes] »*Astydamantem Milesium*, eum esse nobilem pugilem, qui in *Theocriti* scholiis [ad Idyll. IV. 34.] nominatur *Astyanax* Mi- »lesius. Fieri potest, ut sit ita: nihil tamen afferri video, »cur id credamus. Ne imponat rudioribus prava inter- »punctio, quae fraudi fuit interpretibus! [nempe, cum post νικήσας commate incisa esset oratio.] »Continuanda enim »hoc modo sententia: Ἀστυδάμας δ' ὁ Μιλήσιος τρὶς Ὀλύμ-

b »πια νικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς παγκράτιον, κληθεὶς &c. id

» est, *Astydamas Milesius, qui ter Olympia vicit continuis vi-* b
» *cibus in certamine pancratii.* « CASAUBONUS.

φακὸν τῆς κλίνης &c. » *Astydamas*, inquit auctor, *iussus* » *a Persa edere aliquod specimen sui illius* decantati *roboris*, » φακὸν τῆς κλίνης περίχαλκον ὄντα κλάσας ἐξέτεινε μα- » λάξας. Turbavit interpretes vox φακός. Dalecampius » *vinculum*, nescio quid secutus, vertit. Quod Plinius ait » lib. XVIII. cap. XII. [sect. 31.] *lenti suam esse figuram;* » *unde vario usu translatum est in lenticulas nomen:* id re- » cte intellectum, planum nobis faciet hunc locum. Vult » autem Plinius, *lenticulas* appellari varii usus vascula pres- » sulae rotunditatis, quae est sua lenti figura. Hoc verum » est non minus in Graeca, quam in Latina lingua. Nam » φακὸν Graeci vocant non *lentem* solum, sed *quicquid* est » φακωτὸν & *formam lenticularem habet.* In Medicorum li- » bris, φακὸς est πυριατήριον κεράμεον, vasculum fictile » quod cineribus calidis refertum, aut alia re, teneri in- » ter manus solebat, vitandi frigoris caussâ, interdum et- » iam aliis partibus imponi. Iustinus Martyr φακὸν vocat » *lenticulam* sive *urnam lenticulari formâ ex aere factam*, in » qua Sibyllae Cumanae reliquias sibi ostensas narrat. Ver- » ba sunt illius in Oratione priore ad Graecos, ἡμῖν ὑπο- » δειξάντων καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον, » ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. Athenaeus φα- » κὸν hic appellat *ornamenti lectorum genus, lenti simile.* Ut » in sceptris torno factis sunt bullae & nodi, & quae vo- » cant Graeci κονδυλώματα, κομβώματα & κονδύλους: sic » in lectorum pedibus ac columnis sunt φακοὶ, *lenticulae;* » quas veteres laminis aereis vel argenteis tegebant: pro- » pterea ait auctor, hunc φακὸν fuisse περίχαλκον, *aere cir-* » *cumtectum.* Sed laminas non admodum tenues fuisse opus » est; quando miraculi instar habitum, quod athleta hic » manibus suis potuerit *frangere* primum eam *lenticulam*, » *deinde aes extendere, de rigido flexile & molle reddens:* id enim » est ἐξέτεινε μαλάξας. Eustathius, descripto hoc loco, [ad Iliad. Ψ. pag. 1397 extr.] » addit: καὶ σημειωτέον ἐν- » ταῦθα τήν τε ἐν χερσὶ βριαρότητα τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὅτι » ὁμώνυμον καὶ ὁ φακὸς, οὐ δήπου ὀσπρίῳ [μόνῳ] ἐπιλεγό- » μενος: neque plura ille de hac voce. Lectorum lenticu- » lis simillima erant quae vocat Hieronymus *mala*, cap. » XXV. Proverbiorum: ubi tamen Hebraica veritas aliter » habet: sed haec alibi. « CASAUBONUS. — Cum eruditâ

b istâ disputatione conferri possunt, quae collegit Foesius in Oecon. Hippocr. voc. φακὸς, & quae ad Hesychium notarunt Interpretes, denique *Petrus* Petitus ad Aretaeum pag. 260. laudatus etiam docto Hesychii editori. Quibus tamen ex omnibus nondum satis perspicuum esse videtur, qualis fuerit illa *lecti lenticula*, de qua hîc agitur. Porro χάλκεον utique malles, aut ἐκ χαλκοῦ, quam περίχαλκον: nisi περίχαλκος intelligi possit *tota aenea, omni ex parte aenea;* cui tamen significatui videtur analogia repugnare: nam sic v. gr. περίχρυσον non dicitur quod sit *totum ex auro*, sed *deauratum, auro obductum;* veluti apud Nostrum, IV. 129. b. πίναξ ἀργυροῦς ἐπὶ πάχος οὐκ ὀλίγον περίχρυσος, *lanx argentea, ad crassitiem haud exiguam deaurata.* οὐκ ἐχώρησε μία ὑδρία τὰ ὀστέα. ὑδρεία suo more habet ms. *A.* ut V. 199. d. quod hoc loco etiam in editos libros propagatum. Sed ὑδρία recte dedit ms. *Ep.* Sic etiam legebat H. Stephanus, hunc locum citans in Thes. T. III. pag. 1786. b.

c καὶ τὰ τοῖς ἐννέα ἀνδράσι παρεσκευασμένα παρὰ τῷ Ἀριοβαρζάνῃ εἰς τὸ δεῖπνον μόνον καταφαγεῖν. »Scribe κατα»φαγεῖν φασί. Postrema vox excidit ob similitudinem so»ni cum fine dictionis antecedentis.« Casaub. — Verbum, ad absolvendam sententiam utique necessarium, non magis agnoscit vetus codex *A.* quam editi. Breviator totam ῥῆσιν hoc loco omittens, paulo superius, post verba φαγεῖν πάντα τὰ πᾶσι, haec inseruit, ἦσαν δὲ ἐννέα ὡς τινες. Ex quo intelligi videtur, illum in suo exemplari hoc loco verbum φασὶ expressum reperisse. Alioqui etiam φησὶ hîc supplere potueras, nempe φησὶν ὁ Θεόδωρος.

AD CAP. V.

πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται. &c. »A singulis personis ad »genera transit Athenaeus: &, *omnes* generatim *athletas* »*plurimum esitasse*, aliquot veterum testimoniis demon»strat. Recitantur primo loco *versus Euripidis* plane in eam »sententiam insignes: quos neque Galenus praetermisit, »neque ullus alius eorum qui athletas exagitarunt. Ait: »διὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ λέγει. Satyri»cum fuit hoc drama. Docuit nos Iulius Pollux, lib. X. »cap. 46. Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύκῳ Σατυρικῷ εἰπόντος, σχοι-

»νίας γὰρ ἵπποισιν φλοΐνας ἡνίας πλέκει.« CASAUBONUS. — Maiorem partem eclogae Euripideae quae hic adponitur, recitavit etiam Galenus in Protreptico ad Literarum ſtudia. Unum verſum duodecimum citavit Diogenes Laërtius, in Solone. Alium e veteribus, qui iſtis verſibus uſus ſit, non habeo compertum. Digitum quidem in eos haud obſcure intendere videtur Lucianus, in Anacharſi. Iſta Athenaei verba, μετὰ τῶν γυμνασμάτων, perum recte SPANHEMIUS ad Iulian. p. 105. *poſt exercitationem* interpretatus eſt; cum ſonent, *praeter exercitationem*, vel *ſimul cum exercitatione etiam multa comedere docentur.* Quare τὸ ἀναγκοφαγεῖν vel ἀναγκοτροφεῖν in partibus inſtitutionis athletarum retulit Epictetus, cum in Enchiridio, tum in Diſſertat. lib. III. c. 15, 3. ubi vide quae adnotavit Uptonus.

Eamdem *EURIPIDIS eclogam*, paſſim correctam, exhibuit GROTIUS in Excerptis pag. 377. cuius Latinâ etiam verſione uſi ſumus. Alia nonnulla ad eamdem emendandam contulit MUSGRAVIUS, in Fragm. Euripid. pag. 553. *Verſ.* 1. Mireris Caſaubonum patienter ferentem vitioſam ſcripturam Κακῶν γε ὄντων, quam quidem & noſter cod. *A.* tenet, & cod. *Epit.* inter lineas notatam habet. Recte vero γὰρ habet idem ms. *Ep.* in contextu: quod ex Galeno adoptavit Grot. & Musgr.

Verſ. 6. κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός, d Id eſt, ut reddidit Dalecampius, *luculentiores opes ſibi paret quam habuit pater.* — »Ita editur (ait CASAUBONUS) »in libris noſtris: neque variat ſcripta lectio. Placet ta»men nimis quod eſt apud Galenum, εἰς ὑπεκτροφὴν »πάτρας: *ad alendam neceſſario tempore patriam.*« — Et noſtri codices nil mutant: ſed & nobis perplacet Galeni ſcriptura, quam Grotius ſecutus eſt. Eamdem fere in ſententiam Xenophanes in extrema ecloga, quae continuo deinde adponitur, dixerat, Οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλεως. Nec tamen in Athenaei editione iſtam ſcripturam in contextu ponere debuimus, cum & defendi vulgata apud Noſtrum lectio poſſit; in qua etiam Musgravius adquievit. Quum bis ediderit fabulam *Autolycum* Euripides, noſtra lectio fortaſſe (quod & diſerte libri noſtri confirmant) e *priori* editione ducta eſt, Galeni vero e poſteriori.

Verſ. 7. ξυνηρετμεῖν τύχαις. ξυνηρετεῖν cum editis tenet ms. *A.* quod pro ὑπηρετεῖν poſitum videri poterat: cuius eiusdem verbi novum compoſitum ἐξυπηρετεῖν

d apud Galenum in hoc verſu legitur, ne id quidem ſine veri ſpecie; nam & alibi occurrens idem compoſitum notione ſimplicis adnotavit H. Stephanus, in Theſ. I. pag. 1349. g. Quare percommode κᾰξυπηρετεῖν ex Galeno adoptatum a Grotio & Musgr. Sed, quod ex coniecturâ ſummus VALCKENARIUS in Diatrib. Euripid. p. 80. (coll. Sophoclis Ai. 1346. & ibi Schol.) commendaverat verbum, ξυνηρετμεῖν, id ipſum perſpicue hoc loco ſic ſcriptum nobis exhibuit noſter codex Epitomae.

Verſ. 8 *ſq.* »Probo quod praeferunt noſtri codices, ἔθη »γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ, σκληρῶς διαλλάσσουσιν εἰς τὰ»μήχανα: quod interpretor, *rebus dubiis aegre poſſunt ſibi »conſulere.* At Galeni codices μεταλλάσσουσιν (male, pro »διαλλάσσουσιν) εἰς ἀμήχανον.« CASAUBONUS. — Et iſtam librorum Athenaei ſcripturam ſecuti ſunt Grot. & Musgr.

Verſ. 12. Τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας. »Diogenes Laërtius in Solone, [lib. I. ſegm. 56.] de hoc »ipſo hominum genere loquens: Γέροντες τε [ait] γενό»μενοι, κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

»Τρίβωνες ἐκλείποντες οἴχονται κρόκας.

»Eſt autem venuſtiſſima translatio. Veſtimenta habendo »amittunt κρόκας, & contrahunt ſordes. Eupolis, in Tri»bunis militum: [apud Polluc. IX. 58.] de veſte veteri, »ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος, κρόκης πέντε στατῆρας εἶχε (vel »ἦγε) [vel potius εἶλκε, ed. Caſ. 2. & 3.] καὶ μὰ τὸν Δία· »νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥᾳδίως. Perſius in eâdem »ſententiâ contrarium dixit Euripidi: [Sat. VI. 73.]

»— *Mihi trama figurae*

»*ſit reliqua: aſt illi tremat omento popa venter.*

»Videntur contraria, κρόκας ἐκβαλεῖν, & *tramam ſolam habere reliquam.* Ambo tamen de obſoleta veſte dicuntur.« CASAUBONUS. — Nobis *trama ſola reliqua* apud Romanum poëtam idem fere ſonare videbatur, ac *veſtis cui detriti villi* apud Atticum. Graecum iſtum verſum cum quinque aliis praetermiſit Galenus. Laërtii ἐκλείποντες adoptarunt Grotius & Musgr. Nobis ſatis placuit vulgata apud Noſtrum lectio, ἐκβαλόντες. Quod vero GROTIUS in Notis ait »ἐκλείποντες apud *Suidam* legi« id imprudenti illi excidiſſe videtur, aut ab operis erratum: nobis quidem nusquam apud Suidam citatum reperire verſum illum contigit.

Verſ. 13. Commode τὸν, non τῶν, Ἑλλήνων νόμον dedere ambo noſtri mssti: iidemque, *verſu* 14. οἳ τῶν δ'

(non τόνδ') ἕκατι. De utrâque adhibendâ emendatione d monuerat CASAUBONUS: »Scribe καὶ τὸν Ἑλλήνων νό»μον, οἳ τῶν δ' ἕκατι:« — ſed nullâ veterum codicum factâ mentione.

Verſ. 15. »Ex eo quod ait, *Graecorum panegyres* τιμᾷν »ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν, non male colligas, »ſacrorum ludorum agoniſtas partâ victoriâ ſolitos con»vivio excipere omnes ſpectatores, qui undique conve»niſſent. Et de multis hieronicis clarum hoc ex hiſtoria.« CASAUBONUS. — Si victores ipſi minus valerent opibus, amici certe & cognati, aut eiusdem civitatis ſocii, ſplendidis conviviis victoriam illorum celebrabant. Sed ea de re conſulendi qui de re Agoniſticâ e profeſſo ſcripſere: conferri autem interim poteſt Athenaeus noſter, I. 3. d. e. f. & IV. 168. f. ibique notata. Nec tamen immerito ſuſpecta MUSGRAVIO fuit vulgata h. l. ſcriptura. »Non ſatis »placet, inquit, Caſauboni interpretatio. Pugnat enim »δαιτὸς χάριν cum τῶνδ' ἕκατι. Itaque verti quaſi eſſet: »τιμῶσ' ἀχρεῖον ἡδονῆς κάρτος χάριν.« — Nempe ſic vertit, *qui horum hominum cauſâ conventus habentes, oblectamenti cauſâ robur inutile honorant*: commodiſſimâ ſane ſententiâ: ſi modo a conſentientis librorum ſcripturae veſtigiis paulo propius abeſſet emendatio.

Verſ. 16. Τί γὰρ - - τί δ' ὠκύπ. Sic recte apud Athen. e edd. & mssti. Minus commode apud Galenum, Τίς γὰρ & τίς δ'. *Verſ.* 17. Pro παίσας, eſt πλήξας apud Galen.

Paulo maiorem habent difficultatem *verſus* 20 & 21. Ubi ſpecioſum utique erat illud, δι' ἀσπίδων ποσὶ θέοντες, quod ex Galeno Grotius adoptavit, latine ſic reddens, *per ſcuta curſans levi pede.* Sed tamen aliquanto ſignatius videri debuit verbum, quod Athenaei libri habent, θείνοντες, *tundentes, pertundentes, transfodientes.* Atqui id ipſum verbum θείνοντες exhibent etiam Galeni codices ſub finem eiusdem libelli, ubi iidem Euripidei verſus repetuntur: pro quo cur θένοντες poſuerit Musgravius, nulla ſatis praegnans cauſſa fuiſſe videtur: nam utrumque verbum eâdem notione uſurpatur: & utramque formam admitrebat metri ratio. Iam quod in fine *verſus* 20. legebatur χεροῖν in editis Athenaei libris; id utique videri debebat a dormitante quodam librario e ſuperiori verſu temere repetitum: ac fere non dubitandum videtur, quin verum ſit ποσὶ, quod eſt apud Galenum. At rurſus

turbare nos debuit, quod apud eumdem Galenum, altero loco, sub finem libelli, pariter χερσῖν legitur, quemadmodum hic apud Nostrum editum erat. Denique, quamvis ποσὶ maluissemus, tamen in Athenaei editione tenendum nobis visum est id quod uterque noster codex mstus dabat, χερί. Caeterum in eamdem sententiam, quae his versibus continetur, acute Anacharsidem suum ridentem istos Graecorum ludos induxit Lucianus, in Anacharsi. sive De Exercitationibus, cap. 31.

Vers. 24. Tenui χ' ὅστις, quod commode editum erat: perperam quidem χ' ὥς τις ed. Ven. Sed plene scriptum καὶ ὅστις in ms. *A*. In *Ep.* deest extrema pars eclogae, finde a vers. 22. *Vers.* 26. Pro ὅστις γε, ὅστις τε legendum censuit Musgr.

AD CAP. VI.

ἐκ τῶν τοῦ Κολοφωνίου Ἐλεγειῶν Ξενοφάνους. Suspicari poteras, Ἐλεγείων scriptum oportuisse, a sing. τὸ Ἔλεγεῖον: unde est Ξενοφ. ἐν τοῖς Ἐλεγείοις, IX. 368. e. Pariter Ἴων ἐν τοῖς Ἐλεγείοις, X. 436. f. & 447. d. & alibi. Sed parum aut nihil interest: nam apud Laërtium etiam, in Xenophanis vita, (IX. 18.) legitur γέγραφε Ἐλεγείας: nisi forte & ibi Ἐλεγεία scriptum oportuit. Sane apud eumdem Laërtium, VIII. 36. cum scribitur vulgo Ξενοφάνης ἐν Ἐλεγείᾳ, de veritate illius scripturae haud immerito dubites, quandoquidem apud Suidam in Ξενοτάνης, ubi illa Laërtii verba repetuntur, in omnibus ante Küsterum editionibus ἐν Ἐλεγείῳ scribitur, & temere nullâque veterum librorum auctoritate ἐν Ἐλεγείᾳ a Küstero demum editum video.

In *Xenophanis vs.* 1. pro Εἰ μὲν, Εἴ κεν legendum censuit Wakefield, in Sylva Crit. Part. II. pag. 49. Cui coniecturae species accedit ex particulae κε frequenti repetitione in sequentibus versibus. *Ibid.* ταχυτῆτι, non ταχύτητι, commode dedit ms. *A*. In *Epitomâ*, de totâ eclogâ nonnisi postremus versus adpositus est, hoc modo: Ὅλως δὲ, τὰ τῶν ἀθλητῶν οὐ πιαίνει μυχοὺς πόλεως, ὥς φησι Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος.

a *Vers.* 3. παρ' Πίσαο ῥοῆς. Sic rursus vs. 21. Πίσαο παρ' ὄχθας. Quasi ὁ Πίσης vel ὁ Πίσας nomen fontis vel rivi esset. Apud Stephanum Byz. habes, Πίσα, πόλις καὶ κρή-

νη τῆς Ὀλυμπίας. *Verſ.* 5. εἴτε τὸ δεινὸν &c. Sic pro a vulgato εἴτε τι δεινὸν correxeram, quum eamdem emendationem ab eodem, quem modo laudavi, WAKEFIELDIO occupatam cognovi: cuius librum quidem ipſum tractare nondum mihi contigit, ſed ex eo Excerpta, ad Athenaeum ſpectantia, cum plurimis aliis in noſtrae editionis uſum aliunde collectis, debeo eruditiſſimi Viri iuvenis *Ioh. Franciſci* BOISSONADE, Pariſienſis, diligentiae amorique ſingulari quo & nos & communia noſtra ſtudia complectitur.

Verſ. 6. ἀστοῖσιν κ' εἴη κυδρότερος πρὸς ἄκρα. ἀστοῖσιν (pro quo perperam vulgo ἀστοῖσι absque ν legebatur) valet ἐν ἀστοῖσιν, *inter cives*; quemadmodum vs. 15. λαοῖσιν i. q. ἐν λαοῖσιν. κυδρότερος recte Ms. cum ed. Caſ. Temere κεδρότερος ed. Ven. & Baſ. quod tamen & H. Stephanus reperiit in Poëſi Philoſophica, pag. 37. ubi *Xenophanis* eclogam iſtam exhibuit. Percommodum vero videtur quod (neſcio quo auctore) editum eſt, πρὸς ἄκρα, ut κυδρότερος πρὸς ἄκρα idem valeat ac παρὰ πολὺ κυδρότατος, *longe omnium glorioſiſſimus, celebratiſſimus*. Nobis quidem nihil melius occurrebat, quod ſub ſcriptura προσερᾶν, quae ſic ex ms. *A.* enotata eſt, latere poſſet.

Verſ. 7 *ſq.* »Fuit diu ſuſpectus gravioris mendae poſte»rior verſus huius diſtichi:

»Καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο,
»καί κεν σιτείη δημοσίων κτεάνων.

»Sed non videtur quicquam mutandum, niſi ut σιτοίη »ſcribatur pro σιτείη. Eleganter dixit σιτεῖν δημοσίων »κτεάνων, pro ἀπὸ τοῦ δημοσίου. Intelligit enim τὴν ἐν τῷ »πρυτανείῳ σίτησιν. Priorem verſum illuſtrant quae de »iure προεδρίας obſervamus ad Theophraſti Characteres, »capite Περὶ Ἀρεσκείας. Haec ſcripſeram cum venit in »mentem ſententia doctiſſimi viri, qui ſcribendum ita iu»dicat, mutatâ diſtinctione, καὶ κέ τί οἱ εἴη δημοσίων »κτεάνων. Ἐκ πόλεως. *Turnebus*, σῖτ' εἴη.« CASAUBONUS. Expeditiſſima utique ratio videri poterat, ſi ex σιτειη, quod habent libri, σιτοίη faceres: nec opus erat cum *Wakefieldio* καί τ' ἐκ σιτοίη corrigere, ut ἐκ praepoſitio (quae percommode ſubintelligi poterat) ad κτεάνων referretur. Sed hoc incommodi habet iſta ratio, quod, eâ admiſſâ, in verſu ſequente ſuſpenſa oratio ſit; cum ad nomen δῶρον verbum nullum adſit, ubi exſpectaſſes καὶ ἐκ πολέως ἔχῃ δῶρον vel εἴη οἱ δῶρον. Quare aut ſic omnino le-

a gendum videtur,

καί κε τί οἱ εἴη δημοσίων κτεάνων
ἐκ πόλεως καὶ δῶρον, ὅ οἱ κειμήλιον εἴη.

aut cum TURNEBO, minimâ mutatione:

καί κεν σῖτ' εἴη δημοσίων κτεάνων
ἐκ πόλεως, καὶ δῶρον ὅ οἱ κειμήλιον εἴη.

Verſ. 10. Quae cunctas tres editiones Caſaubonianas invaſerat ſcriptura, ταῦτα γ' ἅσαντα, manifeſtus operarum error fuerat, ex ed. Caſ. 1. propagatus. Tum vero commodum ſane erat ταῦτά γ' ἅπαντα, quod habent ed. Ven. & Baſ. Sed quae ſcriptura, mendoſa illa quidem, e ms. *A.* enotata eſt, ταῦτα κ' εἰπαντα, in eâ latere videbatur id quod edidimus, ταῦτά κε πάντα.

Verſ. 11. Scripturam, οὐκ ἐὼν ἄξιος ὥσπερ ἐγὼ, tenet Ms. cum ed. Ven. Baſ. & Caſ. Ubi quum exſpectaſſes apodoſin ad protaſin longae periodi, quae inde a primo verſu ab illis verbis 'Αλλ' εἰ μὲν inceperat, neſcio quo pacto ita nude & abrupte participium ἐὼν ponitur. Miratus equidem quod ad hunc verſum (in quo vix ſana haberi poteſt oratio) nihil a viris doctis adnotatum repererim, ſuſpicatus eram, poſt iſta verba vel intercidiſſe nonnulla, vel conſulto ab Athenaeo eſſe praetermiſſa: niſi fortaſſe per rhetoricam figuram, quam ἀποσιώπησιν vocamus, ita abrumpere orationem licitum fuit poëtae.

b *Verſ.* 14. Pro ἀγαθῆς σοφίης, ἀγανῆς legendum conjecſtaverat VALCKENARIUS ad Theocriti Adoniaz. pag. 404. cui ſuffragatus eſt WAKEFIELD l. c. Nobis ferenda librorum ſcriptura videbatur, eo ſenſu quem in verſione latina expreſſi, *utilis ſapientia*: cui dein opponitur *athleticae artis inutilitas*.

Verſ. 15. Οὔτε γὰρ, εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔτ' εἴη. Placet ἐνείη, quod hic poſuit WAKEF. Non quod neceſſariam huic orationi putem ἐν praepoſitionem; nam λαοῖσι (ut paulo ante dictum) per ſe iam idem valebat ac ἐν λαοῖσι: ſed particulae ἔτι non videtur hic eſſe locus. Forte vero etiam, eâdem fere notione, ἐπείη ſcribi potuerat, quod paulo propius a librorum ſcripturâ erat abfuturum. Verſum hunc & qui ſequuntur, ex alia parte *Elegiarum Xenophanis* deſumtos exiſtimavit Gallicus interpres: non ſine veri ſpecie.

Quae *verſ.* 17 & *ſq.* leguntur verba,

— τό περ ἐστὶ πρότιμον

ῥώμης ὅσσ' ἀνδρῶν ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει·

eorum ordo naturalis fic concipiendus: ὅπερ ἐστὶ πρότιμον τῶν ἔργων ῥώμης, ὅσα ἔργα ἀνδρων (vel, τῶν ἔργων ῥώμης ἀνδρων, ὅσα ἔργα) πέλει ἐν ἀγῶνι.

Verf. 19. τοὔνεκεν ἂν δή. Sic codex Ms. non ἀρ. *Verf.* 21. Non ferendum putavi, quod edebatur conſentiente c msto, εἴ τις ἀεθλεύων νικῶ. Aut νικήσῃ oportebat in optativo; aut ſimpliciter νικᾷ, in indicativo, qui peraptus erat huic loco.

Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἐπαγωνίζεται, διαβάλλων ὡς ἄχρηστον καὶ ἀλυσιτελὲς τὸ τῆς ἀθλήσεως εἶδος. Dalecampius: *Alia quoque multa Xenophanes pro ſapientiae ſuae captu diſceptat, ea publicorum ludorum genera ut vana, ſupervacua, inutiliaque vituperans.* Ad quae CASAUBONUS: »Sine dubio iſta verba (ait) non »plane ceperunt interpretes: verbum enim ἐπαγωνίζεται »non expreſſerunt. Sed deſino mirari. Locus enim de»pravatus eſt: ſententia mutilata: oratio hiulca, neque »ἑλληνίζουσα. Scribo: Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης »κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ποίησιν τῇ σοφίᾳ (vel etiam, τῇ αὐτοῦ »σοφίᾳ) ἐπαγωνίζεται, διαβάλλων ὡς ἀχρ. Id eſt: *Mul»ta alia in poëmatis ſuis dicit Xenophanes ad defenſionem ſa»pientiae, vituperans artem athleticam.* πολλὰ ἄλλα ἐπαγω»νίζεται, pro ἐπαγωνιζόμενός φησι: familiare magnis ſcri»ptoribus. Quare hoc dicat Noſter, clarum ex praece»dentibus elegiae verbis, ubi infit poëta:

»οὐκ ὢν ἄξιος ὥσπερ ἐγώ. ῥώμης γὰρ ἀμείνων
»ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων ἡμετέρη σοφίη.

»& ſimilia his alia.« — At ἐπαγωνίζεσθαί τινι, non ſonat *defendere aliquem vel aliquid;* ſed plane contra, *impugnare:* nec ullum verbum deſideratur in vulgatâ ſcripturâ, in qua ſtructura orationis in hunc modum concipienda: Πολλὰ – – – Ξενοφάνης κ. τ. ἑ. σοφ. ἐπαγωνίζεται τῷ τῆς ἀθλήσεως εἴδει, διαβάλλων αὐτὸ ὡς ἀχρ. &c. Illud fortaſſe dubites, quid ſit quod κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν dicat, cum commodius videri deberet ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας, aut aliquid tale. At ſatis notum eſt, quam multis atque variis modis praepoſitione κατὰ utantur Graeci, ut fere cuiuslibet alterius praepoſitionis vim ſuſtinere poſſit. Ubi de pugna in acie agitur, ibi κατὰ dicitur de parte alteri *ex adverſo* oppoſita: quam in ſententiam ſi hoc loco voculam illam accipias, ſenſus erit: *impugnat illud genus*

exercitationum, quae athleticae nominantur, quas ſuae ſapientiae opponit, & tamquam inutiles vituperat: vel, *quibus ſuam ſapientiam opponit, & illas ut inutiles vituperat.*

Καὶ ὁ Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριεὺς &c. Praeteriit haec Breviator: in ms. *A.* vero & in edd. alteratum auctoris nomen; ubi recte CASAUBONUS monuit: »Scribe Καὶ ὁ Ἀχαιὸς, »non Ἀχίλλειος, ut editum exaratumque eſt in omni»bus. Saepe in his libris citatum videas *ACHAEUM* hunc »*Eretrienſem; Achilleum* nusquam unquam. Paullo poſt, [p. 417. f.] Ἀχαιὸς δ' ἐν Ἄθλοις.« — Paulo propius a vero abeſt codicis *A.* ſcriptura, ΑΧΙΛΛΙΟΣ. *Poſtremo Achaeï* d *verſu*, pro χρίουσιν, idem codex ſuo more χρείουσιν habet: cuius ſcripturae in memoriam lectoribus noſtris revocandae paullo poſt dabitur occaſio.

AD CAP. VII.

Ἡράκλειτος δ', ἐν τῷ Ξενίζοντι, Ἑλένην φησὶ &c. Perperam Ἡράγκειτος ed. Ven. & Baſ. tum ἐν τῷ ξενίζοντι Ἑλένην editiones omnes. Unde Dalecampius: *Heranceitus in Helenae hoſpite ait, mulierem quandam plurimi cibi fuiſſe.* Recte vero CASAUBONUS in Animadv. monuit: »Verte iſta, »Ἡράκλειτος δ' ἐν τῷ Ξενίζοντι, Ἑλένην φησὶ &c. *Heraclitus in Hoſpite ait, mulierem quandam nomine Helenam omnium plurimum ediſſe.* Ita distinguit Epitoma. Alii ſic, ἐν »τῷ ξενίζοντι Ἑλένην, *in fabulâ cuius index, Hoſpes Helenae;* corruptâ ſententiâ punctorum collocatione pravâ. »Nam verum eſt, illi *eſtrici mulieri* nomen fuiſſe *Helenae.* »Ptolemaeus Hephaeſtionis fil. Hiſtoriâ novâ, [lib. IV. pag. 319 ſq. ed. Galei] »in recenſione plurium *Helenarum*, quae nomen, alia aliis artibus, clarum ſibi pepere»runt: καὶ ἡ τρεῖς ἐρίφους ἐσθίουσα καθ' ἡμέραν, Ἑλένη »ἐκαλεῖτο. Ἡράκλειτος porro libri omnes antiqui, non »Ἡράγκειτος.« — Breviator, omiſſo (ut ſolet) dramatis nomine, ſic habet: Ὅτι Ἡράκλειτος Ἑλένην φησί τινα γυναῖκα πλεῖστα βεβρωκέναι. Perperam vero βεβιωκέναι noſter codex *Ep.*

Ποσείδιππος δὲ, ἐν Ἐπιγράμμασι, Φυρόμαχον· εἰς ὃν καὶ τόδε ἐπέγραψεν: &c. »In antiqui aevi guloſis & *Phy»romachus* quidam [de quo conf. VI. 245. e. & VIII. 343. b.] »nomen ſuum profitetur: εἰς ὃν, Athenaeus inquit, »καὶ τόδε Ποσείδιππος ἐπέγραψε. Vulgo τάδε. [nem-

pe ſic ed. Ven. & Baſ.] » Mssti τόδε: [ſic & ms. *A.* cum ed. Caſ.] » id eſt, *in quem* mortuum *Poſidippus hoc epigram-*» *ma fecit.* Id epigramma corruptiſſimum hodie extat in » Athenaei codicibus. Sic enim editur :

» Φυλόμαχον τὸν πάντα φαγεῖν βορὸν, οἷα κορώνην
» παννυχικὴν, αὔτη ῥωγὰς ἔχει καπετὸς,
» χλαίνης ἐν τρύχει Πελληνίδος· ἀλλά σ᾽ τούτου
» † καὶ χρεία εἰς τήνην Ἀττικὲ καὶ στεφάνου
» εἰπόντες οἱ προκύων συνεκώμασεν. ἦλθε δ᾽ ἀμαυρὰ
» βλέφας ἐκ πελίων νωδὸς ἐπισκυνίων.
» † ὁ τριχὶ διαφθείρας μονολήκυθος. ἐκ γὰρ ἀγώνων
» τῶν τότε λιναϊκὴν ἦλθ᾽ ὑπὸ Καλλιόπην.

» Quantum ex iſtis impuriſſimarum harpyarum reliquiis » conieĉturâ licet aſſequi, *Phylomachus* hic gurges atque » heluo, pugil athleta fuit, qui & vixiſſe dicitur miſerrime » in ſumma paupertate, & mortem obiiſſe triſtiſſimo ca- » ſu, cum e certamine quodam reverſus eſſet otocaĉta, » & pugnis probe contuſus. In *primo verſu*, Φυρόμαχον » verius cenſemus, quam Φυλόμαχον, fidem habentes an- » tiquiſſimis libris, & Breviatori, qui valere iuſſis Poſi- » dippi verſibus iam tum corruptis, hoc ſolum in Excer- » pta ſua retulit: Ποσείδιππος δὲ Φυρόμαχον πάντα φα- » γεῖν βορὸν φησί. [ſic & noſter ms. *Ep.* ſed βόρον edd. pe- nacute, neſcio an conſentiente ms. *A.*] » Sic igitur & in » Athenaei verbis paullo ante corrigendum. [Noſter codex & in Athenaei verbis, & in Poſidippi, reĉte Φυρόμα- χον exhibet.] » Appellat poëta ῥωγάδα καπετὸν, *ſcro-* » *bem male cavatum & parum alte;* in quem proiectus videri » poterat hic ganeo potius, quam honeſte conditus ac ſe- » pultus. Nam per contemtum iſta dicuntur. *Tertio verſu*, » pro εὐτρύχει, quae vox nihil ſignificat, ἐν τρύχει emen- » davimus, & hoc fide membranarum. [quibus adſentitur noſter cod. *A.*] » τρύχος, eſt *fruſtum veſtis lacerae*, » ῥάκος. Solebant olim mortui efferri in quam honeſtiſſima » veſte. Iuvenalis:

» *Pars magna Italiae eſt, ſi verum admittimus, in qua* » *nemo togam ſumit niſi mortuus.* —

» Non ſolis Italis, de quibus Satyricus loquitur, ſed vul- » go etiam Graecis Latinisque moris fuit, ut comtiores ef- » ferentur quam vixiſſent. Erant enim καλῶν ἐνταφίων ſtu- » dioſiſſimi. Ideo Poſidippus, ut extremam paupertatem » Phyromachi indicaret, ait, ἐν τρύχει χλαίνης Πελληνί-

c » δος, *fruſto Pellenicae chlaenae* tectum leviter, & ſolum » dicis cauſſa. Proxima verba [*verſ.* 4.] ſic contorta, ut » mentem eorum capere nequeamus. Etiam *quintus verſus* » eſt corruptus: ſed videtur hoc dicere: *cum veſpillones* » *hunc efferrent, non abiiſſe comitatiorem quam cane uno, qui* » *ſolitus ei praeire.* Deinde ait, *veniſſe in orcum* Phyromachum » *oculis ſuggillatis, liventibus ſuperciliis, edentulum. Penultimo* » *verſu* lego, ὦτα διαφθείρας, μονολήκυθος: *fractis auribus,* » *nullam aliam ſupellectilem ſecum vehentem quam ampullam.* » Non auſim ſpondere veram hanc coniecturam eſſe: in- » eptam quidem non putamus. Poſtrema ita emendamus:

» — ἐκ γὰρ ἀγώνων
» τῶν τότε Λιναϊκῶν ἦλθ' ὑπὸ τὰν καπετόν.'

» Nihil ante dictis convenientius poterat excogitari. Quod » ita coopertus plagis ad plures ſe penetrarit Phyromachus, » cauſſam affert his verbis: *quia e Lenaicis ludis recta in fo-* » *veam deſcenderit.* « Haec CASAUBONUS: cui etiam *verſ.* 2. debetur emendatio tacite ab eo adhibita, αὔτη ῥωγάς: ubi αὐτὴ olim editum erat, ſed αὕτη (ni fallor) dabant mſsti: perperam vero ῥώγας ed. Ven. & Baſ. & ῥῶγας ms. *A.* Poſt Caſaubonum multos alios doctos viros exercuit idem Epigramma. In his primus SALMASIUS acute vidit, *verſu* 4. iſta monſtra καὶ χρεία εἰς τήνην ex his verbis detorta eſſe, καὶ χρῖε στήλην: quam emendationem (ex ingenio ab illo propoſitam adhibitamque in Exercit. Plinian. pag. 858.) firmant vetereſ noſtrae membranae, clariora verae ſcripturae veſtigia ſervantes in hunc modum καὶ χρεία ἑστήλην: cum qua ſcriptura ſi conferas, quod in eodem codice paulo ante, pro χρίουσιν, in poſtremo Achaei verſu, χρείουσιν ſcribitur; non dubitabis, id ipſum, quod divinavit Salmaſius, debuiſſe librarium. Idem vir praeſtantiſſimus perſpecte viderat, *quintum verſum* ſic corrigendum eſſe, εἰ ποτέ σοι προκύων συνεκώμασεν: & *procyonem*, id eſt, *canem anteambulonem*, adpellari ipſum voracem paraſitum Phyromachum. Poſtremum diſtichon idem ſic corrigendum cenſuit:

ἀθριξ, εὐῤθειρος, μονολήκυθος, ἐκ δ' ἄρ' ἀγώνων
τῶν τότε Λιναϊκῶν, ἦλθ' ὑπὸ γαιὸν (vel ὑπόγαιον)
ὀπήν.

Et hoc pariter ingenioſâ ſane, nec tamen ita certâ, ratione. Quod vero *verſ.* 1 & *ſq.* κορώνην παννυχικὴν in κορώνην παυδοχικὴν mutavit: nec neceſſaria ea mutatio, nec alio-

qui probabilis videtur. κορώνην παννυχικὴν dicere poëta potuit avem, qui uno nomine νυκτικόραξ vocatur. Nec *vſ.* 6. opus erat, ut πελίων in πολιῶν mutaretur. Reliquas Salmaſii emendationes (exceptis duabus, quas proxime commemoravimus) tenens TOUPIUS, in Epiſt. Crit. p. 121 ſq. in poſtremo hemiſtichio veram lectionem a ſe uno absque controverſia reſtitutam contendit, ſic ſcribendo:

ὠχρὸς, διφθερίας, μονολήκυθος. ἐκ γὰρ ἀγώνων
τῶν τότε Λιναίκῶν ἦλθ' ὑπὸ κοῖλον ὀπήν.

Toupium preſſo pede ſecutus eſt BRUNCK, in Analect. T. II. pag. 50. Nonnulla inſuper ſuo more, id eſt, audacius quam conſultius, tentavit WESTON in Hermeſianacte pag. 33. quibus recenſendis non morabimur lectorem: ſed illud monemus, plura cum ad illuſtrandum hoc epigramma ſpectantia, tum ad iudicandas emendationes a doctis viris propoſitas, erudite obſervata & collata a cel. IACOBS, in Animadv. in Anthol. Vol. II. Part. I. p. 151 ſqq. in his, de *penulis Pellenicis*, craſſiusculis ad arcendum frigus: tum de *Lenaicis ludis*, qui non ad *pugillatum* cum Caſaubono referendi erant, ſed de potandi certamine intelligi debuerunt: &c. Nos, *penultimo verſu*, cum nulla ſatis certa occurreret emendatio, ſcripturam veteris noſtri codicis, ὁ τρίχιδι φθείρας, quamlibet vitioſam, tenuimus: virorum doctorum coniecturas in ſcholio ſub contextu adnotaſſe contenti. Ne iſtud quidem, ὑπὸ Καλλιόπην, in ipſo Epigrammatis fine mutare auſi ſumus: quod ipſum diſerte etiam defendere conatus eſt Gallicus interpres, conſulto iſta ſcripſiſſe poëtam contendens, in ambiguitate vocis ludentem, & Καλλιόπην ridicule hic ponentem, pro καλὴν ὀπὴν, *pulcram hanc* (ſcilicet!) *foſſam*. »*L'auteur fait entendre* (ſic ille in ſubiecta Adnotatione) »*que ce glouton mourut* à la fête des preſſoirs, *où les poëtes* »*diſputoient le prix de la poëſie, & il dit qu'il paſſoit de ces* »*combats poëtiques chez* Calliope; *équivoque qui plait dans* »*l'original.*« De vocab. κάπετος, *verſ.* 2. notamus, ſic ſcriptum illud nos edidiſſe, ut dabant editiones Ven. Baſ. & Caſ. 1. conſentiente (ut puto) ms. *A.* non καπετὸς, ut ex Caſauboni Animadverſionibus receptum in ed. Caſ. 2. & 3. Pariter cum accentu in antepenultima ſcriptum nomen habes cum alibi, tum apud Grammaticos omnes, Heſychium, Suidam & Etymologum. Eamdem ſcripturam cum Toupio repraeſentavit Brunck.

f πηχῶν τριῶν καὶ ἡμίσους &c. » *Herodorus Megarenſis*, » *tubicen*, dicitur hic *ſtaturam* habuiſſe *cubitorum trium ſemis*: » ita noſter ex *AMARANTO*. Alii dicunt *quatuor ipſorum* » *cubitorum*: in his Pollux lib. IV. cap. XI. [ſect. 89.] Sic » & in caeteris multum discrepant Amarantus & Iulius Pol- » lux. Verbi gratiâ: ait Amarantus, *comediſſe Herodorum* » κρεῶν λίτρας εἴκοσι, *carnium libras vicenas*: ille, XII. [im- » mo VIII.] minas, ὀκτὼ δὲ μνᾶς κρεῶν. Amarantus: πί- » νειν δὲ χόας δύο, *bibiſſe congios vini binos*. Apud Pollu- » cem ita ſcriptum, οἴνου δὲ διέπινε χόας: corrige, δύο » ἔπινε χόας. Amarantus: Κοιμᾶσθαι δὲ ἔθος εἶχεν ἐπὶ » λεοντῆς μόνης: & hoc Iulius aliter, ſolitum nempe pro » culcitâ pellem urſi habere; pro veſte ſtragulâ, qua re- » geretur, pellem leonis: ὑπέστρωτο δὲ ἄρκτου δορὰ, καὶ » λεοντῆν ἐπεβέβλητο. « CASAUBONUS. — οἷον ἂν εὑρή- κοι recte ſcribitur in omnibus editionibus. Perperam οἵων ἂν εὑρήκει ms. *A.* & *Ep.*

a Ἄργος γοῦν πολιορκοῦντος &c. » Quod addit *AMARAN-* » *TUS*, *Demetrio Argos obſidente*, *cum ad trahendam helepo-* » *lin machinam robur militibus deeſſet*, *per Herodorum dua-* » *bus ſimul tubis canentem*, *rediiſſe illis virtutem in praecordia*; » de eo notanda Pollucis verba: [IV. 90.] Machinae, in- » quit, contumaces erant, & moveri recuſabant: ibi tum » Herodorus δύο αἰγανὰ λαβὼν στερεὸν ἐνέπνευσε τοῖς ὀργά- » νοις τοῖσδε: hoc eſt, *duo caprina* cornua *arripit*, *atque* » *ea ſuper illis machinis inflat*. αἰγανὰ appellat τὰ αἰγαῖα » κέρατα: & fortaſſe αἰγαῖα ſcripſerat. « CASAUBONUS.

ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον. » Pergit Athenaeus, ἐνίκησε δὲ » τὴν περίοδον δεκάκις. Dalecampius, *Decies in canendi* » *certamine fuit aliis ſuperior*. Hoc quid ſit? Nam unde illud » de canendi certamine? Verte: *vicit perihodum decies*. Fe- » ſtus: *In gymnicis certaminibus perihodon viciſſe dicitur*, *qui* » *Pythia*, *Iſthmia*, *Nemea*, *Olympia vicit*: *a circuitu eorum* » *ſpectaculorum*. Eſt igitur περίοδον νικᾶν, *orbem implere lu-* » *dorum ſacrorum*; qui in Graecia erant quatuor. Notiſſi- » mus verſus eſt:

» Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.

» Hinc etiam *periodici agones* dicti, iidem qui & *ſacri*. Ita » accipe Plutarchi verba de Theagene Thaſio: [in Reip. gerendae Praeceptis, T. II. Opp. pag. 811. d.] » οὐ μόνον » τὴν περίοδον νενικηκὼς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀγῶνας: id » eſt, *cum non ſolum e ſacris ludis omnibus victoriam repor-*

» *taſſet*, *verum ex multis quoque aliis.* Similiter Arrianus in a » Diſſertationibus Epicteti lib. III. cap. 34. καὶ λοιπὸν, ὡς » καλὸς ἀθλητὴς περιέρχῃ νικώμενος τὴν περίοδον, ὅμοιος » τοῖς ἀποφυγοῦσιν ὄρτυξι. [Vide Epicteti Diſſert. III. 25, 5. noſtrae editionis, & ibi not.] » Quibus in locis etiam » eruditiſſimi viri lapſi graviter, quod non veniret illis tum » in mentem ludos ſacros etiam *periodicos* & *periodum* eſſe » dictos: cuius rei Pindaricus Scholiaſtes non ſemel nos » admonet. Caeterum Polluci cum Athenaeo ne hic qui- » dem convenit in numero: ſic enim ille, ἑπτακαίδεκα » δὲ περιόδους ἀνείλετο τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων. Quod au- » tem in illis ludis etiam praeconio & contentione vocis » certaretur, ſatis ad Suetonium probavimus. Vide Pollu- » cem libro IV. cap. 12.« CASAUBONUS. — Pollucem vi- de, IV. 91. & Caſaub. ad Suetonii Neron. cap. 24.

Νέστωρ ἐν τοῖς Θεατρικοῖς Ὑπομνήμασι. » *NESTOREM*, » ex cuius Θεατρικῶν libris proxime dicta de *Hermodoro* » ſumta dicuntur, non memini reperire alibi citatum. Non » diſſimili argumento, libros duos Suetonius ediderat, » quos inſcribit Suidas, Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίους [immo, Ῥωμαίοις] » Θεωρικῶν καὶ Ἀγώνων: *de Spectaculis & » Ludis Romanorum.* Alium cenſeo fuiſſe *Neſtorem* Laran- » denſem, poëtam, cuius Suidas meminit. De eo Menan- » der, rhetor eruditiſſimus, capite Περὶ Λαλιᾶς. Δεῖ ζητεῖν » καὶ τὰς μεταμορφώσεις καὶ ὀρνέων καὶ δένδρων. γέγρα- » πται δὲ καὶ Νέστορι ποιητῇ καὶ σοφισταῖς μεταμόρφωσις » φυτῶν καὶ ὀρνέων. Vixit principe Severo. « CASAUBO- NUS. — *NESTOREM* illum, civitate Tarſenſem, profeſſio- ne philoſophum Academicum, Strabonis aequalem, VOS- SIUS intellexit, De Hiſtoricis Graecis lib. II. cap. 4. p. 176.

Καὶ γυνὴ δὲ &c. » Poſt tam multa de Herodoro tubicine, » mentionem iniicit de *Aglaide*, *muliere tubá canere doctá*, » cuius etiam Aelianus meminit: Καὶ γυνὴ δὲ ἐσάλπισεν » Ἀγλαὶς ἡ Μεγακλέους ἐν τῇ πρώτῃ ἀχθείσῃ μεγάλῃ » πομπῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸν πομπικὸν περιθέτην ἔχουσα, » καὶ λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Lege & interpunge, ἐσάλπι- » σεν — — τὸ πομπικὸν, περιθέτην ἔχουσα. Id eſt, *tuba* » *cecinit pompae convenienter, perſonam habens.* σαλπίζειν τὸ » πομπικὸν, ut τὸ πολεμικὸν, τὸ ἀνακλητικὸν, & ſimilia. » Vocem περιθέτη explicat Iulius Pollux. « CASAUBONUS. — Sic Μεγακλέους tacite ille in Animadv. correxit. Nec vero aliter dabant ambo noſtri codices mssti: eodemque

modo Aelianus, Var. Hiſt. I. 26. Sed apud Pollucem, IV. 89. ἢ Μεγαλοκλέους vulgo legitur, ut apud Noſtrum ante nos edebatur. Recte vero etiam τὸ πομπικὸν dedit codex noſter uterque. Pollux l. c. σάλπιγγι ἐχρήσατο ἀγωνιστηρίῳ τε καὶ πομπικῇ. Quod Ἀλεξανδρία pro Ἀλεξανδρεία ſcribitur in ed. Caſ. error eſt ex ed. Baſ. propagatus. Mirabar quid eſſet quod περιθέτην *perſonam* interpretatus eſſet doctus Animadverſor. Cuius mentem explicare voluiſſe videtur PALMERIUS, in Exercitat. pag. 513. ſic ſcribens: »Per περιθέτην intelligo φορβείαν ſive ἐπιστο»μίδα: latine quidam *ligulam*, alii *capiſtrum* vocant: erat »autem coriacei ligamenti ſpecies, quo buccae & labia »tubicinum cohibebantur, ne nimiâ contentione rumpe»rentur. &c. « — At aliter quidem acceperat Aelianus l. c. qui diſerte περίθετον κόμην interpretatur, id eſt, *adſcititiam comam*: eodemque modo τὴν περιθέτην intellexit Pollux, lib. II. ſect. 35. & X. 170.

AD CAP. VIII.

b Λιτυέρσας δὲ &c. Confer Schol. ad Theocr. Id. X. 41. Et ibi quidem cum apud Theocr. tum in Schol. nomen ſic ſcribitur Λυτιέρσας; apud Noſtrum vero, XIV. 619. a. Λυτυέρσης: ſed h. l. in ſcripturam Λιτυερσ. cum editis conſentiunt ambo mssti: quam eamdem habes apud Suidam h. v. & apud Polluc. IV. 54. Caeterum, idem nomen *Litygerſae* apud Aelianum Var. Hiſt. I. 27. latere ſub obſcuro nomine Πιτυρέα, probabiliter admodum cenſuere Aeliani Interpretes. *Mox*, ubi ſcribitur apud Noſtrum, ἄδηφάγος δ' ἰσχυρός: rectius fortaſſe fuerit ἰσχυρῶς, quod habet ms. *Ep.* Cuius ſcripturae veſtigium videtur etiam in ms. *A.* ſupereſſe.

λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίθεος ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσᾳ. »Scribe Σωσίβιος ὁ τραγῳ»δοποιός. Cauſſam expoſuimus dudum in Lectionibus »Theocriticis capite duodecimo, ubi multa de hoc *Litygerſa*. « CASAUBONUS. — Scilicet docuerat ibi doctus Animadverſor, ſe in neſcio quo msto exemplari Theocriti deſcriptum reperiſſe Scholion, (iisdem fere verbis conceptum quae habes in editis Scholiis antiquis ad Id. X. 41.) cui ſubiecta fuiſſent haec verba: Ἱστορεῖ ταῦτα κατὰ μέρος Σωσίβιος ἐν Δάφνιδι, λέγων οὕτως·

Οὔτέ οἱ (corrigit ille, Αἵ τ' οἱ) Κελαιναὶ πατρὶς ἀρ- b
χαία πόλις
Μίδου γέροντος ὅστις ὥτ' ἔχων ὄνου &c.

Sequebanturque iidem verſus qui leguntur apud Iohannem Tzetzen, Chiliad. II. vs. 592 ſqq. apud quem eumdem quoque Σωσίβιος ἐν Δάφνιδι, non Σωσίθεος, nominatur. Quod quum ſatis cauſſae viſum fuiſſet Caſaubono, cur apud Athenaeum Σωσίβιος h. l. pro Σωσίθεος corrigendum cenſeret, eiusdem auctoritate ductus FABRICIUS, *Soſibium* in Tragicorum deperditorum numero retulit, in Bibl. Graec. T. I. pag. 691. Sed conferenda quae ab eodem (eâdem pag.) de *SOSITHEO Tragico* traduntur, & quae utroque loco ad poëtam de quo hîc agitur ſpectantia congeſſit erudita HARLESII induſtria, in inſtauratae Bibliothecae Graec. Vol. II. pag. 321 ſqq. Et, verum ſi quaeris, Grammaticus fuit *Soſibius; Tragicum Soſibium* nemo novit: at *Tragoediarum ſcriptor SOSITHEUS* in illorum etiam ſeptem numero nobilitatus, qui *Pleiadis* nomine condecorati ſunt, teſte Suida in Σωσίθεος, ubi confer quae Küſterus adnotavit. Nec ſane adparet, quo iure vetuſtiſſimis Athenaei codicibus (nam in nomine Σωσίθεος h. l. cum editis conſentiunt & vetus cod. *A.* & *Epit.*) opponi poſſit vel Ioh. Tzetzae, vel obſcuri alicuius Scholiaſtae auctoritas, qui ex ipſo Tzetza deſcripſiſſe ſua videtur. Denique (quod virorum doctorum obſervationem praeteriiſſe videtur) idem drama, de quo hîc agitur, *Daphnis* vel *Lityerſas* inſcriptum, a vetere Theocriti Scholiaſte, homine ſane docto, haud obſcure non *Soſibio*, ſed *SOSITHEO* auctori tribuitur, in Schol. ad Idyll. VIII. 93. Porro, ut conſtanter κωμῳδιοποιὸς, ſic & τραγῳδιοποιὸς habet vetus codex; non τραγῳδοποιὸς, ut perperam h. l. editum erat.

Tres verſus qui ex illo dramate hîc adponuntur, iidem leguntur apud Tzetzen l. c. cum nonnulla quidem varietate. *Verſus* 1. apud Athenaeum in hunc modum edebatur:

Ἔσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὅλους κανθηλίους.

Apud Tzetzen vero,

ἔσθει μὲν ἄρτους τρεῖς ὄνους κανθηλίους.

Ex quo Caſaubonus ſic ſcriptum oportuiſſe coniectabat, ἔσθει μὲν ἄρτων τρεῖς (tum ſive ὄνους, ſive ὅλους) κανθηλίους, id eſt, *tantum panum edebat, quantum efficeret*

b *trium asinorum onus.* Quam in sententiam non video, cur ἄρτους non possit teneri, in accusativo casu, per adpositionem ad κανθηλίους referendo, quo pacto latine haud incommode diceres, *Comedebat panes, trium asinorum onus.* Melius vero ὄνους legi, quam ὅλους, observavit *Georgius d'ARNAULD*, hunc locum tractans in Animadv. Crit. c. 9. ubi docuit iungi a Graecis solere duo nomina, ὄνος κανθήλιος, *asinus clitellarius:* velut apud Xenoph. Cyrop. VII. 5, 11. Lucian. in Iove Trag. c. 31. & in Schol. ad Aristoph. Av. 1555. Et ipsum ὄνους apud Athenaeum nobis dedit codex *Epit.* Porro speciosum erat ἄρτους, quod est apud Tzetzen: & de aliis etiam phagonibus memoratum videmus, *quantum panis* quotidie absumserint: sed in saevo illo feroque homine, mireris tamen cur panum potius mentio fiat, quam *carnium*, quas vorare consuesset. Itaque probabilius hactenus videri poterat αὐτὸς, quod cum editis Epitoma dabat, id est, *ipse solus, ipse per se.* Sed verissimum nobis visum erat id quod vetus cod. *A.* dedit, αὐτοὺς, eâ notione quam in versione latina exprimere conati sumus, *ipsum onus* (id est, *totum onus*) *trium asinorum;* ut adiecto pronomine αὐτοὺς intendatur vis reliquorum verborum, quasi dixisset *non minus quam trium asinorum onus.*

Versu 2. commodius videbatur δ' ἕνα, quod communi librorum consensu apud Athen. legitur, quam δ' ἅμα apud Tzetzen: quamquam & hoc defendi poterat. Vicis-
c sim vero *versu* 3. unice verum erat καλῶν & δεκάμφορον, quae peropportune Tzetzes dedit. Epitomator in his verbis terminavit eclogam, πίνει δ' ἕνα καλὸν μετρητήν.

παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι. Recte geminatâ τ literâ scriptum nomen dedit ms. *Ep.* & ed. Ven. Puto & ms. *A.* In *vers.* 3. pro ἦσθ' ἄρ' ὅς, quod hîc editum erat, scripsimus absque apostropho & interserto commate ἦσθ' ἄρα, ὃς &c. ut habent ambo codices mssti, cum hîc, tum VI. 248. c. ubi idem citabatur testimonium.

Κάμβλητα. Vide Aeliani Interpp. ad Var. Hist. I. 27. & SEVIN; in *Recherches sur les Rois de Lydie*, in Commentar. Acad. Inscript. T. V. pag. 245. Καμβύσις scribitur illius feri hominis nomen apud Eustath. in Odyss. ι'. pag. 356. l. 49. qui sua ibi manifeste ex Athenaei Epitoma, ut alibi, hausit: at noster tamen cod. *Ep.* cum editis & ms. *A.* in Κάμβλητα consentit.

Περὶ δὲ Θύος &c. Vide supra IV. 144. f. & cf. Aeliani d Interpp. l. c. *Mox* dein recte Χαρίλαν, non Χειρίλαν, dedere mssti noſtri & Euſtathius loc. cit. lin. 46. In Χαι- e ρίππου, & dein Χαίριππον, cum editis conſentiunt iidem noſtri codices. Poſt Φυλάρχῳ particulam οὕτως recepi ex ms. *A*. In *primo* vero *verſu* PHOENICIDAE, recte Τὸ articulum ante Τρίτου ignorant edd. In *Epit.* deeſt verſus primus cum initio ſecundi: in reliquâ totâ eclogâ conſentiunt ambo codices cum edita olim ſcriptura, excepta poſtrema voce, ubi pro οἰκίαι recte οἰκίας dederunt. Nempe capaciſſimum hominis ventrem confert poëta cum *horreo* vel *cella penuaria domus alicuius*. Simili ratione apud alium poëtam vorax homo dicitur *habere νηδὺν ἀκατιαίαν, ventrem magnitudine naviculae onerariae*. XV. 686. a.

Subiungamus quae ad hunc locum adnotavit CASAUBONUS: »Placet, inquit, edita lectio in iſtis *verſibus Phoc-* »*nicidae*, de lurcone Chaerippo. *Iſte*, ait, ἐσθίει

»μέχρις γ' ἐὰν διδῶ τις ἢ λάθῃ διαῤῥαγείς.
»τοιοῦτ' ἔχει ταμεῖον ὥσπερ οἰκίαι.

[Ubi notabis, iſtud μέχρις γ' ἐὰν, quod metrum iugulat, (initio penultimi verſus,) imprudenti viro docto excidiſſe in Animadverſionibus, & imperite in contextu poſitum eſſe ab his qui editionem Caſ. 2. & 3. curarunt. Recte vero μέχρις ἂν habent ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. cum mssstis.] Pergit Animadverſor: »Ingenioſe quidam in prio- »re verſu, ἢ λακῇ διαῤῥαγείς: ut in Evangelio de prodito- »re Iuda, ἐλάκησε μέσος. Sed λάθῃ verum arbitror. Omni- »no autem in altero verſu, ὥσπερ οἰκίαι: *qualem penuariam* »*cellam ſingulae domus habere ſolent*: non, ut emendarunt, »ὡς παρ' οἰκίαις. [*qualis in noſtris aedibus* reddiderat Dalec.] »Non praetermittendum eſt, *Cambletem* Lydorum regem, »inter phagones hîc nominatum, apud Aelian. Ποικιλ. lib. »I. c. 27. dici Κάμβητα vitio librorum; itemque Θῦον τὸν »Παφλαγόνα, qui hîc melius & libro quarto Θῦς. Male »etiam Καλαμόδρουν Aeliani codices indigetant, qui recte »in noſtris eſt Καλαμόδρυς. Ibidem Χαρίδας nuncupatur »is, qui in Athenaeo [nempe in editis exemplaribus] »Χειρίλας: de quo ſuum cuique permitto iudicium.«

AD CAP. IX.

Τιμοκρέων δ' ὁ Ῥόδιος, ποιητὴς, &c. De hoc vide quae f

f collegit MEURSIUS, in Rhodo, lib. II. c. 13. μελοποιὸν adpellat Plutarchus in Themiſtocle. Quod in eum hîc adponitur *Epigramma*, id *SIMONIDI* auctori tribuitur in Anthologia, lib. III. cap. 6. pag. 213. ed. Steph. Inde inter *Simonidis Epigrammata* retulit Brunck, Analector. T. I. p. 137. num. 61. Quâ occaſione nonnulla ſcitu digna cum de homine, tum de epigrammate in eum ſcripto, adnotavit IACOBS, Animadverſ. Vol. I. Part. 1. pag. 239 ſq.

a Θρασύμαχος δὲ ὁ Χαλκεδόνιος. Gentile nomen omiſit Breviator: ſed recte *Chalcedonium* hunc rhetorem facit optimus codex *A*. qui Μακεδόνιος inepte perhibebatur in edd. Vide Ciceronem de Orat. III. 16. & alibi. Quintilian. III. 3, 4. & III. 1, 10. & 12. & nota hunc Athenaei locum ad Fabricii Biblioth. Graec. T. IV. p. 488.

ὅ τι ἀπὸ τούτων ἐργάζοιτο. Ad verbum, *quid ab his faceret*: poſſis intelligere, *quid his* (nempe tam copioſe ingeſtis cibis) *dignum facere poſſet*. Sed ἀπὸ hic proprie *effectum* denotat; ut ſenſus ſit, *quid praeſtare poſſet quod eſſet conſequens & effectus huius tantae edacitatis*. Gallice diceres, *ce qu'il pourroit faire en conſéquence de cela*.

ἀπολείπεσθαι, ἔφη, τοσαύτας, εἰ προσίοι τις, πληγάς. »Verſabatur in aula regis Perſarum *Timocreon Rho-*»*dius*, non obſcuri nominis vir, cum propter facultatem »poëticam, tum etiam ob robur athleticum, & gulam »profundam. Hunc cum Rex animadvertiſſet ingentem co-»piam ciborum in ventrem condere, *Dic ſodes*, ait, *his-*»*ce tam multis cibis, quid facturus es?* Cui Timocreon: *Ego* »*vero Perſas concidam innumeros.* Idem poſtridie multis vi-»ctis qui ſingulari certamine cum ipſo pugnaverant, ge-»ſticulari coepit. Miratus rex, cur Timocreon aërem pu-»gnis verberaret, cauſſam percontatur. Ille reſpondens, »ſicut narrat Noſter, ἀπολείπεσθαι, ἔφη, τοσαύτας εἰ »προσίη τις πληγάς. Interpunctiones minus recte colloca-»tae in iſtis verbis, viris doctis oculorum uſum ademe-»runt: nihil enim hic vidêre qui verterunt, *animo ſe de-*»*fectum iri dixit ſi plagas aliquis tot infligeret.* Distingue, »ἀπολείπεσθαι ἔφη τοσαύτας, εἰ προσίη τις, πληγάς. *Re-*»*ſpondit, ſibi* poſt adeo multos victos *ſupereſſe tot plagas*, »*ſi quis accedat* ſecum certaturus, *inferendas*. Ingenioſum »Timocreontis hoc commentum fuit: qui, ut probaret »Perſae, ſupereſſe adhuc ſibi integras vires, poſtquam »multos qui ſecum in arenam deſcenderant ſuperaſſet,

»χειρονομεῖν & *geſtus agere manibus pedibusque* inſtituit. Si»gnificabat hoc pacto, paratum ſe plagis contundere om»nes qui ſecum vellent congredi, & plagipatidarum co»gnomen quaerere.« CASAUBONUS. — Recte εἰ προσίοι, non εἰ προσίη, dedit noſter cod. *A*.

Καντίβαριν, φησὶ, τὸν Πέρσην, - - κεχηνότι b καθάπερ εἰς ἄφ. ἀγγ. &c. Mira ſane verborum ſtructura; quam quidem cum editis tenent ambo noſtri codices. Omnino, ſi ſuo loco ſtant illi accuſativi Καντίβαριν & τὸν Πέρσην, neceſſe videtur ut ſtatuamus intercidiſſe poſt τὸν Πέρσην talia quaedam verba, οὕτω πολυφάγον (aut βούλιμον) γεγονέναι, ὥστε.

Ἑλλάνικος δὲ ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας &c. »Pergit au»ctor, & refert ex *HELLANICO*, *Eryſichthonem Myrmido»nis filium*, cuius nota ex Callimacho [Hymn. in Cer. vs. 67 ſqq.] »& Ovidio [Metamorph. VIII. 817 ſqq.] βου»λιμία, *quia cibis expleri non poterat*, Αἴθωνα *dictum eſſe*. Eu»ſtathius: [ad Iliad. λ'. p. 806. l. 21.] ἐῤῥέθη δὲ ἰδίως Αἴ»θων καὶ Ἐρυσίχθων ὁ Μυρμιδόνος, διὰ τὸ εἶναι (φασὶ) »βορᾶς ἄπληστος, παρὰ τὸ αἴθειν, ὅ ἐστι καταναίειν. ὅθεν »καί τις ἕτερος πολυφάγος Κεραυνὸς ἐκαλεῖτο, ἐπεὶ κατά »τινα ποιητὴν ἀβάτους ἐποίει τὰς τραπέζας, κατασκήπτων »αὐταῖς τῇ γνάθῳ. Quod ait Euſtathius de cognomine »*Fulminis*, ex ſequentibus ſumtum eſt. [ex pag. 417. a.] »Recte autem ſcribi ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας, non ut prius »fuit editum, en teſtem idoneum. Clemens Alexandrinus »libro VI. Paedagogi: Διευχίδας ὁ Μεγαρικὸς τὴν ἀρχὴν »τοῦ λόγου ἐκ τῆς Ἑλλανικοῦ Δευκαλιωνείας [Δευκαλιω»νίας ed. Pott. pag. 752.] μετέλαβε.« CASAUBONUS. — Perperam Δεκαλιωνείας editum erat ante Caſaub. Veram ſcripturam tuetur ms. *A*. Titulum operis, ut alibi, ſic & hic omiſit Breviator. Αἴθωνος cognomen non praetermiſit Callimachus loco cit. vs. 68. Cuius rationem eleganter declarat Ovidius, Met. VIII. 840 ſqq.

Utque rapax ignis non unquam alimenta recuſat,
innumerasque faces cremat, &, quo copia maior
eſt data, plura cupit, &c.

Idem cognomen Αἴθων perperam in κάνθων detortum eſſe apud Aelianum I. 27. monuere ibi Interpretes.

Πολέμων δ' ἐν α'. τῶν πρὸς Τίμαιον. Cum ſic hoc loco eſſet editum, ἐν ἐννάτῳ πρὸς Τίμαιον, ſupra vero (III. 109. a. ubi manifeſte de eodem *Polemonis* loco agebatur)

b ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον: neceſſario aut ibi aut hic vitioſa habenda erat ſcriptura. Fuiſſe autem hunc noſtrum locum ex illo ſuperiori corrigendum, obvia quaedam & quae per ſe levis admodum videri poterat obſervatio docebat. Nempe, non ἐννάτῳ, ut in ed. Caſ. ſed ἐνάτῳ ſimplici ν literâ in cod. *A*, ſcribitur & hîc & alibi, ubicumque iſta vox occurrit: quam ſcripturam hîc etiam ed. Ven. & Baſ. dabant. Iam ſatis adparet, quam fuerit pronus librariorum lapſus, ex ἐν α'. τῶν πρὸς Τιμ. in ἐνάτῳ πρὸς Τιμ. aberrantium; ex quo deinde ἐν ἐνάτῳ πρὸς Τιμ. factum. παρὰ Σικελιώταις recte reſcripſit Caſaub. poſtquam perperam περὶ Σικ. poſitum eſſet in ed. Baſ. *Templum edacitati ſacrum in Sicilia*, & Σιτοῦς ἄγαλμα Δήμητρος, id eſt, *Cereris Frumentariae ſtatuam*, notavit etiam Aelianus, I. 27. Quod de *Himalide* vel *Simalide* hîc adiicitur, id & Aelianus praetermiſit & noſter Epitomator. — »Sequentia verba, de *Cerere Himalide* (ait h. l. Casaubonus in Animadv.) explicabimus σὺν θεῷ, lib. XIV. a — At ibi nihil aliud huc ſpectans reperias, niſi in Animadv. ad XIV. 618. d. pauca haec ipſa verba: »Eſt & *Himalis* inter *Cereris* cognomina, ut *Sito*. vide libro deci»mo.« — Eiusdem Deae ſupra mentionem factam vidimus, III. 109. a. ubi Σιμαλὶς ſcriptum nomen, literâ ſibilante initio vocis. Hoc loco quum Εἰμαλίδος ſcribatur in vetere codice, (neſcio utrum cum aſpero ſpiritu, an absque ſpiritu, qui in excerpta lectionis varietate nullus hîc notatus) dubius haereas, utrum Σιμαλίδος debuerit librarius, ut literae Σ & Ε temere inter ſe permutatae fuerint; de quo genere erroris ad VII. 290. b. Animadv. Vol. IV. p. 156. & ad VIII. 349. d. dictum eſt: an ſuo more Εἰμαλίδος pro Ἰμαλίδος ſcripſerit. De quo quum ſatis certo iudicare non valerem, tenui id quod haud male editum inveni: quandoquidem perinde & per literam ſibilantem & per ſpiritum illum, quem aſperum vocamus, efferri nomen illud potuerat: de quo confer quae ad III. 109. a. notavimus.

c καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἑρμούχου. »Proxima, καθάπερ »ἐν Δελφοῖς Ἑρμόχου, non agnoſcit Breviator. Putavit »nempe corruptam vocem Ἑρμόχου: quod & mihi vi»detur, ad antecedentia & conſequentia attendenti. Quid »ſi Σπερμόχου? Eſſet certe convenientius.« Casaubonus. — Nos Ἑρμούχου ſcripſimus, praeeunte ms. *A*.

quo in nomine forma certe compositionis convenientior c analogiae est, quam in eo quod editum erat. Caeterum, nec quid illo nomine significetur liquet, & mirum videri debet, cum *Delphis* statua hoc nomine nescio cui Deo consecrata perhibeatur, apud nullum alium auctorem ullam eius mentionem reperiri. Quod VILLEBRUNIUS pro sua auctoritate adfirmavit, Ἐρμοχον denotare *Cererem manipulum spicarum manu tenentem*: gratiam viro, cuius reconditam miramur doctrinam, habituri eramus, si, quo fundamento nisus id tam fidenter adseverari posse putaret, nos docuisset. Si esset Ἐρνοῦχος, aliquam tamen speciem habitura esset illa interpretatio: quamquam ἔρνος potius de germine vel ramo oleae, ficus, aut vitis, quam de frumenti spicâ, dicitur. *Hermuchi*, ut habet noster Graecus codex, sic in latina versione posuit DALECAMPIUS, adiectâ notâ: »Ea vox significat *insperato lucro ditatum*: »τὸ ἑρμαῖον [ἔρμαιον] ἔχοντα καὶ εὑρόντα.«

ἐν δὲ Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ. Sic h. l. codex *A*. quemadmodum praeeunte eodem codice, aliisque inde derivatis, editum erat III. 109. a.

AD CAP. X.

Καὶ Ἀλκμὰν δὲ &c. »Ait de *Alcmane*: Καὶ Ἀλκμὰν δὲ »ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἀδδηφάγον [ἀδηφάγον mssti] εἶναι πα»ραδίδωσι. Aelianus: [Var. I. 27.] Ὁμολογεῖ δὲ καὶ »Ἀλκμὰν ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν πολυβορώτατον γεγονέναι. Ipsum »ALCMANIS de sua voracitate testimonium recitat No»ster, cuius sunt prima verba:

»Καὶ πόκα τοι δώσω τρίποδος κύτος
»ᾧ καὶ Νηλέα τριήρης. ἀλλ' ἔντι
»νῦν γ' ἄπειρος.

»Quid sibi velit poëta non assequor: & puto locum non »esse sanum. Fortasse, ᾧ [ὡς, puto, scribere voluerat] »καὶ Πηλείδην Ἀτρείδης. *Dabo tibi tripodem, sicut olim Aga»memnon Achilli*, quando in gratiam cum eo rediit. Allu»dit ad Homeri locum de muneribus quibus Achillem si»bi voluit conciliare Agamemnon. Iuvat quod ait, esse »eum *tripodem*, de quo loquitur, *ignis expertem*: nam & »Agamemnonei erant ἄπυροι. Homerus [Iliad. ι'. 122.] »vocat ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας.« CASAUBONUS. — νῦν γ' ἄπυρος, quod ex coniect. correxisse videtur Vir doctus,

firmat vetus noſter codex: at Πηλείδην Ἀτρείδης non videtur eſſe huius loci, cuius ſcriptura ex eodem cod. *A.* talis enotata eſt, ᾧ κ' ενιλεα γειρης: pro quo eſt ᾧ καὶ νιλέα τριήρης in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. Pro Νιλέα vero in ed. Caſ. 2. & 3. ex Caſauboni Animadverſ. Νηλέα eſt receptum. DALECAMPIUS verterat, *in quo Neleum ſculptum manibus teras:* adiectâ ad voc. *Neleum* notâ: »Neptuni filium: alioqui *Nileus* rex Aegypti, quod Nilo nomen dedit.« — WESTON, in Hermeſianacte p. 35. legit νηλείη τριήρης, intelligens *poculum Neſtoris* (a *Neleo* Neſtoris patre) *inſculptum tripodi.* coll. XI. 487. f. 497. b. & 500. f. — Equidem ad verbum latine reddidi id quod Graeca ſonare videbantur, feliciorem interim vatem exſpectans qui certiora nos doceat. Caſauboni coniecturam probans VILLEBRUNIUS cum Adamo, in ſubiectâ notâ affirmat, *Aegio felicem iſtam emendationem debuiſſe Caſaubonum.* At librum illum ſi inſpicias, qui olim Caſauboni fuerat, cuius in oris partim lectiones quaedam e codice msto Aegiano excerptae, partim propriae Caſauboni adnotationes inſcriptae ſunt; nihil hoc loco ex Aegiano codice decerptum reperies, ſed breves hasce notulas ab ipſo Caſaubono ſuâ manu ſuoque nomine ſcriptas. Ad ἄπειρος, quod eſt in ed. Baſ. notavit: »Lego ἄπυρος.« Ad ἔπνεο, *vs.* 4. »Lego »ἔτνεος cum Fulv. Urſin.« Ad χαίρον παῖδα, *vs.* 5. »Locum ſic reſtituo, χλιερὴν πέδα τὰς τροπάς.« Ad τετυμμένον, *vs.* 6. »Lego τετυγμένον. vide Heſych.«

In fine *verſ.* 2. ſi ἐντὶ eſſet, foret Dorica verbi forma, pro ἐστί. Sed ἔτι habet vetus codex; quod in ἔντι corruperunt poſteriores. Ad reliquam eclogae partem, haec eſt CASAUBONI Animadverſio: »Subiicit *ALCMAN*:

»— τάχα δὲ πλέος
»ἔτνεος. οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμὰν
»ἠράσθη † Χαίερον παῖδα τὰς τροπάς.

»Egregia hîc noſtra (abſit verbo invidia) emendatio. Nam »*Chaerus*, *Alcmanis puer delicatus*, merae nugae. Scribendum:

»— οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμὰν
»ἠράσθη χλιερὸν πέδα τὰς τροπάς.

»Id eſt: *qualem pultem amat vorax Alcman bene calidam, poſt »ſolſtitium hibernum*, ſive, *tempore hiemis.* Non omnium »eduliorum eadem ſemper eſt gratia. Teſtantur haec verba, ſolitum Alcmanem hiberno tempore pulte calida ſe

» oblectare. πέδα Doricum est pro μετὰ, pridem a nobis c
» restitutum in multis diversorum auctorum locis. Quem-
» admodum autem *multi cibi se fuisse* ingenue fatetur *Alc-*
» *man* superioribus verbis: sic *cupediarum & λιχνείας invi-*
» *diam deprecatur*, cum addit statim:

» Οὔτι γὰρ οὐ τετυμμένον ἔσθει.
» ἀλλὰ τὰ καινὰ γὰρ ὥσπερ ὁ δᾶμος ζατεύει.

» Ita quidem leguntur ista in omnibus exemplaribus: sed
» nullo plane sensu. Is enim quem docti eliciunt, [*Nihil enim comest quod sit verberatum: quae nova & intacta sunt, ut & ipse populus, cupit.* Dalec.] » & absurdus est & ridi-
» culus. Affirmamus, in eam quam diximus sententiam lo-
» cum emendandum:

» Οὔ τι γὰρ οὗτος τετυγμένον ἔσθει·
» ἀλλὰ τὰ κοινὰ γὰρ ὥσπερ ὁ δᾶμος ζατεύει.

» Dixerat, Alcmanem plurimum pulte delectari; quod erat
» vile & tenuiorum edulium: nunc ait, *Nihil enim Alcman*
» *elaboratum diligentius comedit; sed vulgares cibos, ut plebs,*
» *quaerit.* Quid hac emendatione similius vero? τετυγμέ-
» να Graeci appellant, quae sunt *arte elaborata & multâ in-*
» *dustriâ.* Omnino autem κοινὰ scribendum, non καινά.
» Pultem vocat κοινὴν & *plebeiam.* Sic Lycophron unica
» voce elegantissime δέρμον vocavit δημόκοινον: de quo,
» libro II. cap. XIV. « Nempe ad II. 55. d. coll. X. 420. b. — Nos *vers.* 5. licet nihil a vulgatâ scripturâ codex *A.* recedat, fileatque prorsus Epitoma, fidenter tamen Casaubonianas emendationes χλιερὸν & πέδα, ut certissimas, adoptavimus. De πέδα, pro μετὰ, vide Hesych. & ibi Interpretes, maxime vero Maittaire in Dialectis, p. 251 sq. In vocab. χλιερὸς haud multo ante (IX. 409. e.) similiter peccatum a librariis vidimus. Sed, quoniam verbum ἐρᾶσθαι genitivum casum, non accusativum, adsciscere solet, οἴου & χλιεροῦ desiderabam: nisi Dorico poëtae licita fuit ista constructio. Etiam τετυγμένον placuit, quod pro vulgato τετυμμένον iam in contextu posuerat ipse Casaubonus. Sed οὗτος, quod ille voluit, metro non convenit: sunt enim anapaestici versiculi: quare οὐ τὸ τετυγμένον coniectabam, sive οὐδὲ τετυγμ. malueris. Admonet autem ipsum systema anapaesticum, cum sint dimetri versiculi, deesse *versiculo tertio* unum pedem; sive *quarto* deesse pedem, si vocem ἔτνεος tertio versui adtribui placuerit. In fine vero *vers.* 5. duae voces τὰς τροπὰς pe-

dem faciunt dactylum, quia terminatio *ας* in *τροπὰς* non, ut vulgo apud Graecos, producitur, ſed ex Dorum mo-
d re corripitur. Denique, ut ad emendationes redeamus a Caſaubono propoſitas, etiam *κοινὰ*, pro vulgato *καινὰ*, unice verum nobis viſum erat. Caeterum *pultem* rurſus ab eodem *Alcmane* laudatam infra videas, lib. XIV. pag. 648. b.

κἀν τῷ ε'. δὲ ἐμφανίζει. Sic pro mendoſo *κἀν τῷδε* recte dedit cod. *A*. Similiter paulo ante, *ἐν τῷ τρίτῳ* dixerat, nempe *ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ μελῶν*. Apud eumdem Noſtrum, III. 110. f. vulgo editur Ἀλκμὰν ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ: ſed ibi (quod nos, cum illum locum tractaremus, praeterierat) compendioſa notâ *ἐν τῷ ιε'.* ſcribitur in vetere noſtro codice, quod valet *ἐν τῷ ε'.* (quoniam *iota*, quod aliàs ſubſcribi ſolet, *ad latus* ponitur in illo codice) id eſt, *ἐν τῷ πέμπτῳ*. Cum quo convenit quod Suidas docet, nonniſi *ſex Carminum libros* Alcmanem edidiſſe.

Ὥρας δ' ἐσῆκε τρεῖς &c. »*Alter locus* ALCMANIS *de ipſius* »*polyphagia*, ſoricinâ naeniâ conſoſſior eſt. Ita enim ſcri»bitur: *Ὥρας δ' ἔσηκε τρεῖς ζέρος, καὶ χειμὰν ὀπύραν τρί»την καὶ τέτρατον τὸ κρόκας. ἀλλ' εἰ μὲν ἔσθει ἐν δάδαν* »*οὐκ ἔστι.* Tentemus an ex ruderibus hisce aliqua ſen»tentia poſſit aedificari. Lego, *Ὥρας δ' ἔδῃ κε τρεῖς, ζέ»ρος καὶ χειμῶν' ὀπώρᾶν τε τρίταν. καὶ τέτρατον τόγε* »*εἶαρ. ἀλλ' εἰ μὲν ἔσθεις ἐνθάδ', ἐν γ' ᾅδου οὐκ ἐδῇ. Per* »*continuas anni tres tempeſtates edere potes, aeſtatem, hye»mem, & tertiam autumnum: quartam quoque, ver* nempe. »*Sed ſi hic* ita *edis, at in Orco non edes.*« CASAUBONUS. — At pauci erunt, puto, qui ſibi perſuadeant, in tam languidam ſententiam ſcripturum fuiſſe Lyricum poëtam Graecum, qui quidem aliquo loco haberi commeritus ſit. Nec ita profecto ALCMAN ſcripſit. Ac ne ita quidem prorſus, quemadmodum Caſaubonus & in ſua editione poſuit, & in Animadverſione quaſi vulgo ſic editum repetiit, legebatur in ſuperioribus editionibus: nam in illis non *καὶ χειμὰν ὀπύραν τρίταν* ſcribitur, ſed in hunc modum, *καὶ χιμάλῳ παρ' ἂν τρίταν &c.* pro quo in ms. *A*. (nam in *Epit.* nihil horum comparet) eſt, *καὶ χειμάχῳ παρ ἂν τρίταν*. In reliquis quidem nil differunt ab editione Caſauboniana ſuperiores editiones: ſed pro *κρόκας*, eſt *ἠρόκας* in ms. *A*. & pro *δάδαν* eſt *δ' αδαν* cum apoſtropho.

Sed ſcripturae noſtri codicis notitiam nec ipſe habuerat d Caſaubonus, nec adeo adferre lectoribus Athenaei potuerat. Ex iſtis tamen ruderibus, ut ille nominavit, quae editi libri offerebant, iambicos duos verſus tetrametros hypercatalectos, commode concinnatos, noſtiscum privatim communicavit ingenioſiſſimus GROTEFEND:

Ὥρας δ' ἐσῆκε τρεῖς· θέρος, καὶ χεῖμα, καὶ τρίταν ὀπώραν·
καὶ τέτρατον τ' ἦρ, ὅκα θαλεῖ μὲν, ἐσθίειν δ' ἄδαν οὐκ ἔστιν.

Pro extremis autem verbis οὐκ ἐστιν, quae metro repugnare videbantur, idem Vir doctus aut ἀπέστιν, aut πόκ' ἔστιν; *quando licet?* legendum ſuſpicabatur. Eosdem verſus deinde ſuo nomine in Obſervatt. in Athen. pag. 24. publici iuris fecit *Raph.* FIORILLO, utrumque in duo hemiſtichia ſic digeſtum:

Ὥρας δ' ἐσῆκε τρεῖς· θέρος, καὶ χεῖμα,
καὶ τρίταν ὀπώραν·
καὶ τέτρατον τ' ἦρ, ὅκα θαλεῖ μὲν,
ἐσθίειν δ' ἄδαν οὐκ ἔστιν.

Ubi praeſertim »tertio verſiculo veram lectionem a ſe in»ventam« (τ' ἦρ ὅκα θαλεῖ μὲν) ſibi gratulatur »a vulgatae ſcripturae ductibus fere non recedentem.« Ac ſane ſub illo monſtro τὸ κρόκας, quod editos libros invaſerat, cum ex ſcripturae ductibus, tum e praecedentibus verbis perquam probabile fiebat, τὸ ἦρ & ὅκα latere. Quam coniecturam planiſſime confirmavit noſter codex *A.* προκας, non κρόκας, exhibens. Sed quod iidem praeſtantiſſimi Duumviri (qui collatâ inter ſe operâ in reſtituendis corruptiſſimis apud Athenaeum locis elaboraſſe videntur) deinde poſuerunt, θαλεῖ μὲν, id quidem, licet non longe a ſcripturae veſtigiis recedat, minus placuit. Nam, ut alia omittam, ſi id, quod illi volunt, dicere voluiſſet poëta, *ubi quidem omnia florent*, non video quo paćto omitti in Graecis verſibus vox πάντα potuiſſet. Mihi ſervatâ σ literâ, quam poſt ὅκα agnoſcunt libri, σάλλειν μὲν, quemadmodum pro ἔσθει ἐν δ., ἔσθειν δ' legendum videbatur. σάλλειν autem, Doricum opinor verbum, quod in latino *ſalio* & *ſalto*, item in Romanorum *Saliis* ſupereſt, idem atque commune ἄλλεσθαι valere coniectabam. Iam *primo verſu*, codicis noſtri ſcriptura, χειμαχῶπαραν, nullâ mutatâ literâ offerebat id quod in contextu poſuimus, χεῖμα, χῶπάραν, id eſt, καὶ ὀπάραν: ubi, ut σᾶμα pro σῶμα, & ἄτα pro ὦτα, & θεαρὸς pro θεωρὸς di-

d cunt Dores, sic & ὀπάρα pro ὀπώρα dixisse suspicabar. Denique turbare illud quidem poterat, quod, quoniam vocabulum hoc *leni spiritu* pronunciatur, non χῷπάραν, sed κῷπάραν, scriptum oportuerit: nisi fortasse perinde & ὀπώρα (ut ex eiusdem Alcmanis carminibus infra adfertur, XIV. 648. b.) & ὁπώρα (vel dorice ὁπάρα) dicere licuit; unde & factum videri poterat, ut id nomen nonnulli παρὰ τὸ ἕπεσθαι τῇ ὥρᾳ dictum statuerent, inter quos Etymologici auctor pag. 628. l. 46. Iam vero, si de metri ratione nobis, parum initiatis hoc mysteriorum genere, adiicere nonnihil licet; habemus, ni fallor, priorem versum, perfectissimum tetrametrum iambicum,

Ὥρας δ' ἐσῆκε τρεῖς· θέρος, καὶ χεῖμα, χῷπάραν (sive κῷπώραν) τρίταν.

Posteriori quidem non constat metrica ratio: sed constabit, si pro σάλλειν μὲν ponas doricam infinitivi formam haud infrequentem, σαλλέμεναι. Denique, si pariter ex Dorismi ratione ἔσθεν pro ἔσθειν, & ἐντὶ pro ἐστὶ posueris, habebis alterum versum tetrametrum catalecticum huiusmodi,

καὶ τέτρατον ἦρ, ὅκα σαλλέμεναι, ἔσθεν δ' ἄδαν οὐκ ἐντί.

Ἀναξίλας - - περὶ Κτησίου τινὸς &c. »*Ctesiae* helluo»nis etiam Aelianus ex *Anaxila* facit mentionem.« CASAUB. — Iam aliâs monitum est, perquam probabile esse, totum cap. 26. & 27. primi libri Variar. Histor. ex hac Athenaei disputatione excerpsisse Aelianum. Duos posteriores *Anaxilae* de *Ctesia* versus Excerptis suis pag. 861. inseruit Grotius.

e κἂν Πλουσίοις. *ANAXILAS* ἐν Πλουσίαις citatur apud Laërt. III. 28. ubi ex hoc Athenaei loco fortasse Πλουσίοις corrigendum adnotarunt Interpretes. Nec tamen dissimulandum, istam apud Nostrum scripturam Πλουσίοις nonnisi tacitae emendationi editoris Basileensis deberi, a quo eam Casaubonus accepit. In ed. Ven. quidem & in ms. *A.* πλούσιος scribitur, quasi ab his verbis inciperet ecloga, Κἂν πλούσιος διαῤῥαγήτω τις &c.

Vers. 2. Pro γάρ σε, quod vulgo legebatur, omnino γάρ ἑ praeeunte ADAMO corrigendum putavi. Attice ἕ, pro αὐτόν.

In eiusdem *ANAXILAE*, ex *Gratiis*, *versu* 1. nil mutant libri. Est tamen ille iusto brevior: cui incommodo medeberis, si cum eodem, quem modo laudavi, ADAMO, μὲν

particulam inſerueris. Sed fortaſſe alia tentari commodior medicina potuerit. Quod vero *verſ.* 2. ὄντως εἰ Kp. pro ſ ὄντως ὁ Kp. legi voluit VILLEBR. id nec neceſſe eſt, & metro adverſatur.

In *PHILETAERI*, ex *Atalanta*, *verſ.* 1. recte Σωτάδου tenent ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A*. *Verſ.* 2. Pro Ταυρίτην, quod reſpuebat verſus, Ταυρέαν ſcribendum ex VIII. 342. f. & 343. d. monuerat VALCKENAR. ad Eurip. Phoen. pag. 219.

ANAXIPPI ex *Cerauno* ſ. *Fulmine* ecloga, in hunc modum edita erat:

Ὁρῶ γὰρ ἐκ παλαίστρας τῶν φίλων
προσιόντα μοι Δάμιππον. τοῦτον λέγεις τὸν πέτρινον, † a τοῦτον οἱ Δι φίλοι καλοῦσί σοι.
νυνὶ δι' ἀνδρείαν κεραυνὸν εἰκότως,
ἀβάτους ποιεῖν γὰρ τοὺς τραπέζας οἴομεν
αὐτὸν, κατασκήπτοντα γ' αὐτῇ τῇ γνάθῳ.

Quo ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »*Anaxilae* »verſiculos [*ANAXIPPI* ſcribere voluerat] de phagone »*Damippo*, cui *Cerauno* cognomen, ſic ſcribo:

» — Ὁρῶ γὰρ ἐκ παλαίστρας τὸν φίλον
»προσιόντα μοι Δάμιππον. εἰ τοῦτον λέγεις
»τὸν πέτρινον; τὸν οἱ φίλοι καλοῦσί σου
»νυνὶ δι' ἀνδρείαν Κεραυνόν. εἰκότως.
»ἀβάτους ποιεῖν γὰρ τὰς τραπέζας οἴομαι
»αὐτὸν, κατασκήπτοντά γ' αὐτῇ τῇ γνάθῳ.

»vel, ut apud Euſtathium, αὐταῖς, *menſis.* « — At *verſ.* 1. bene habebat vulgatum τῶν φίλων: intelligendo, ἕνα τῶν φίλων, *unum ex amicis, Damippum:* vel, Δάμιππον, ὄντα τῶν φίλων, *qui eſt e numero amicorum.* Nihil frequentius iſtâ loquendi formâ. *Verſu* 2. utique aut εἰ aut ἢ particulam, quae aliàs omitti poterat, deſiderabat metrica ratio. *Verſ.* 3. οἱ φίλοι, ut corrigebat Caſaub, ſic recte dedit codex ms. uterque. Sed τοῦτον cum editis tenent mssti: quod ne nobis quidem mutandum viſum eſt. Certe ſuſpectum debuit eſſe ionicum τὸν, quod notione relativi ὃν hic poſitum Caſaubonus voluit. Nec in fine verſus ſolicitandum erat σοὶ, dativus pronominis ſecundae perſonae, in familiari ſermone non ſine emphaſi quadam (tametſi pleonaſmus videri poterat) verbo adiici ſolitus. οἱ φίλοι non intelliguntur φίλοι σου, ſed φίλοι αὐτοῦ, *familiares eius.* *Verſ.* 5. Recte οἰομαι erat in ed. Ven.

& Baſ. conſentientibus msstis. οἴομεν erratum erat, imperite ex ed. Caſ. 1. in ed. Caſ. 2. & 3. propagatum. *Verſ.* 6. Commode γε particula, quam ignorant mssti, inſerta eſt ab editoribus. In *Epit.* ſcribitur, κατασκήπτοντ' αὐταῖς τῇ γνάθῳ: unde habet Euſtathius loco ſupra citato, ad pag. 416. b. Sed κατασκήπτοντα αὐτῇ τῇ γνάθῳ ms. *A.* cum editis.

In *Theophili*, ex *Epidauro*, *verſ.* 2. feſtive & contra opinionem dictum eſt, quod in fine adiicitur φαγεῖν. Nam ubi de *centurione* agitur, qui dicitur eſſe ἀνδρῶν ἁπάντων πλεῖστα δυνάμενος, ibi primum intelligere debebat auditor aut lector *virum fortiſſimum, bellica virtute longe omnibus praeſtantem.* Similiter paulo poſt, φαγεῖν μὲν ἀνδρικοί.

b In eiusdem *Theophili* ex *Pancratiaſte* eclogâ, male vulgo diſtincti verſus erant: primus decurrebat a verbis Ἐχθῶν μὲν, usque λέγ' ἄλλο ὀρυγχίον: alter, a κολὴν vel κωλῆν, usque Ἡράκλεις, & ſic porro. Poſtremus, ab ἀκράτου δώδεκα, usque Σαβάζιε. Ibi Casaubonus nonniſi haec monuit: »In primo verſu e *Pancratiaſta Theo*»*phili*, operarum peccatum emenda, & ſcribe, λέγ' ἄλ»λο, ῥυγχίον. In ultimo, pro Ἀπολλόδωρε καὶ »Σαβάζιε, quarum vocum altera manifeſte corrupta, »ſcribi poteſt, Ἄπολλον, Διόνυσε καὶ Σαβάζιε. Sed quae»rendum aliud moneo, quod propius veritatem accedat. »Vox ἀκράτου ad ſuperiorem verſum pertinet.« — Commodius digeſti verſus erant ſupra, III. 95. a. ubi tres priores iam erant adpoſiti. Ibidem etiam, *verſu* 2. pro eo quod hîc mendoſe in omnibus editt. legebatur ὀρυγχίον, recte ῥυγχίον legebatur; quod ipſum & hîc & ibi codex *A.* firmat. (nam quod ibi in Animadv. notatur, ῥύγχος legi in ms. *A.* id operarum errore commiſſum.) In *Epit.* utrobique deeſt haec Ecloga. Acutam ſcripturam κωλὴν, quam ibi cum ms. *A.* tenebant editiones omnes, eamdem hîc ſervant ed. Ven. & Baſ. cum eodem msto. Conſulto vero tenuimus nos ſcripturam κωλῆν, quam hîc habebat ed. Caſ. Vide Athen. IX. 368. d.

Verſ. 5. Cum in edd. ſic legeretur, σύκων δύο μνᾶς ἔπιες, ἓν δὲ πόσον: voculam ἓν, inepte inſertam, ignorat ms. *A.* Orta illa videtur ex lectionis varietate, vel potius ex coniecturâ poſterioris alicuius ſcribae, qui pro ἔπιες legendum ἔπιεν in tertia perſ. cenſuiſſet. Sed quum iuſta menſura deeſſet verſui, voculam Εἶτ' nos ex con-

iecturâ inſeruimus: εἶτ' ἔπιες δὲ πόσον; *deinde* (vel, *ad* b *haec*) *bibiſti vero quantum?* Ante ΕΠΙΕΣ adparet quam facile intercidere vocula ΕΙΤ potuerit. FIORILLO, hunc locum tractans in Obſervat. p. 35. poſtremam eclogae partem in hunc modum conſtituit:

— A. Σύκων δύο
μνᾶς. B. Ἔπιες; A. Εἶδε πόσον, ἀκράτου δώδεκα
κοτύλας. B. Ἀπολλόδωρε καὶ Σαβάζιε!

» Pro ἐν δὲ, inquit, quae verba nihil valent, dedi εἶδε: »*iam vide quantum vini bibi.*« — Commodior videbitur, puto, ratio a nobis inita. *Poſtremo verſu*, haud immerito utique ſuſpecta Caſaubono fuit inſolita illa exclamatio, Ἀπολλόδωρε! Et lubens equidem probaſſem ADAMI coniecturam a Villebrunio relatam, Ἀμπελόδωρε, ſi verſui conveniret: ad cuius menſuram ſi aptum velles vocabulum, Ἀμπελεόδωρε ſcriptum oportebat; quod tamen parum videtur probabile. Quare certius aliquid etiamnum deſidero: niſi ſtatuere fortaſſe licuerit, in communi ſermone interdum illâ exclamandi formulâ eſſe uſos homines de plebe, aut per iocum & praeter exſpectationem conſulto adhibitam fuiſſe a poëta.

AD CAP. XI.

Nihil incommodi habebat quod in ed. Baſ. & Caſ. legebatur, ὡς τὸ Βοιωτῶν, ſcil. ἔθνος. Sed nil neceſſe fuerat vererem deſerere ſcripturam. τὸ Βοιωτὸν tenebat ed. Ven. cum ms. *A*.

In *EUBULI* ex *Antiopâ verſ.* 1. ἄμμες cum editis ha- c bet ms. *Ep.* Nec vero ſpernendum ἄμες ſimplici μ literâ, ſi prima vocalis adſpiretur. Vide Maittaire, Dialect. pag. 193. In fine verſus, emendatio GROTII, (in Excerpt. pag. 647.) μέτρι' pro μὲν, nec neceſſaria, & menti poëtae contraria videtur. Nec vero offendere nos debet repetitio illius particulae μὲν, quam eamdem *verſ.* 2. denuo etiam poſuiſſe poëta videtur; nam in ſcriptura veteris codicis, καρτερὴ μὲν, vix aliud latet quam καρτερῆν μὲν, quod verum puto. Eâdemque formâ *verſ.* 1. πονῆν & φαγῆν dixerit Boeotus, qui loquens inducitur. Recte vero τοὶ δ' Ἀθηναῖοι *verſ.* 2. edidit Caſaubonus, tacite corrigens mendoſam ſuperiorum editionum ſcripturam, quae talis erat, τοῖς δ' Ἀθηναίων. Nec video, quo pacto ferri

potuiſſet codicis noſtri ſcriptura, τοῖς δ' Ἀθηναίοις. In *Epit.* deſunt duo poſteriores verſus. Pro eo quod initio eclogae ponitur Πονεῖν, Πίνειν legebat DALECAMPIUS: *Ad bibendum & comedendum fortes:* non utique ſine veri ſpecie; nec tamen ſatis certâ ratione. Confer vero Alexidis teſtimonium, in fine huius pag.

In eiusdem *EUBULI*, ex fabula *Europâ*, *verſu* 1. ſcripturam Κτίζε cum editis tenet ms. *A.* Caeterum ex eâdem fabulâ *Europa* fortaſſe illud etiam erat fragmentum, quod lib. II. pag. 47. b. c. adpoſitum vidimus.

In ſequente teſtimonio ex *Ione*, *verſ.* 2. ὥστ' οὐδὲ recepi ex ms. *Ep.* Ad editam ſcripturam ὡς οὐδὲ ex ms. *A.* quidem nulla enotata varietas. Dein vero δειπνῶν, praeeunte Dalecampio, ſcribi iuſſit CASAUB. in Animadv. quem ſecutus eſt Grotius, in Excerpt. pag. 651. ubi & proximum ex Europa fragmentum adpoſuit. DALECAMPIUS verſum illum ſic commode reddiderat: *ut coenans, quod aiunt, ſatietur nunquam.*

d In Ecloga ex eiusdem *EUBULI Cecropibus verſ.* 1. quod Θήβαζε ſcripſit Epitomae auctor, id ſuo iudicio ille fecit, formam loquendi praeferens magis vulgo uſitatam. Θήβας ἦλθον (intelligendo εἰς Θηβ.) ſcripſerat poëta: quemadmodum in alio eiusdem dramatis verſu, qui hunc proxime vel praecedebat vel ſequebatur, ſimiliter Κόρινθον ἦλθον ſcripſit, ut docet Deipnoſophiſta noſter, XIII. 567. c.

Verſ. 2. Ad editam olim ſcripturam κόπρον γ' ἔχει, monuit CASAUBONUS: »Malim κοπρῶν' ἔχει. Et omni»no id rectum eſt. Extat vox eadem in ſequente teſtimo»nio eiusdem poëtae ex *Myſis*.« — Eamdem emendationem iam propoſuerat H. STEPHANUS, Theſ. T. III. pag. 345. c. Nec longe a vero abeſt ms. *A.* in quo κόπρων. Breviator in praecedente verbo δειπνοῦσι terminavit eclogam.

Verſ. 3 *ſq.* οὗ πλήρει βροτῶν οὐκ ἔστι μεῖζον ἀγαθόν. »πλήρει βροτῶν ſuſpicione mendae non caret. Poteſt ta»men ferri, exponique *homini pleno & bene ſarto*, pro πλή»ρει βροτῷ.« CASAUBONUS. — At, ſi βροτοὺς hic *homines* intelligimus, ipſum dativum πλήρει βροτῷ potius poſuerit poëta: quod fortaſſe verum: niſi magis adrideat TOUPII inventum, in Curis Nov. in Suid. pag. 204. ed. Lipſ. »Legendum videtur, (inquit) πλήρει βοτῶν: *cibis onu»ſto.* Ut ποτὰ, *poculenta*: ſic βοτὰ, *eſculenta.*« — Quod

insignem utique speciem habet: sed tamen, quoniam nusquam alibi ita usurpatum vocab. βοτὰ reperitur, perinde suspicari licebat, βροτῶν fortasse pro βρωτῶν eâdem notione dixisse poëtam. Apud Suidam tamen invenias glossam Toupio aliquatenus faventem, nisi menda subest: Βοτός· τροφὴ, ἢ βοσκή.

Vers. 6. δ' ἄκνων in participio, non δάκνει, dedit ms. *A.* Idemque deinde παγγέλοιός ἐστ' ἰδεῖν. Qua in scriptura nihil desideraverit eruditus lector. Et carere potuimus Casauboni Animadversione, monentis: »Scribe »παγγέλαστός ἐστ' ἰδεῖν.» — παγγέλοιος ex coniectura etiam correxerat Toup l. c. & Coray ad Hippocr. de Locis &c. pag. 397.

In *Eubuli* eclogâ ex *Mysis*, *vers.* 3. ὅλους τραχήλους. e »Habet Huraldinus codex ὅλης: idque perplaceret, ut »iungeretur cum superiore δι' ἡμέρας: sed, eâ scripturâ »admissâ, de voce τραχήλους quaerendum supereſt.« Casaubonus, *in Addendis ad Animadvers.* — In *Epit.* deest haec ecloga, cum omnibus quae hac pag. deinde leguntur. At noster etiam optimus codex *A.* ὅλης habet: quod videri poterat ortum debere errori imperiti alicuius aut dormitantis librarii, qui ad proximum subſtantivum ἡμέρας referendum illud adiectivum temere putasset. Percommode vero ὅλους τραχήλους edd. id est, ut Dalecampius reddidit, *qui toti quanti guttura sunt.* Quae tamen scriptura illud habet incommodi, quod haud adpareat unde pendeat ille accusativus casus; nisi e primo versu repetere verbum λιτὼν liceat, quasi dixisset, λιτὼν τὸ Θήβης πέδον, καὶ τοὺς ἐκεῖ ἀνθρώπους, ὅλους τραχήλους. Id si nimis durum; vide, an tenendo δι' ἡμέρας ὅλης, deinde pro τραχήλους, cum Adamo, τραφάλλους malis; nempe, ἐσθίειν τραφάλλους, id est, τυροὺς χλωροὺς, *recentes caseos*, interprete Hesychio. Quod vero dein editum erat, καὶ τοὺς κοπρῶνας πλησίον: primum τοὺς, quod metro prorsus adversabatur, recte ignorat ms. *A.* tum vero pro κοπρῶνας, omnino κοπρῶνος corrigendum putavimus, in genitivo, qui a voce πλησίον pendeat. Confer eclogam proxime praecedentem.

In *Diphili* testimonio, pro ἢ πάλιν πρὸς ἡμέραν, exspectaveram καὶ πάλιν, *et rursus ad redeuntem usque diem*: sed nil murat vetus liber. Et sensum haud incommodum admittere videtur scriptura vulgata.

» *Mnesimachi* verba e *Buſiride*,

» — Εἰμὶ γὰρ Βοιώτιος,
» ὀλίγα μὲν ἄλλων, ταῦτα πολλὰ δ' ἐσθίων:

» ſonant hoc: *Ego ſum Boeotius: qui de aliis quidem pauca* » *comedam; haec vero multa.* Videtur dicere, Boeotos pa- » nis & carnium fuiſſe voraces; caetera, quae delicatuli » expetunt, non multum curaſſe. « Casaubonus. — In *Addendis* haec adiecit Animadverſor: » Huraldinus Ms. » unâ voce auctior: ὀλίγα μὲν ἄλλων δίκαια ταῦτα· » πολλὰ δ' ἐσθ. Sed non video qui ſententiam aliquam ex » hac ſcripturâ eliciam; quam & metri lex aſpernatur. « — Illius vocabuli, ab hoc loco utique alieni, nullum in vetere noſtro codice veſtigium cernitur.

Alexidis verſus ex *Trophonio*, quum quo genere metri continerentur haud ſatis mihi liqueret, ita digeſtos dedi, ut editos inveni. Ad *verſ.* 3. cum ſic legeretur,

f ὡς ἀκίνητοι νῦν εἶναι βοᾶν καὶ πονεῖν μόνον,

monuit Casaubonus. » Lege cum eruditiſſimo Sylbur- » gio:

» ὡς ἀνίκητοι νῦν εἶναι βοᾶν καὶ πονεῖν μόνον. «

Cuius emendationem laudans Palmerius, Exercitation. pag. 513. ait: » Sed eadem manu debebat etiam corrigere » vocem πονεῖν, & reponere πίνειν. Nam ſi maneret » πονεῖν, tunc non foret διασυρμὸς, (*vituperatio*,) ſed po- » tius laus & encomium. « — Quae mihi ita vera viſa erat obſervatio, ut utramque adoptarem emendationem; quamquam in vulgata ſcriptura nil mutet vetus noſter codex. Ac ſane mire poſitum verbum iſtud πονεῖν videri debuit medium inter βοᾶν & δειπνεῖν. Nec tamen diſſimulandum, paulo ante etiam (lit. *c.*) in Eubuli teſtimonio τὸ πονεῖν praedicari de *Boeotiis*. Et omnino de tota huius eclogae ſententia haud ſatis conſtat: quare conſultius fortaſſe facturi eramus, ſi intactam reliquiſſemus. At *poſtremo verſu*, γυμνοῦθ' ἑαυτοὺς, pro γυμνοῦσθ' ἑαυτοὺς, quod editum erat, recte dedit ms. *A*. Nam ubi verbo adiicitur pronomen reciprocum, ibi verbum non in *medio* genere, (quod aliâs reciprocam actionem ſignificat) ſed in *activo*, ponunt Graeci.

a Τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν &c. » *Pempeli* reſponſum » *de Boeotis*, cum fuiſſet interrogatus, *quid ipſi viderentur* » *eſſe Thebani?* ſalebroſum eſt: licet cum editis ſcripti om- » nes conſentiant. « Casaubonus. — Nobis illud reſpon-

ſum nihil obſcuri habere videbatur, cuius haec erat ſen- a
tentia, *ita gulae deditos eſſe Boeotos, ut nil niſi ventres eſſe videantur; & ut quisque, quo maiorem ciborum copiam ingerere poſſit, tanto magis ſe praeſtare caeteris ſoleat gloriari.* Caeterum πέμπελον, adpellativo nomine, Graecis dici novimus *capularem ſenem*, eumque *loquacem* praeſertim & *garrulum:* at ille *Pempelus* quis ſit, qui ex Eratoſthene hìc commemoratur, nusquam declaratum reperire nobis contigit. Illud vero nos docere Caſaubonus debuerat, ſe, quum Πρέτελλον legeretur in ed. Venet. & Baſ. (unde & *Pretellum* in verſione Dalecampius poſuit, *Prepellum* vero Natalis Comes) ex codicibus mſstis Πέμπελον reſtituiſſe. Ac ſane ipſum hoc nomen Πέμπελον agnoſcunt ambo noſtri codices.

Πολύβιος -- ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν φησιν. Hac ſerie verba ſcripta dedit cod. *A.* De re vide Reliquias libri viceſimi Hiſtoriae Polybianae, cap. 4. & 6. noſtrae editionis, quae ex Excerptis Valeſianis de Virtutibus & Vitiis ducta ſunt. Βοιωτοὶ μεγίστην δόξαν λαβόντες κατὰ τὰ Λευκτρικά. Recte κατὰ, non μετὰ, dedere ambo noſtri codices: pro quo in eamdem ſententiam apud Polyb. XX. 4, 2. habes ἐν τοῖς Λευκτρικοῖς καιροῖς. Mox vero, pro κατὰ μικρὸν (id eſt *paullatim*) ſuſpicatus ſum μετὰ μικρὸν ſcripſiſſe Athenaeum: pro quo eſt apud Polybium, κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, id eſt, *continuo deinde;* non, *paullatim*, ut ibi interpretatus erat Valeſius. (de quo in Adnot. ad illum Polybii locum monuimus.)

διέθεντο καὶ κοινώνεια τοῖς φίλοις. »Appellat κοινώνεια, b
»conventus ea fine ſolitos agi, ut amici unà eſſent. Et διατί-
»θεσθαι κοινώνεια τοῖς φίλοις, eſt *reditus in eam rem aſſignare*,
»& *locum providere.* « CASAUBONUS. — In Valeſianis ex Polybio Excerptis ſic habes: τὰς οὐσίας -- εἰς εὐωχίας καὶ μέθας διετίθεντο, καὶ κοινὰς τοῖς φίλοις ἐποίουν. — Pergit CASAUBONUS: »Addit Polybius: Πολλοὶ δὲ [καὶ hìc »inſeritur in noſtro cod. *A.* ut in Exc. Valeſ.] τῶν ἐχόν-
»των γενεὰς ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις τὸ πλέον μέρος τῆς
»οὐσίας· ὥστε πολλοὺς εἶναι Βοιωτῶν οἷς ὑπῆρχε δειλινὰ
»τοῦ μηνὸς πλείω τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν.
»Verbum ἀπεμέριζον, *dividebant*, interpretor de ultimis
»voluntatibus: quaſi ſcriptum eſſet ἀπέλειπον. Et nota
»ſis ſtultitiam horum hominum immanem: [immo *melio-*
»*ra verba! quaeſo*, haud immerito aliquis dixerit.] qui,

b »non ſolum dum viverent, ſoliti bona ſua in convivia »illa prodigere; ſed & morientes pecuniam amicis relin»querent perdendam ἐν τοῖς κοινωνείοις, quae heſtiatoria »quaedam erant. Haec fuere Graecorum ingenia: cuius »rei clara teſtimonia in teſtamentis veterum philoſopho»rum, quae recitat Laërtius Diogenes. Quare aliter Po»lybii verba non debuerant accipi. Δειλινὸν, videlicet »βρῶμα, eſt *cibus pomeridianus*, ſive *merenda:* nam vete»res interpretantur, τὸ μεταξὺ δείπνου καὶ ἀρίστου. Ita »vocabant Thebani κοινωνισταὶ ſuas illas epulas; vel pro»pter diei tempus, quo ſoliti convenire ex ſodalitii in»ſtituto; vel minuendae rei invidiae, quaſi eſſet aliquid »levius δειλινὸν, quam vel prandium vel coena. Sic ho»die ſolent frugiperdae homines extraordinarias epulas »ſuas appellare *merendas:* quae tamen coenae ſunt quan»tumvis dapſiles & lautae. Cum autem moriturientes The»bani tanto ſtudio ornandorum coenoneorum duceren»tur; non mirum eſt, *eveniſſe* quod ſcribit Polybius, *ut* »*multi merendas haberent ſibi ab amicis legatas plures numero* »*in ſingulos menſes, quam dies eſſent in menſe.* Simile ex par»te quod narrat Strabo de Tarentinis, plures illis fuiſſe »in anno feſtos dies, quam eſſent ipſius anni dies.« — Mira vero doctiſſimorum olim virorum, in edendis veterum auctorum ſcriptis, negligentia dicam? an ſupercilium? ſusque deque habentium iudicium ſtudiumque lectorum, qui, unde ductae eſſent novationes ab illis inductae, eſſent requiſituri. Nam quum δεῖπνα hoc loco, non δειλινὰ, in editione Ven. & Baſ. legeretur, cur nec illius lectionis mentionem ullam fecit Caſaubonus in Animadverſionibus, nec, unde ſuum illud δειλινὰ arripuiſſet, dignatus eſt docere lectorem? Noſter quidem vetus codex *A.* non δειλινὰ, ſed ΔΕΙΗΝΑ exhibet: quod poterat perinde vel ex δεῖπνα corruptum videri, (ex quo etiam Valeſius detortam ſcripturam δίπλα exiſtimaverat, quam apud Polybium codex Peireſcianus habebat) vel ex δείελα, plurali nominis δείελον, quod pro *merendâ* uſurpavit Callimachus, teſte Scholiaſta Homeri, ad Odyſſ. ρ'. 599. Sed verum ſi quaeris, ſcripturam δειλινὰ ex Epitoma Athenaei acceperat Caſaubonus: eamdem quidem ſcripturam perſpicue noſter codex *Epit.* exhibet.

AD CAP. XII.

In *Mnesimachi*, ex fabulâ *Philippo*, *versu* 2. particu- c
lam καὶ, tam aptam ad sensum, quam ad fulciendum ver-
sum necessariam, opportune inseruit Grotius in Excerpt.
pag. 663. In fine eiusdem versus, pro edito olim κατα-
φάγοι, recte καταφάγῃ dedit ms. *A*. In ms. *Ep.* termina-
tio verbi non disertim expressa est: sed nil aliud debuisse
voluisseque videtur librarius.

Ἐπεὶ τριπήχη &c. »Probaturus auctor, *omnes in uni-*
»*versum Thessalos plurimum comedisse*, ait: Κράτης φησὶν ἐν
»Λαμίᾳ,

»Ἐπεὶ τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα.

»Lego ἔπη τριπήχη: ut, *sesquipedalia verba*. Non vide-
»tur hinc posse colligi quod voluit probare Athenaeus:
»sed scire licet, Cratetem, cum ita loqueretur, allusisse
»ad frusta carnium, quae incidi solita a Thessalis. Ideo
»addit Athenaeus, vice fungens interpretis, Τοῦτο δ' εἶ-
»πεν, ὡς τῶν Θετταλῶν μεγάλα κρέα τεμνόντων. Alioqui
»poterat dici, scripsisse poëtam Κρέα τριπήχη: sed ve-
»rum est quod dixi. *Lamiae* Cratetis meminit Pollux
»libro nono, [sect. 62.] ubi ex hac fabula versum af-
»fert, ut doceat ἡμίεκτον & octo obolos tantidem va-
»luisse. Eum versiculum ita concipe: Ἡμίεκτόν ἐστι χρυ-
»σοῦ. μανθάνεις; ὀκτὼ ὀβολοί. « Casaubonus. — Apud
Nostrum, vulgatam scripturam Ἐπεὶ tenet codex *A*. In
Epit. omissum est ipsum illud primum versiculi verbum.
Caeterum gulositatem Thessalorum notavit etiam Pla-
tonicus Socrates in Critone: de eademque conferri po-
test Diphili testimonium, supra adlatum, II. 47. c.

In *Hermippi*, ex *Parcis*, *vers.* 2. quum μύρων legere- d
tur in editis, interpretatus est Dalecampius quasi μοιρῶν
vel μερῶν esset, *portionum*. Sed μύων perspicue nobis de-
dit ms. *A*. In *Epit.* deest id testimonium. In *eodem versu*
verba sic digesta ut desiderabat metrica ratio (Θετταλικὴν
τὴν) dedit idem codex *A*.

ταῦτα δὲ καπανικὰ &c. »Thessali propriâ suae dialecti
»voce καπανικὰ κρέα vocabant *magna*, & *quae plau-*
»*strum possint onerare singula*. Auctor Athenaeus his ver-
»bis: Ταῦτα δὲ καπανικὰ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνι-
»σταῖς. Τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν; Καὶ
»Θετταλικῶν μὲν πολὺ τάδε καπανικώτερα: οἷον ἁμα-

d » ξιαῖα. Θετταλοὶ γὰρ τὰς ἀπίνας καπάνας ἔλεγον. Non » sunt Comici, sed Athenaei illa, οἷον ἀμαξιαῖα, quae & » distincta & versa sunt perperam. Familiare Grammati- » cis verbum οἷον hoc sensu. Aristophanis versum respi- » ciens Hesychius: Καπανικώτερα, inquit, ἀπὸ τῆς φάτνης » χορταστικώτερα. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ μείζονα. καπάνας γὰρ » ἀπίνας λέγουσι.« CASAUBONUS. — Verba οἷον τὰ ἁμα- ξιαῖα ita vulgo scripta erant, quasi initium tertii versus Aristophanis. Sed *secundum versum* Casaubonus in Animadv. suo arbitratu tacite mutans, dum corrigere voluit, cor- rupit. Nam Thessalica vox ἡ καπάνα, respondens com- muni ἀπίνη, penultimam longam facere debuit: quod et- iam differte docent Xenarchi versus, qui continuo deinde citantur. Quare versui a Casaub. insertâ voce τάδε sic concepto,

καὶ Θετταλικῶν μὲν πολὺ τάδε καπανικώτερα,

non constat metrica ratio. Nec vero magis constabat ra- tio versui, qualis editus legebatur, in hunc modum:

καὶ τὰ Θετταλικῶν μὲν πολὺ καπανικώτερα.

Itaque aut καὶ particula extra versum fuit ponenda; quod nos cum BRUNCKIO (in Fragm. Aristoph. pag. 267.) fe- cimus: aut omittendus erat τὰ articulus, ut duo Comici versus sic connecterentur:

Τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν,
καὶ Θετταλικῶν μὲν πολὺ καπανικώτερα.

Quod nescio an melius. Sed *Epitomae* auctor totum istum locum sic concinnavit: Ἀριστοφάνης δὲ τὰ Λυδῶν δεῖπνα φησὶ καὶ τὰ Θετταλῶν. καὶ τὰ Θετταλικὰ μὲν πολὺ καπανικώτερα. οἷον τὰ ἁμαξιαῖα. Θετταλοὶ γὰρ τὰς ἀπίνας καπάνας ἔλεγον. Inde sua hausit Eustathius in Comment. ad Iliad. λ'. pag. 799. l. 48.

e In *XENARCHI* ex *Scythis vs.* 2. Ἐς Ὀλυμπ. pro Εἰς Ὀλ. metri causa scribendum fuisse adparet. *Eodem vers.* importunam voculam δὲ recte ignorat ms. *A.* In *Epit.* to- tum testimonium abest.

AD CAP. XIII.

Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι &c. » *Aegyptii* non simpliciter *voraces*, sed *panis* tantum, scri- » buntur fuisse. *Cyllestim* eum panem vocabant: de quo » habes apud Herodotum [II. 77.] & supra libro tertio.

» [pag. 114. b.] Ἀρτοφάγους hîc interpretamur, *qui mul-* e
» *to pane veſcuntur:* quoniam de polyphagis hic ſermo. [At
a *guloſis* & *voracibus* nunc ad *frugales* progredi nobis viſus
erat auctor.] » Alioqui videri potuit *Hecataeus Aegy-*
» *ptios* appellaſſe *artophagos*, ad Graecorum differentiam,
» qui erant utplurimum mazophagi; ſicut Poeni, & quon-
» dam Romani, pultiphagi. Sed prior interpretatio non
» ſolum inſtituto ſermoni convenientior; verum etiam ad
» proxime ſequentia prope neceſſaria: διὰ ταῦτα καὶ Ἄλε-
» ξις ἐν τῷ περὶ Αὐταρκείας ἔφη μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι
» τὸν Βόκχοριν. Quare διὰ ταῦτα? Quia in populo edaci
» rex ſobrius non aliter notabilis, quam cocles inter coe-
» cos. *Bocchoris* ille eſt Aegypti rex, de quo Diodorus Si-
» culus libro primo.« Casaubonus. — Eadem *Hecataei* verba de *Aegyptiis*, infra repetuntur, eodem hoc libro X. pag. 447. c. Ibi pro eo quod hîc ſcribitur εἰς ποτὸν, in eamdem ſententiam εἰς τὸ πόμα vel πῶμα habes: &, ut hîc καταλέοντας habet ms. *A.* (nam in *Ep.* hîc deſunt *Hecataei* verba) ſic ibi καταλέουσι codex ms. uterque: Et hîc quidem in ms. *A.* duae verbi partes καταλε & οντας ſpatio nonnullo interiecto diremtae ſunt: quod caſu magis, quam conſulto factum videtur: ſed inde occaſionem cepere poſteriores, ut καταλεαίνοντας hic ſcriberent. *Alexis* ille, cuius laudatur liber περὶ Αὐταρκείας, non eſt comicus poëta Atticus, ſed (quae Fabricii fuit ſententia, in Bibl. Gr. T. I. pag. 739.) intelligendus fortaſſe fuerit *Samius* ille *Alexis*, cuius *Annales Samiorum* alibi laudat Noſter: vide XII. 540. d. & XIII. 572. f. *Bocchoridis*, Aegypti regis, meminit Diodorus Sicul. lib. I. cap. 45. & c. 65. quem τοῦ σοφοῦ elogio ornat. Βόκχοριν, per ο breve in penultimâ, ut apud Diodorum ſcribitur, ſic apud Noſtrum cum editis ſcribit cod. *A.* Caeterum ex h. l. corrigendum videri Plutarchum in Iſide & Oſiride, ubi rex Βόκχορις & pater eius Τέχνατις vocatur, monuit Palmerius, Exercitat. pag. 513. At non diſſimulandum, patrem Bocchoridis qui apud Noſtrum Νεόχαβις nominatur, apud Diodorum I. 45. Γνεφαχθὼ aut Γνέφαχθον vocari. Quorum nominum quodnam verum ſit, aut vero propius, nobis non licet definire.

Λύκων ὁ Ἰασεὺς ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου. Hic videtur verus libri titulus, quem exhibent edd. Nam, quod eſt in ms. *A.* περὶ Πυθαγορίου, haud dubie vitioſum eſt.

De *Lycone* illo *Iaſenſe*, vide Ionsium, lib. IV. de Scriptorib. Hiſtor. Philoſ. num. 33. & lib. I. c. 14. n. 5. In *Epit.* hoc loco ne auctor quidem, nedum titulus libri, nominatur. Sed qui ſupra apud Noſtrum, II. 47. a. praeeunte eâdem Epitomâ Λύκος vulgo nominatur, ſi iſtum locum cum hoc contuleris, non dubitabis Λύκων ibi ſcriptum oportuiſſe, intelligendumque eumdem *Lyconem Iaſenſem*, cuius librum *De Pythagora* hîc a Noſtro laudatum videmus.

f οὐκ ἀπείχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἴρηκεν. Ambigue hoc dictum videri poterat: ut haud ſatis ſcires, utrum *dixerit Ariſtoxenus, non abſtinuiſſe Pythagoram animatis*, an *neget Athenaeus verum eſſe id, quod Ariſtoxenus dixiſſet, abſtinuiſſe animatis Pythagoram.* Neque ex II. 46 extr. & pag. 47. a. ubi idem argumentum tetigerat auctor noſter, adparet utram in partem accipiendum ſit id quod hîc legitur. Sed dubitationem praecidit Laërtius, VIII. 20. perſpicue tradens, *ſcripſiſſe Ariſtoxenum, animata in cibum permiſiſſe Pythagoram, bove aratore & ariete exceptis.*

Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Ἀριθμητικός. Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικὸς vocatur Diogeni Laërtio, ubi de eodem agitur argumento, lib. I. ſect. 25. & lib. VIII. 12. Confer Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 670.

Ἡνίκα Πυθαγόρης &c. Vide Rittershuſii Notas in Porphyrii Vitam Pythagorae, p. 51. Πυθαγόρης, ut eſt apud Laërt. VIII. 12. ſic hîc apud Noſtrum, non Πυθαγόρας, dedere ambo noſtri mſſti. In reliquis diſtichi verbis nil variant apud Athenaeum libri.

a Μάνιος δὲ Κουρίος. Sic recte edd. Sed Μαίνιος δὲ Κουρίων uterque noſter codex mſtus: in ms. *Ep.* vero ſuper Μαίνιος inter lineas eâdem manu ſcriptum Μάλιος. Perraro factum videas, ut in ſcribendis Romanorum nominibus non erraverint Graeci: neque ea librariorum ſemper culpa eſt, ſed ſaepenumero ipſorum auctorum. Fortaſſe eiusdem auctoris, e quo haec profert Athenaeus, error eſt, quod Σαβίνων ait, αὐτῷ πολὺ χουσίον προσπεμπόντων: cum Σαμνιτῶν vel (ut Graeci fere ſcribere conſueverunt) Σαυνιτῶν oportuiſſet: de quo errore *Petrus* Victorius monuit, Variar. Lect. X. 10. Vide Ciceronem de Senect. c. 16. aliosque laudatos Freinshemio, in Supplem. Livian. lib. XIV. cap. 49.

ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Μεγακλῆς, ἐν τῷ περὶ Ἐνδόξων Ἀνδρῶν. Auctorem silentio praeteriit Epitomator: codex *A.* vero consentit cum edd. Cuius auctoris quum nusquam alibi reperiatur mentio, videndum censuerat IONSIUS, DE Script. Hist. Philos. lib. IV. num 34. ne Μεγακλείδης scriptum oportuerit. Sed nec *Megaclidis* liber DE Viris Illustribus ullibi commemoratus legitur.

AD CAP. XIV.

Ἀλλ' ἔγωγε τοῦ τὰ δέοντ' ἔχειν. »Non est principium b »versus: sed initio quaedam praetermissa.« CASAUBONUS. — Cum ad sententiam deesse aliquid videri potest: tum ad versum certe complendum deest nonnihil. GROTIUS, cuius versionem Latinam (ex Excerpt. pag. 592.) Graecis nostris subiecimus, & versum & sententiam Graece ex coniecturâ in hunc modum supplevit:

Ἔγωγε τοῦ τὰ δέοντ' ἔχειν ἀρκούμενος.

Poteras vero etiam haud immerito, ut nobis quidem videbatur, cum Casaub. coniectare, ab initio versus praetermissum esse aliquid, quod unum senarii pedem cum primâ syllabâ pedis secundi effeciset, & ad orationem alterius personae pertinuisset, constructionem autem naturalem verborum hîc adpositorum in hunc modum esse concipiendam: Ἀλλ' ἔγωγε μισῶ τὰ περιττὰ τοῦ ἔχειν τὰ δέοντα. Quae continuo sequitur ecloga ex *ALEXIDIS Mentiente*, eam idem Grotius in Excerptis suis posuit, pag. 595.

In proximâ ex eiusdem *ALEXIDIS Coalumnis* eclogâ, primum versum ita acceperat Dalecampius, quasi esset,

Ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον, οὐθ' ὑπεργέμον.

Quem sequens GROTIUS, ipsum illum unum versiculum in Excerptis suis adposuit, pag. 587. latine sic redditum:

Quam dulce est quod mediocre est, nec superat modum!

Recte vero monuerat CASAUBONUS: »Ita verte, & dis- »tingue: *Quam suave est omne mediocre! Ego nunc neque »supra modum cibo onustus abeo, neque inanis: sed suaviter »me habens.* Farto nimiâ ciborum copiâ ventriculo oppo- »nit stomachum qui λαγαρὸς quidem est, at non inanis: »id vocat ἔχειν ἡδέως ἑαυτοῦ. Timotheus mox, καλῶς »γίνεσθαι.« — Sic ille. Et editam scripturam ὑπεργέμων recte tenent mssti; & post hanc vocem item recte

in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. nulla ſignabatur orationis diſtinctio: ſed imperite interpungitur in ed. Caſ. 2. & 3.

c *Tertius verſus* eiusdem eclogae ſiniebatur (ex ſuperiorum quidem editorum praeſcripto) in ipſis primoribus verbis, ἔχων ἐμαυτοῦ. Tum ſequebantur iſta, quaſi ab Athenaeo ſuis verbis adiecta: Μνησίθεος γάρ φησι, δεῖν φεύγειν ἁπάντων &c. Perſpecte vero PORSONUS docuit, (ad Euripidis Med. vs. 139 ſq. num. x. pag. 366. ed. Lipſ.) fuiſſe iſta verba verſibus *ALEXIDIS*, ad *Mneſithei* auctoritatem provocantis, accenſenda. »Non enim Poëtas ſo»lum citant veteres Comici, ſed etiam ludi iocique cau»ſa omnis generis ſcriptores.« ut opportune monuit idem Vir doctiſſimus. Fuit autem *MNESITHEUS*, *Medicus* Athenienſis nobiliſſimus; ſaepius hoc nomine laudatus Noſtro. Ac videas quidem a ſummo viro Grotio (in Excerpt. p. 903.) inductum etiam comicum aliquem poëtam *Mneſitheum*: cui ſcilicet adſcribi videtur apud ipſum Athenaeum noſtrum (lib. II. pag. 35. f. & 36. a,) facета quaedam ecloga de *vini uſu*, verſibus ſenariis comprehenſa. Sed *comicum poëtam Mneſitheum* omnis reliqua ignorat antiquitas: & (quod obſervationem noſtram, cum illum locum tractaremus, praeterierat) perquam eſt veriſimile, eclogam illam ad alium quemdam Comicum, ac fortaſſe ad eumdem *Alexidem*, cuius ſunt hi verſus de quibus nunc agebamus, eſſe referendam; qui ibi ſimiliter atque hoc loco, ioci cauſſâ, ad celeberrimi Medici auctoritatem provocaſſet: de quo certius iudicare valeremus, ſi opus Athenaei illa parte integrum ſupereſſet. Ibi primum illius eclogae verſum fortaſſe tali modo conceptum reperturi eramus:

Ἔφη δὲ Μνησίθεος, τὸν οἶνον τοὺς θεοὺς

ſive, Φησὶν δὲ Μνησίθεος &c. Sed Epitomae quidem auctor hoc loco, in quo nunc verſamur, pariter atque illic, verba iſta Μνησίθεος γάρ φησι, pro *Athenaei* verbis, non *Alexidis* acceperat: nam, tamquam teſtimonium a ſuperiore diſtinctum, hoc adpoſuit: Καὶ Μνησίθεος· (nempe φησί·) δεῖ φεύγειν ἁπάντων τὰς ὑπερβολὰς ἀεί.

Ἄριστον δ' ὁ φιλόσοφος. Nempe *Ariſto Ceus*, ὁ Κεῖος ſive Κῖος. Vide notata ad II. 38. f.

Τιμόθεος δ' ὁ Κνώσιος &c. Eamdem rem narrat Aelianus, Var. Hiſt. II. 18. ubi vide Interpretes: & conf. Cic. Tuſc.
d V. 35. Pro Ἀκαδημίᾳ, eſt Ἀκαδημείᾳ in ms. *A.* ex pravo librarii more. Inſolita vero videri poterat illa loquendi

forma, καλῶς γίνονται, pro καλῶς ἔχουσι, vel pro καλῶς διάγουσι, quod eſt apud Aelianum. Sed eamdem dictionem, καλῶς γίνεσθαι, in eâdem narratione poſuit etiam Plutarchus, Sympoſ. lib. VI. in ipſo initio, & in Praeceptis de tuenda Sanitate, Opp. Tom. II. ed. Francof. pag. 127.

Ὁ δ' Ἡγήσανδρος &c. Sic ms. *A.* Epitomatori autem iſta in hunc modum placuit refingere: καὶ Πλάτωνι δὲ τινι κἀυτὰ ἀπαντήσας, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, εἶπεν: Ὑμεῖς &c. Et Ὑμεῖς recte dedit etiam ms. *A.* pro quo perperam Ἡμεῖς habent ed. Ven. & Caſ. 1. & 3. ſed Ὑμεῖς ed. Baſ. & Caſ. 2.

τῶν γνωρίμων τινός. In verſione tenui vocabulum, quo uſus Dalecampius erat, *a familiarium quodam.* Rectius vero fortaſſe fuerat, ſignatius certe, *a diſcipulorum quodam.* Suidas: Γνώριμοι· φοιτηταί. Heſychius: Γνώριμοι· μαθηταί. Confer Indicem Graecitatis in Epictetum & Arrian. Et ſic utique reddendum fuit id vocab. paulo poſt, pag. 430. d. *Mox dein,* quum omiſſum eſſet ὧν pronomen, e monuit CASAUBONUS: » Puſillus error interpretibus frau» di fuit in hac pulcherrimâ ſententiâ: μᾶλλον γὰρ ἡμᾶς » &c. Scribe, ἢ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων, ὧν οἱ διά» κονοῦντες τὰ πλ. δ. « — Qua emendatione nihil certius. Eodem quidem errore vetus codex *A.* tenetur: in *Epit.* vero tota iſta ῥῆσις deeſt.

AD CAP. XV.

Narrationem de *Menedemi ratione convivas excipiendi* eamdem habes apud Diogenem Laërtium, II. 139. qui eumdem, e quo ſua Athenaeus hauſit, *Antigonum Caryſtium* ob oculos habuerat; cuius quidem ad auctoritatem in vita Menedemi ſect. 136. & 143. provocat. Quod Athenaeus hic ait, πρῶτα μὲν δεύτερος ἢ τρίτος, id latine ſonat, *prandebat cum uno aut duobus.* Pro quo apud Laërtium levi differentiâ habes, προπρῶτα μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν: id eſt, *ante prandebat cum duobus aut tribus. Mox,* bene editum erat καθ' ἑαυτόν: ſed καθ' αὑτὸν dedit uterque noſter codex mstus. Quod adiicitur apud Laërtium, ἕως βραδέως ἦν τῆς ἡμέρας, hoc eſt, *usque dum dies in veſperam vergeret:* id quidem minus placet. Fuerit profecto hominis parum frugalis & parum moderati, prandium

protrahere usque ad veſperam. Paulo commodius Athe-
f naeus, quamquam non admodum perſpicue, ἦν γὰρ τὸ τοῦ Μενεδήμου τοιαῦτον ἄριστον: quae verba ita interpretati ſumus, *nam prandium Menedemo pro coenâ erat: τοιοῦτον*, nempe *οἷον δεῖπνον, tale qualis coena*; ſcilicet, prandebat demum ſub veſperam, & *prandio* utebatur *ſimili coenae.*

εἰσήεσαν εἰς τὸν ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένον οἶκον. Dalecampius *domum* reddiderat Graecum οἶκον. Quo ſpectans CASAUBONUS in Animadv. adnotavit: »*In triclinium in-*»*grediebantur ei rei paratum.* Non ſemel expoſuimus vo-»cem οἶκος.« — Vide IV. 130. a. 145. c. V. 193. c.

a προσκεφάλαιον δὲ αὐτὸν φέρειν ἕκαστον ἔδει. Ferri utcumque potuerat quod habebat ms. *A.* cum editis, αὐτῶν: nempe ἕκαστος αὐτῶν. Sed quoniam facile ſubintelligebatur hoc pronomen, praeſtabat haud dubie id quod dedit Epitoma, αὐτόν: nempe ἕκαστον ἔδει αὐτὸν φέρειν, *quisque tenebatur adferre ipſe.* Ne iſtud quidem ſpernendum, quod eſt apud Laërtium, αὑτῷ: id eſt, *ſibi.*

οὐ μεῖζον ἦν κοτυλιαίου. Nihil per ſe deſiderabatur in ſcriptura, οὐ μεῖζον ἢ κοτυλιαῖον, quae ex editione Baſ. recepta erat in Caſaubonianas; ſed debetur illa BEDROTI, editoris Baſileenſis, emendationi; a cuius manu iam ſic correctum video in exemplo (quo utor) Venetae editionis, quod ipſius olim fuerat. In ed. Ven. ἢ κοτυλιαίου legitur, plane ut in ms. *A.* Id vero haud dubie ex ἦν κοτυλιαίου corruptum videbatur, quae eſt apud Laërtium vulgata & conſtans librorum ſcriptura. Brevius Epitoma Athenaei, οὐ μεῖζον κοτυλιαίου.

τράγημα δὲ θέρμος μὲν ἢ κύαμος. Sic codex mstus uterque: non, ut editum erat, τράγημα μὲν θέρμος ἢ κύαμος. Mox, τοῦ μὲν θέρους ἄπιος ἢ ῥοιά. Recte ſic ms. *A.* quemadmodum tacite edidit Caſaub. Eodem modo ms. *Ep.* niſi quod ῥόα penacute ſcribit, pro ῥοιὰ vel ῥοά. Perperam τοῦ μὲν θέρους ἢ ῥοιὰ ed. Ven. & Baſ. omiſſo vocab. ἄπιος.

»Μαρτυρεῖ δὲ καὶ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς, γρά-»ψας Σατύρους Μενεδήμου· ἐν οἷς φησιν ὁ Σειληνὸς &c. Scri-»be γράψας Σατύρους εἰς Μενέδημον· ἐν οἷς φ. Vocat *Sa-»tyros*, drama Satyricum ad irriſum Menedemi compoſi-»tum. Libro ſecundo, [pag. 55. c. d.] Λυκόφρων ὁ Χαλκιδ. »ἐν σατυρικῷ δράματι, ὁ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς Με-

» νεδήμου. « CASAUBONUS. — Utique Σάτυροι, plurali numero, idem ſignificat Graecis ac δρᾶμα σατυρικὸν, quemadmodum nuper etiam vidimus apud Noſtrum, IX. 407. conf. Caſaub. de Satyrica poëſi, l. 1. pag. 24. & Diogenem Laërt. II. 140. Porro ſpecioſa utique emendatio, εἰς Μενεδ. ab Animadverſore propoſita; niſi apud eumdem Laërtium, loco modo citato, diſerte ſic ſcriptum legeremus: ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς πεποιημένοις σατύροις αὐτῷ, οὓς Μενεδήμου ἐπέγραψεν: id eſt, *Lycophron in Satyrâ, quam inſcripſit Menedemum.* Et quidni crederemus, Satyrae ſive elogio ſatyrico in Menedemum ſcripto ipſum hunc titulum inſcriptum fuiſſe, *Menedemus?* Illud vero manifeſte vitioſum, quod in ed. Ven. & Baſ. hîc ſcribebatur, γράψας σατύροις Μενεδ. pro γράψας σατύρους. Σιληνὸς per nudam vocalem, non Σειληνὸς, dedit uterque noſter codex, ſicut V. 197. e. ubi vide notata, & V. 199. a. Praepoſtere vero in cod. *Ep.* hîc ſcribitur, σάτυρος πρὸς τοὺς σιληνοὺς φησί.

In *LYCOPHRONIS verſ.* 1. vitioſe olim in ed. Ven. & b Baſ. ſcribebatur,

παῖδες κρατίστου παιδὸς ἐξωλέστατοι.

De corrigendo manifeſto vitio primus monuit *Guil.* CANTERUS, Novar. Lection. lib. VI. cap. 17. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 652.) ubi totum hunc locum excuſſit. Et recte Dalecampius in verſione poſuit: *Optimi patris filii ſceleſtiſſimi;* donec in Graeco etiam contextu πατρὸς pro παιδὸς poſuit Caſaubonus. Mireris vero, eodem errore utrumque noſtrum codicem mstum teneri. Caeterum *fortiſſimum Satyrorum parentem* Bacchum dixiſſe videtur. Ad *quintum verſum* ſpectat quod adnotavit CASAUBONUS: » Quid ſit κατέχω, dictum eſt libro primo. « — Vide Animadv. ad I. 5. e.

Aliquanto plus difficultatis habent qui ſequuntur eiusdem *LYCOPHRONIS verſus:* de quibus conſulendus TOUPIUS, in Emend. in Suidam, Part. III. pag. 228. ed. Lond. pag. 497. ed. Lipſ. & conferendae Animadverſiones in Athenaei noſtri librum II. pag. 55. d. Duo priores verſus inconcinne ſic editi legebantur:

Ἀλλὰ κυλίκιον ὑδαρὲς
ὁ παῖς περιῆγε † τοῦ πεντωβόλου.

Et κυλίκιον quidem, quod reſpuere verſus videtur, tenent ambo noſtri codices mssti, caeterum lacunae aut

mendae notam ignorant. Quod *verſ.* 4. edebatur δημόνικος, id tenet ms. *A*. Pro quo quum δημόκριτος legeretur libro ſecundo, utrobique melius δημόκοινος lectum iri, cum ibi, tum hic adnotavit CASAUBONUS. Mirum vero quod habet hoc loco ms. *Ep.* ὁ τ' ἀλιτήριος Μενέδημος ἐξεχόρευσεν: poſt quae verba in eodem codice ſtatim ſic pergitur: ἐξῆς δὲ ζητήσεις φησὶν ἦσαν παρὰ πότον.

c Truncati illi verſus, Τράγημα δὲ &c. apud Laertium, II. 140. pleniores & cum nonnullâ varietate ſic leguntur:

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἡ βαιὰ κύλιξ
αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον. τράγημα δὲ
ὁ σωφρονιστὴς τοῖς φιλικόοις λόγος.

Quae dein ſubiiciuntur verba, ὅτι πολλάκις συνόντας αὐτοὺς &c. ſunt & ipſa, ut recte CANTERUS l. c. obſervavit, *diſiecta* quidem *membra poëtae:* ſint-ne autem ex eodem dramate ducta, an ex epico quodam carmine, non definiam. Poſſis quidem nullo labore ad ſenariorum leges redigere, tali quodam modo:

καὶ πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλέον
κατελάμβανέν γ' ὁ ὄρνις ὁ τὴν ἕω καλῶν·
τοῖς δ' οὐδέπω κόρος.

AD CAP. XVI.

In *Arceſilae* verbis, iſtud Οἷόν τι, pro eo quod editum erat Οἷον δὴ, dedit uterque noſter codex. Tum pro ἡμῶν ἐστιν, quod habebant editi cum ms. *Ep.* placuit ἐστὶν
d ἡμῶν, quod dedit ms. *A*. De vocabulis, quibus paulo poſt utitur auctor, διαγωγὴ & διατριβὴ, quorum vim parum perceperat interpres, conſuli poteſt Lexicon noſtrum Polybianum.

Quod ait, Ἀπελλῆ τῷ γνωρίμῳ, de uſu vocabuli γνώριμος paulo ante dictum eſt ad pag. 419. d. Pro τὴν ἀπειρίαν, ſcribitur τὴν ἀπορίαν in ms. *Ep.* minus commode. Quod paulo poſt idem codex habet θολερώτερος, id probatius videri poterat quam quod praeeunte vetere cod. *A*. editum eſt, θολώτερος; a poſitivo θολὸς, idem valente ac θολερός. Sed rariorem iſtam vocabuli formam tuetur Heſychiana gloſſa: Θολόν· τεταραγμένον: ubi quidem de integritate ſcripturae dubium movit doctus Editor, cuius obſervationem ſcilicet praeterierat hic Athenaei locus.

» ἀνάστηθι οὖν σὺ, Ἀρίδικες· σὺ δὲ ἀπελθὼν τὰ ἕκτὰ d
» τρύπα. Iuſſerat *Arceſilaus* Apellem, pro ea quae inter
» ipſos fuit familiaritate, [nempe, *unum ſuis diſcipulis*,
quo utebatur familiariter] » ut vinum per colum traiiceret:
» ille, eius miniſterii imperitus conturbavit etiam magis.
» Vertit *Arceſilaus* huius imperitiam in occaſionem ioci, &
» *converſus ad Aridicum*, familiarem alterum, qui inter con-
» vivas accumbebat menſae: *tu vero*, ait, *ſurge Aridice:*
» ſupplendum eſt, *& vinum cola.* Deinde Apellem affatur,
» & ait, σὺ δὲ ἀπελθὼν τὰ ἕκτὰ τρύπα. Continetur his
» verbis ſine dubio urbani hominis iocus aliquis: ridicu-
» lum enim, ut videtur, miniſterium imperat. Sed locus
» eſt corruptus, etiam in Excerptis; quod ſatis miror: nam
» ille auctor quaecunque invenit in ſuis libris mendoſa,
» omnia fere praetermiſit. Exiſtimamus, fuiſſe aliquod
» proverbium illi ſimile, quod eſt apud Galenum, κέγ-
» χρον τρυπᾷν, de inani labore & vano conatu. Pro Ἀρί-
» δικες, ſcribo Ἀρίδικε cum Excerptis. « Casaubo-
nus. — Ἀρίδικε ſcribitur etiam in noſtro cod. *Epit.* ſed
Ἀρίδικες tuetur ms. *A.* Uterque autem codex non τὰ
ἕκτὰ habet, ut editi, ſed τὰ ἕκτὰ τρύπα: quod qui-
dem quid promoveat, exputare nullo pacto potui. Suſpi-
catus ſum, τὰ ἕκτὸς ſcriptum oportuiſſe, ſubintelligen-
do στάμνια vel σταμνάρια: quam in ſententiam Dalecam-
pius interpretatus erat, *extrinſecus dolia perfora*, adiecta
notâ: » τρύπα, *perfora*, *pertunde;* ut fit in doliis noſtris
» vinariis. « — Gallicus interpres, quaſi τὰ ἔκχυτα le-
giſſet, reddidit: *va-t-en mettre en perce ce que tu as repandu.*

AD CAP. XVII.

» Οἱ δὲ νῦν συναγαγόντες ἐπὶ τὰ δεῖπνα &c. De e
» ſui temporis philoſophis Athenaeus loquitur: &, quod
» addit, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς καλῆς Ἀλεξανδρείας, de
» iis debet intelligi, qui publico ſumtu alebantur in Mu-
» ſeo & Claudio Alexandriae: de quibus ad Suetonium
» nonnulla. « Casaubonus. — De his vide Noſtrum lib.
VI. pag. 240. b. & ibi not. Caeterum in auctoris verbis
nihil video, ex quo colligas, in philoſophos haec prae
caeteris dici: quin potius, quae paulo poſt ſubiiciuntur,
γελοῖον γάρ ἐστιν εὐφημίαν κηρύξαντα &c. minime ad hos
pertinere videntur qui publico ſumtu in Muſeo Alexan-

e drino alebantur; sed generatim ad quoslibet importunos homines, qui, cum amicos epulis excipiunt, multo magis offendunt convivas rusticis illis moribus, qui hic describuntur, quam adpositis cibis potuque oblectant. Ad verba quod spectat, incommodus hic videri debuit aoristus συναγαγόντες: pro quo recte συνάγοντες in praesenti tempore dedere ambo nostri mssti. Tum vero ἐπὶ τὰ δεῖπνα tenet quidem cum editis codex *A.* quod possis (verbum συνάγειν neutrali notione accipiendo) intelligere *coëuntes, convenientes ad coenas*: quem verbi usum ab ipso auctore nostro adnotatum vidimus lib. VIII. pag. 365. c. At, non tam de *convivis* hic agi, quam de *convivatoribus*, qui alios convivio excipiunt, tota orationis connexio indicare videtur: quare auctoritatem codicis *Epit.* sequendam putavi; qui ignorans ἐπὶ praepositionem, nude sic habet, οἱ δὲ νῦν συνάγοντες τὰ δεῖπνα, i. e. *qui nunc convivia instituunt, qui nunc convivas ad coenam vocant & epulis excipiunt.* Confer notata ad IV. 142. c. Denique alio loco, huic perquam simili, VIII. 363. f. & 364. a. ubi de eisdem rusticis multorum moribus, eisdem fere verbis, conqueritur auctor noster, sine ulla ambiguitate sic ait: οἱ δὲ νυν προσποιούμενοι θεοῖς θύειν, καὶ συγκαλοῦντες ἐπὶ τὴν θυσίαν τοὺς φίλους καὶ τοὺς οἰκειοτάτους.

f Quod deinde consentiente (quod sciam) msto *A.* editum erat, αὐτὸν εὐφημίαν κηρύξαντα: poteras τὸν pro αὐτὸν legendum coniectare: poteras etiam totam illam vocem cum ms. *Ep.* omittere: sed & percommode tenebitur pronomen, eo sensu quem in versione expressimus: *qui ipse alios iussisset* (cum sacra fierent, quae praecedebant epulas) *bona omnia precari, & male ominatis parcere verbis.*

Νῦν δ' ἔρχεσθ'. Sic recte ed. Ven. cum msstis. *Homericus* versus, ex Iliad. β'. 381. & τ'. 275. iam supra adpositus a Nostro simillima in disputatione, VIII. 364. a.

τῷ γὰρ τοιούτῳ ὁ οἶκος &c. Quum ista verba ita in Graeco exemplo posita & ab Interprete accepta fuissent, quasi ab eis initium caperet alterius poëtae testimonium, monuit CASAUBONUS: »Male digesta, male versa haec. Locus est *Sophoclis*, qui ita habet initio Oedipi Tyranni:

»Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
»ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

»Athenaeus οἶκος posuit, pro πόλις. Hoc enim voluit:

» *ei qui tantâ immodeſtiâ utatur in convivio, triclinium abun-*
» *dare gaudio ſimul & moerore.*« — Παιάνων Dalec. reddide- a
rat, *feſtivis acclamationibus:* Brunckius, apud Sophoclem, *flebili paeanum cantu:* nos, *ululatu.* Conf. Lexicon noſtrum Polybian. in Παιανίζειν. Poteramus *paeanibus bellicis* reddere: nam de eo paeanum genere cogitavit Athenaeus, cum illa Sophoclis verba huic loco adcommodavit.

Εὐτελὲς γὰρ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροινίαν. »Transpo-
» ſitione aliquot vocum ſenarium integrum feceris:
» Δεῖπνον γὰρ εὐτελὲς οὐ ποιεῖ παροινίαν.« Casaub.
Unice vera certiſſimaque videri poterat edita ſcriptura εὐτελὲς, quam habet ms. *Ep.* inter lineas. Sed videndum tamen, ne in eamdem ſententiam teneri vetus librorum ſcriptura ἀτελὲς debuerit. Apud Heſychium certe vocab. ἀτελῆ, ex Sophoclis Thyeſte prolatum, exponitur ἀδάπανα, οὐκ ἔχοντα τελέσματα, id eſt, *non ſumtuoſa.* Id ſi placet, ſic conceptus apud poëtam fortaſſe fuerit ſenarius:

Ἀτελὲς δὲ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροινίαν.

Verumtamen, comicum poëtam inſolentiori illo iſta notione vocabulo uſum eſſe, vix crediderim. Caeterum etiam proxime praecedentia verba eiusdem poëtae eſſe videntur, iſti verſui olim hoc modo praepoſita:

— Παραιτητέον,
ἐς ταῦτ' ἀποβλέποντά, ὅτι τὸ γαστρίζεσθαι.

Quae quidem ſcriptura, ἀποβλέποντά ὅτι, haud obſcure contineri videbatur in mendoſa illa, quae edita erat, ἀποβλέποντάς τι. Sed dubium movere poterat id quod eſt in ms. *A.* ἀποβλέποντάς ἐστι. In ms. *Ep.* omiſſa eſt tota iſta ῥῆσις.

Alexidis verſus, trochaico metro conceptos, paulo commodius, quam vulgo diſtributi erant, ubi ſecundus in verbis καθ' ἡμέραν terminabatur, ordinavit Grotius, in Excerpt. pag. 581. nihil quidem in ipſis verbis mutans, niſi quod *quarto verſu* γίνετ' per apoſtrophum ſcripſit, pro vulgato γίνεται. *Eodem verſu*, nullo fortaſſe incom- b
modo teneri poſſit vulgata ſcriptura, ἂν δ' εἴπῃς ἅπαξ, nempe κακῶς, quod modo praeceſſit. Sed, quoniam λέγειν κακῶς magis dicunt Graeci, quam εἰπεῖν κακῶς, praeſtare videtur emendatio a Valckenario propoſita, ad Phoen. p. 556. ἃ 'ν δ' εἴπῃς, *quaecumque dixeris, ea continuo viciſſim audies.* *Verſ.* 5. Voculam ἤδη, quae ad ſupe-

riora trahebatur in editis, ad ſequentia retuli praeeunte utroque noſtro codice. *Verſ.* 7. pro τιμᾶν τέως, quod in ed. Ven. & Baſ. itemque in ms. *A.* nullo ſenſu ponebatur, recte τί μάντεως tacite correxit Caſaubonus. Breviator eclogam in verbis εἶτα τύπτεσθαι terminavit.

AD CAP. XVIII.

καὶ ὡς ἀληθῶς, κατὰ τὸν χαριέστατον Ξενοφῶντα, πολέμου ἐργαστήριον. c »Locus XENOPHONTIS eſt in Ageſilao, [pag. 518. ed. Baſ.] ubi ſcribitur de Epheſo: ὥστε »τὴν πόλιν ὄντως ἡγήσω πολέμου ἐργαστήριον.« CASAUBONUS. — Eâdem dictione etiam alibi uſum eſſe Xenophontem adnotavimus olim ad Polyb. X. 20, 6.

In *MNESIMACHI verſ.* 1. pro μαχητέον, quod non admittebat metri ratio, recte μάχῃ dedit ms. *Ep.* quod & ad poëticum ſtylum erat aptius. GROTIUS, cuius Latinâ uſi ſumus verſione, in Excerpt. pag. 663. tenens μαχητέον, alia mutans, verſum conſtituit paulo minus commode fluentem, in hunc modum:

Ἀλλ' οἶσθ' ὅτι σοὶ πρὸς ἄνδρας ἐστὶ μαχητέον·

Extremo verſu, quum hiatu non ferendo editum eſſet καταπέλτας δὲ ἐστεφανώμεθα, particulam γε cum GROTIO inſeruimus. Nihilo magis commoda, quam edita ſcriptura, erat ea quam habet codex mſtus uterque, δ' ἐστεφανώμεθα. Percommode vero καταπέλτας dabant edd. ubi male καταπέλται ms. *A.* καταπέλταις vero ms. *Ep.* quod ſpeciem quidem habebat, ſed nobis viſum erat ex Breviatoris emendatione minus commodâ profectum.

d In *PHOENICIS Colophonii verſu primo*, pro Οἴνου κάδοι, Οἴνου κάδος malebam cum Dalec. qui *Vini cadus* in verſione poſuit: ſed pluralem tenet codex ms. uterque. Pro Οἴνου vero mireris in utroque codice legi nihili vocem Νίνου. Sed mirari deſines, ſi cogitaveris, in veteriſſimis membranis ex pravo librarii more primum ἴνου pro οἴνου ſcriptum fuiſſe, tum vero ex praecedente verbo φησὶν ultimam literam temere ad ſequens vocabulum tractam. In ms. *Ep.* vero nonniſi ἴνου atramento ſcriptum eſt, litera N autem minio picta. Haud dubie auctor Epitomae, minime ineptus homo, οἴνου ſcripſerat aut ſcripturus erat: ſed, qui deinde literas initiales rubro adpinxit, is ex vitioſo veteriſſimo codice literam N imperite praepoſuit. Pro

ἀλαλὴ (*verſ.* 3.) eſt ἀκαλὴ in ms. *Ep.* ſed ſuperne adpoſi- d
ta mendae nota.

In *ALEXIDIS verſ.* 2. recte *μέλει* edd. cum ms. *Ep.* Perperam *μέλλει* ms. *A.* in quo verbo frequenter apud quoslibet Graecos ſcriptores errarunt librarii. Dein *vs.* 3 *ſq.* quum ſic legeretur:

δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον
τοὺς ἐπερωτῶντάς τι, —

& metrum & ipſa orationis forma admonebat, intercidiſſe praepoſitionem initio poſterioris verſus. Quare perſpecte GROTIUS, in Excerptis p. 583. (ubi eclogam hanc, inde a verſu 3. exhibuit) *πρὸς τοὺς ἐρωτῶντάς τι* ex coniecturâ ſcripſit. Similiter *εἰς τοὺς ἐπερωτ.* correxit TYRWHITT, in Notis ad Ariſtotelis Poëticam, p. 196. Nobis *πρὸς τοὺς ἐπ.* dedere ambo noſtri mssti. Iidem codices *verſu praec.* recte *μόνον*, quemadmodum edidit Caſaub. ubi *μόνος* erat in ed. Ven. & Baſ. Verba *δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος* ſic intelligi par eſt, quaſi *ὡς Τήλεφος* dixiſſet poëta. De *Telephi ſilentio* conf. VI. 224. e. & ibi notata.

Verſ. 4 *ſqq.* — *ὥστε πολλάκις*
αὐτὸν ὁ κεκλικὼς τὰ Σαμοθρᾴκι' εὔχεται e
λῆξαι πνέοντα καὶ γαληνίσαι ποτέ.

Ad participium *κεκλικὼς* uſus ſermonis deſiderabat praeponendum articulum, quem recte nobis exhibuit uterque codex mstus. Ad illuſtrandam ſententiam haec adnotavit CASAUBONUS: »Quae ad hunc locum ſcripſere viri do»cti, [nempe Dalec.] nihil ad rhombum. Nam ſenſus »hic eſt: *adeo ut ſaepe, qui eum vocavit, oret, deſinant fla»re venti Samothracii, & ut tranquillior tandem fiat tempeſtas.* »*Hic enim adoleſcens Telephus*, [immo, *veluti Telephus, triſte ſilentium agens*] »*amicis a quibus invitatur, hiems eſt, &* »*procellae inſtar.* Sequentia namque ſic ſcribenda:

»*χειμὼν ὁ μειρακίσκος ἐστὶ τοῖς φίλοις.*

»Caetera, ut ſuperflua, in ſpongiam incumbant. [Nempe temere & invitis mssis ſic editus ille verſus legebatur, *Χειμὼν ὁ χειμὼν ὁ μειρακ.* &c.] »*τὰ Σαμοθράκια* intellige »*πνεύματα.* Sic vocabant Graeci *boream*, quem ex eius »tractus regionibus flare videbant. Etiam apud philoſo»phos *Θρᾳκίας* ventus non aliunde nomen habet. Sed vi»dentur veteres credidiſſe, ventorum flatus in poteſtate »eſſe Cabirorum ſive Potium Deorum, qui in Samothra»cia colebantur. Nam in tempeſtate deprehenſi, illis po-

e »tissimum vota faciebant, & servati reddebant, ut ait ve»tus scriptor apud Suidam. [in voce Σαμοθράκη.] Diodo»rus quoque Siculus libro quarto [cap. 43.] narrat, Or»pheum petiisse tranquillitatem maris turbari & agitari a »Diis *Samothracibus*. Ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου χειμῶνος, »καὶ τῶν ἀριστέων ἀποχινωσκόντων τὴν σωτηριαν, φασὶν »Ὀρφέα, τῆς τελετῆς μόνον τῶν συμπλεόντων μετεσχηκό»τα, ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθραξὶ τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας »εὐχάς. εὐθὺ δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος, &c. Mox, [ib. cap. 48.] »τοὺς Ἀργοναύτας περιπεσεῖν χειμῶνι παντελῶς »ἐπικινδύνῳ· τοῦ δ' Ὀρφέως εὐχὰς ποιησαμένου τοῖς Σα»μοθραξὶ, λῆξαι τοὺς ἀνέμους. Non parum ista *Alexidis* »hunc locum illustrant.« —

In *Diphili vers.* 2. vocab. ἀκροθώρακα commode Dalecampius *utcumque ebrium* interpretatus est. Et, Θωρῆξαι, Θωρήξασθαι, Θωρηχθῆναι, Graecos pro οἰνοποτῆσαι dixisse, satis notum. Nomini adiectivo vero ἀκροθώραξ ex compositione cum voce ἄκρος vel ἄκρον eam vim accedere, ut idem valeat ac ἡμιμέθυσος, *semi-ebrius*, docuit Coray ad Xenocrat. de Alim. ex Aquatilib. pag. 180. De quo genere compositionis iam supra diximus ad Athen. III. 119. f. Quo facit quod apud Hesychium notatur: Ἀκροχάλιξ· ἀκροθώραξ, ἡμιμέθυσος. Ad *tertium versum*, cum misere corruptus in hunc modum legeretur:

τόν δ' (vel τὸν δ') εἶδεν ἀστὸν † ἀστίωνος μεῖζον,

haec adnotaverat Casaubonus »Versus quidem stabit, »si ita scribas:

»Τόνδ' εἶδεν ἀστὸν ἀστίωνος μεῖζονα.

»De sententiâ vero nil pronuntio.« — In *Epit.* tota deest ecloga. Ex ms. *A.* vero nullus alius ab editâ scripturâ dissensus est enotatus, nisi δ' ἴδεν, pro δ' εἶδεν. Tam docte vero, quam ingeniose, *Adrianus* Heringa Observation. Criticar. cap. 31. pag. 279. correxit:

Τονδὶ δὲ ναστὸν, ἀστίδος ὄντα μείζονα.

Cui quod ad potiorem quidem emendationis partem, τονδὶ δὲ ναστὸν – – μείζονα, suffragatus est Valckenarius, in Diatrib. Euripid. p. 278. & in Annot. ad Theocriti Adoniaz. pag. 398. Quam partem & nos, ut certissimam, atque etiam satis perspicue in codice nostro indicatam, adoptare non dubitavimus. Sed mendosam utique scripturam ἀστίωνος loco movere non sumus ausi; quoniam sub ea aliud nescio quid, quam verba ἀστί-

δος ὄντα, latere ſuſpicati ſumus: licet ultro largiamur, minime incommodam eſſe ſententiam, quae illa emendatione continetur.

In *Euripidis* verſiculo qui ſequitur, ἴσθιν in primâ perſ. habet uterque codex mstus cum edd. Ac fortaſſe ſic ipſe etiam Athenaeus ſcripſit; licet ἴσθη in tertiâ perſonâ Euripides dixerit, ut adparet e paulo uberiore eclogâ apud Stobaeum, Serm. LXIII. quae eſt huiusmodi:

Κόρος δὲ πάντων. καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους·
δαιτὸς δὲ πληρωθεὶς τις, ἄσμενος πάλιν
φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἴσθη στόμα.

Id eſt, Grotio interprete, in Florilegio pag. 238.

Rerum ſatietas omnium eſt. Turpes toros
vidi ſequentem, pulchra cui coniux domi:
& plenus epulis aliquis, e vili cibo,
novitate commendante, cepit gaudia.

Ex eodem Stobaeo diſcimus, decerptos iſtos verſus eſſe ex *Antiopa* Tragici philoſophi.

Ad vulgatam ſcripturam in *Aeschyli* ex *Phineo* eclogâ,

ἐῤῥυσίας οἷον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ:

adnotaverat Casaubonus: » An ἔῤῥυσας? — Quod quid ſibi vellet minus ſe percipere profitetur Pauw, in Notis ad Aeſchyli Fragm. pag. 1107. ἔῤῥευσαν ſcribendum cenſens, id eſt, *effluxerunt*, *exciderunt*: quod ipſum & Dalecampius verbo *evanuere* expreſſerat. At cum neutro plurali δείπνα verbum in ſingulari numero, non in plurali, conſtructurus erat Atticus poëta. (Vide Porsoni obſervationem in Addendis ad Notas in Euripidis Hecubam, ed. 2. p. 79 ſq.) ἔρυσας fortaſſe voluerat Caſaubonus, ſec. perſ. aoriſti primi verbi ἐρύω, *extraho*, *retraho*, *ſubduco*. Quae coniectura eo fortaſſe displicuit doctis viris, quoniam penultima in illo verbo corripi fere ſolet. Et hactenus utique commodius videri debebat ἔρυξας, quod a Scaligero propoſitum adoptavit Grotius, in Excerptis p. 51. Quo referenda etiam videri poterat gloſſa Heſychiana: Ἔρυξας· κατέσχες, ἐκώλυσας: id eſt, *cohibuiſti*, *prohibuiſti*; a verbo ἐρύκω. Nec tamen in Latinâ verſione eam emendationem ſecutus eſt idem Grotius, ſed ita reddidit duos verſiculos:

Protervientum dentium falſae dapes

f *prima perierunt oris inter gaudia.*
Nec nobis omnino placuit verbum in ſecundâ perſonâ elatum. De *harpyis* queri Phineum ſuſpicatus eram, *cibum ex ipſo ore ſibi rapientibus.* Itaque in illo doctorum virorum diſſenſu, & in manifeſto vulgatae ſcripturae vitio, nobis quoque audere aliquid licitum eſſe putavimus, & ἔρυσαν ſcripſimus: id eſt, *ſubtrazerunt, rapuerunt,* & *devorarunt;* nempe *harpyiae.* Sic apud Homerum, Iliad. λ'. 453 ſq. *οἰωνοὶ ὠμησταὶ ἐρύουσι.* Ac licet penultimam ſyllabam, cum in praeſenti, tum in aoriſto, frequentius corripiat id verbum; tamen haud raro etiam producitur eadem ſyllaba, adeoque communis cenſenda eſt. Nam, quod apud Homerum aliàs ſimplici σ litera, aliàs geminatâ efferri idem verbum ſolet, quid aliud id indicat, niſi eamdem ſyllabam modo correptam, modo productam uſurpaſſe poëtam? Nec iam id urgebo, legi etiam apud Heſychium idem verbum, in infinitivo, *circumflexâ penultimâ:* Ἐρῦσαι· καθελκύσαι. Potuerat illa ſcriptura temere irrepere, pro ἐρύσαι: ſed tamen ſervata eſt in omnibus Heſychii editionibus. Ut ad Athenaeum redeamus: verſum iſtum *Aeſchyli* praetermiſit Breviator: ex ms. *A.* vero nullus a vitioſâ ſcripturâ ἐρρύσιας diſſenſus notatur; ſed ſub finem huius verſus ex eodem codice ſcriptura adfertur huiusmodi πρωτιο: quo tamen ſub monſtro vix aliud quid latere poteſt, quam id quod habent editiones omnes, πρώτῃ.

In *EURIPIDIS* ex *Stheneboea verſu* 1. pro πορφυροῦς, πτερίφορος legens GROTIUS, in Excerpt. pag. 400. *βίον περίφορον, vagam vitam* intellexerat: quod haud paulo commodius videtur quam quod MUSGRAVIO placuit, (in Euripidis Fragm. pag. 587.) qui Βίος δ' οὐ περίφορος Σαλασσίοις legebat, in hanc ſententiam, »*Maris incolis non* »*circumfertur victus;* locutione (ut ait ipſe) a ferculis du» ctâ quae in coenis lautioribus περιφέρεσθαι mos erat. « — Nobis in eamdem fere cum Grotio ſententiam tenenda vulgata ſcriptura viſa eſt; cum ipſum illud vocabulum πορφυροῦς apud Heſychium per ταραχώδης, id eſt, *turbulentus*, expoſitum videremus. Initio verſus, fortaſſe deeſt pronomen ἡμῶν vel ἡμῖν.

a *Verſ.* 3 *ſq.* »Τγρὰ δὲ μήτηρ οὐ πεδοστιβὴς τροφὸς Σάλασσα. Verte: *Noſtra eſt nutrix mater humida, non illa* »*quae calcatur pedibus; Mare, inquam.* Homerus duo prin-

» cipia agnoſcit creationis animalium, aquam & terram; a » ut cum ait: [Iliad. ν'. 99.]

» Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

» Homerum ſecutus eſt Xenophanes Colophonius; & duas » illas πρώτας ἀρχὰς eſſe, ac ſolas, pronunciavit. *Euripi-* » *des*, quem veteres ſcenicum philoſophum non ſine cauſ- » ſa dixerunt, eiusdem fuit ſententiae: quod non obſcure » ſignificant haec verba ſic expoſita, ut nos illa vertimus. » *Mater* Euripidi appellatur τὸ γεννητικὸν στοιχεῖον, ut lo- » quuntur φιλοσόφων παῖδες. Atque hanc matrem poëta » duplicem manifeſto ſtatuit: alteram πεδοστιβῆ, *terram* » nempe, *quae pedibus calcari* & perambulari *poteſt*; alte- » ram ὑγρὰν, *mare* videlicet: quod explicat ipſe ſubiiciens, » θάλαττα, τήνδ' ἀροῦμεν.« Casaubonus. — Musgra- vius, ſic vertens: *Quae autem alimenta praebet, mater hu- mida eſt, non quae pedibus calcatur:* » Sententiam turbare, » (ait) certe non iuvare, mihi videbatur (*vs.* 4.) vox θά- » λασσα. Unde legendum coniiciebam:

» Ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς, τροφὰς » τελοῦσα.« —

Grotius, praeter id quod *vs.* 1. diximus, nihil mutans, totam eclogam latine ſic reddidit:

» — *Non menſis nitet*
» *vaga vita pelagi: hoſpitia, littoreae caſae:*
» *at mater humens, pedibus haud praebens iter*
» *ſalacia. Hanc aramus, hinc altricia*
» *laqueo atque vinclis ſpolia pertrahimus domum.*«

AD CAP. XIX.

Verba iſta Μέγα γὰρ ἀνθρ. κακ. ἡ γαστήρ: ita ſcripta in edd. erant, quaſi pars eſſent praecedentis eclogae Eu- ripideae. Quae » ſeiungenda eſſe a ſuperioribus, quippe » non poëtae verba, ſed Athenaei« monuit Casaub. in Animadv.

Alexidis ex *Commorientibus* duo priores verſus ſic edi- ti legebantur:

Μάθοις τ' ἂν οἷον κακὸν ἀνθρώποις
ἔσθ' ἡ γαστὴρ, διδάσκει οἵ', ἀναγκάζει θ' ὅσα.

Neque aliter in mſstis, niſi quod hi (*verſu* 2.) διδάσκει δ' οἷα dabant. Perſpecte vero Grotius in Excerpt. pag. 587. non modo eamdem δ' particulam ex ingenio adiecit,

ſed & initio eiusdem verſus ἐστὶν ἡ γαστὴρ ſcripſit, quo ſua ratio conſtaret trochaico metro: idemque *primo verſu* transponenda verba κακὸν ἀνθρώποις docuit. *Verſ.* 3. Cum εἴ τις ἀφέλοι ταῦτ' eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribe τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν.« Et ταῦτ' quidem tenet vetus
b cod. *A.* Recte vero τοῦτ' habet ms. *Epit.* *Verſu* 5. Apud Euſtathium, (ad Odyſſ. σ'. pag. 656. l. 1.) in eadem *Alexidis* χρήσει ſcribitur ἅπαντα γίνονται τὰ δυσχερῆ: quod librariorum errore commiſſum eſſe recte monuit PORSON ad Euripid. Hec. ed. 2. p. 80. Non modo enim ſcripturâ illâ pervertitur metrum, ſed & veram ſcripturam γίνεται tenet Epitoma, e qua ſua hauſit Euſtathius.

DIPHILI, ex *Paraſito*, *verſus primus* in ed. Caſ. ſic ſcribitur:

Εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἰπὲ πόλλ' Εὐριπίδης.

In ed. Ven. & Bal. vero, Εὖ γ' ὦ κατάχρυσος εἰπὲ &c. Recte vero Εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε ms. *Ep.* quemadmodum GROTIUS edidit in Excerpt. pag. 793. nec aliter ſcriptum puto in noſtro cod. *A.* Pro πόλλ' vero, eodem in verſu, ſuo arbitratu τοῦτ' ſcripſit idem GROTIUS; & ab eo, ut alia, ſic & hoc, adoptavit BRUNCK in Gnomicis, pag. 188.

Verſ. 2. Νικᾷ δὲ χρεία μ' &c. »Locus Euripidis, quem »ſuis verſibus inſerit Diphilus, extat apud Clementem »Alexandrinum ita fere ſcriptus, certe ita ſcribendus:

»Νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς δ' ὀλουμένη

»γαστὴρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά.« CASAUBONUS. — Vide Clementem, Stromatum lib. VI. p. 743. ed. Pott. Inde GROTIUS ſecundum *Diphili verſum* ſic conſtituit:

»Νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς τ' ὀλουμένη

»γαστήρ.« —

At vulgatam apud Athenaeum ſcripturam, ἡ ταλαίπωρός τε μου, tenent ambo noſtri codices.

Verſu 3. Recte οὐδεν ἐστι γὰρ habent edd. ubi neglecto metro codices mssti γὰρ οὐδέν ἐστι dabant. *Quartus verſus* in editis ſic conceptus legebatur:

τῆς γαστρός· εἰς ἣν πρῶτον πάντ' ἂν ἐμβάλοις.

Ubi, cum iuſto brevius in ms. *A.* ſic legatur, εἰς ἣν πρῶτον ἐμβαλεῖς, in ms. *Ep.* vero εἰς ἣν πάντ' ἂν ἐμβαλεῖς, commode utramque dictionem, πρῶτον & πάντ' ἂν iunxerunt editores; commode item ἐμβάλοις

pro ἐμβαλεῖς posuerunt, quamquam teneri hoc fortasse potuerat: sed senarii legem violabat spondeus pes in quarta regione. Quod incommodum GROTIUS sustulit, transpositis vocibus πρῶτον ἂν πάντ' ἐμβάλοις scribens; quem secuti sumus cum Brunckio. Ad eadem verba & ad sequentia haec adnotavit CASAUBONUS: »εἰς ἦν πρῶ»τον πάντ' ἂν ἐμβάλοις. Haec prima ventris incommo»ditas: qui non unius certae rei sit capax, sed omnium: »quod secus est in omni prope vasorum genere, quibus »aliquid continetur. Ad proxima verba, (*vs.* 5.) ἀλλ' »οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον, repetenda ex superiore versu prae»positio εἰς: quod si cuius teretes offendit aures, (est »enim duriusculum) legendum, ἀλλ' οὐκ ἐς ἕτερον ἄγγος.« — At, nil mutatu opus esse, recte GROTIUS iudicavit.

Vers. 9. Imperativum εἰσφόρει cum editis tenet mstus c codex uterque: & nos non ausi sumus mutare. Si quis tamen praetulerit εἰσφορεῖς, quod cum GROTIO Brunckius posuit, minime nos habebit repugnantes.

Vers. 10. »Cum addit poëta, in ventrem coniici recte »posse

»τὰ πάνθ' ἑαυτοῖς μηδὲν ὁμολογούμενα:

»res diversi generis intelligit, & quae nulla societate iun»guntur. Eleganter περιφράζει ingeniosus poëta τὰ μὴ »ὁμογενῆ, ut loquuntur philosophi. Talia sunt, exempli »gratia, carnes, pisces, legumina & fructus. Male refe»runt ad noxia & salubria.« CASAUBONUS. — Recte editi omnes, τὰ πάνθ' ἑαυτοῖς. Refragante metro πάντα ἑαυτοῖς habet mstus uterque, *omisso articulo.*

Vers. 11 *sq.* »Subiungit Diphilus, Καὶ οὐ προστίθημι τ' »ἄλλα. Quasi dicat, *taceo quod ait ibidem Euripides, Ventrem omnium malorum esse caussam.* More autem usus ora»torum, quod fingit se praetermissurum, disertim dixit. »Sequitur enim:

»— διότι πανταχοῦ
»διὰ τὴν τάλαιναν πάντα ταῦτα γίνεται.

»Legendum, πάντα τὰ κακὰ γίγνεται. Nam Euripides [apud Clementem Alex. loco supra citato] »dixit, ἀφ' ἧς »δὴ πάντα γίγνεται κακά.« CASAUBONUS. — Vulgatam apud Athenaeum scripturam, πάντα ταῦτα γίνεται, tenens GROTIUS, monuit in Notis: »πάντα ταῦτα intelligi »debere ea, de quibus paulo ante locutus erat poëta ver»sibus qui perierunt. Nec opus est (inquit) hic quicquam

» mutare. « — At poſtquam VALCKENARIUS in Adnotat. in Euripidis Hippol. p. 257. profeſſus erat, ſibi videri Diphili paraſitum πάντα τλητὰ γίνεται dixiſſe, tamquam unice verum hoc adoptavit BRUNCK. Et nobis quidem non magis, quam his duumviris, aut quam Caſaubono, iſtud πάντα ταῦτα placuit; in quo quidem cum editis conſentit vetus codex *A*. Sed ſimpliciorem certioremque emendationem codex Epitomae obtulit, ταύτην ſcribens, compendioſo quidem calami ductu, ſed minime illo ambiguo. Qua adhibitâ ſcripturâ nihil amplius deſiderabit (puto) eruditus lector. *Omnia*, inquit, *ubique fiunt propter hunc miſerum*; nempe *ventrem*: διὰ τὴν γαστέρα ταύτην, nempe τὴν γαστέρα.

Κράτης - - - ἐπερράπισε Δημήτριον τὸν Φαληρέα, σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμμαντα οἶνου. » Abſurdum eſt, hoc quidem loco, ἐπιῤῥαπίζειν de *inflicto colapho* interpretari. [quod Dalec. fecerat.] Nam etſi impudens *Crates* fuit, ut Canis; nunquam tamen virum tanta auctoritate *percutere* eſſet auſus. Et Diogenes Laërtius [VI. 90.] in eadem re uſus verbo ὀνειδίζειν. Verte igitur, *Demetrium Phalereum obiurgavit, quod ſimul cum pane vini lagenam miſiſſet.* Sequitur *Cratetis* apophthegma tunc temporis pronuntiatum: εἰθε γὰρ, ἔφη, τὰς κρήνας καὶ ἄρτους ἦν φέρειν. *Utinam*, inquit, *fieri poſſet ut fontes etiam panes producerent.* Supple quod deeſt perficiendae ſententiae: *nam ſi id ſit, ego nemini de pane ſupplicem; quemadmodum a nemine quod bibam peto.* Planius aliquanto Diogenes, Εἴθε γὰρ αἱ κρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον. » At interpres quam errat! « CASAUBONUS. — In cod. *Ep.* καὶ ἄρτον ſcribitur: ſed καὶ ἄρτους cum editis & Laërtio tenet cod. *A*. De uſu verbi ἐπιῤῥαπίζειν iam ſupra dictum, ad IV. 168. f.

Στίλπων δ' οὐ κατεπλάγη τὴν ἐγκράτειαν. Suſpecta, mira certe, loquendi forma: in qua tamen nil mutant libri. Si vera ſcriptura, haud incommode interpretatus fuerit DALECAMPIUS: *Stilpo, ſuâ confiſus temperantiâ, non ideo perterritus eſt, quod, cum allium comediſſet* &c. Pro ἐν τῷ τῆς Μητρὸς τῶν Θεῶν, Breviatori ponere placuit ἐν τῷ τῆς Ῥέας: & mox dein, τῆς δαίμονος, pro τῆς Θεοῦ. Ad verba, καὶ τὸν δοκεῖν, ſi modo ſatis ſana, ſubintelligendum φασί. Commodius quidem Epitoma: Στίλπων καταφαγὼν σκόροδα, καὶ κατακοιμηθεὶς ἐν τῷ τῆς Ῥέας ἱερῷ·

(ἀπείρητο δὲ - - - εἰσιέναι) ἐπιστάσης αὐτῷ τῆς δαίμονος - - - τὰ νόμιμα, ἔδοξεν ἀποκρίνασθαι &c. Ubi illud ἔδοξεν intelligi poteſt, *sibi visus est reſpondere per ſomnum:* ſed nec male reddideris, *reſpondiſſe dicitur.* Dein in fine narrationis, poſt verba σκορόδοις οὐ χρήσομαι, loco eorum quae in opere pleniore initio poſita vidimus, Στίλπων δ' οὐ κατεπλάγη τὴν ἐγκράτειαν, haec ſubiecit Epitomator: οὐ καταπληκτέον οὖν αὐτοῦ τὴν ἐγκράτειαν. Quod ſuo ille ex ingenio ita ſcripſit: ſed voluiſſe videtur, οὐκ ἐπιπληκτέον οὖν αὐτοῦ τῇ ἐγκρατείᾳ.

AD CAP. XX.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη· Ἐπεὶ δεδείπναμεν - - e (εἶπεν δὲ οὕτως Ἄλεξις &c. » Longo hyperbato ob» ſcurat dipnorhetor ſeriem orationis, cum ſcribit: Ἐπὶ » τούτοις ὁ Οὐλπ. ἔφη, ἐπεὶ δεδείπναμεν εἶπεν Ἄλεξις » ἐν Κουρίδι. Oratio manet ſuſpenſa usque ad illa paginae » ſequentis initio: Τοῖς οὖν θεοῖς κατὰ τὸν Πλάτωνα, ὡς ἐν » Φιλήβῳ φησὶν, εὐχόμενοι κεραννύωμεν. Ulpiani oratio de» buerat in hunc modum continuari: Ἐπεὶ δεδείπναμεν, » τοῖς θεοῖς, κατὰ τὸν Πλάτωνα, κεραννύωμεν. Sed de in» duſtria uſus eſt voce δεδείπναμεν, ut de ea & af» finibus aliis obiter dicendi naſceretur occaſio.« Casaubonus. — Nos perſpicuitatis cauſſâ, totam iſtam grammaticam disputationem, quae reliquae orationi interſerta eſt, *parentheſeos ſignis* incluſimus. Tum pro eo quod nude ſic legebatur, εἶπεν Ἄλεξις, paulo plenius commodiusque εἶπεν δὲ οὕτως Ἄλεξις ſcripſimus praeeunte noſtro cod. *A*.

Eubuli teſtimonium poſterius ſic editum legebatur, καὶ πάλιν, ὃν χρὴ δεδειπνάναι ἡμᾶς παρέσται πάλαι: temere huc tractis duobus verbis ἡμᾶς παρέσται, quae in ſequente *Antiphanis* teſtimonio poſt verbum δεδειπνάναι ponuntur. Iſta igitur in Eubuli teſtimonio delevimus, auctoritate codicis *A*. Epitomator breviter haec omnia expedivit, ita ſcribens: Ὅτι εὕρηται παρὰ Ἀλέξιδι τὸ δεδείπναμεν, καὶ τὸ δεδειπνάναι. καὶ παρ' ἄλλοις δὲ συχνοῖς. Καὶ τὸ ἀρίσταμεν καὶ ἀριστάναι. Ἀριστοφάνης· ὑποπεπτώκαμεν, ὦ ἄνδρες, &c.

Quae ſubiiciuntur *Antiphanis* verba, ea, quod ad metricam rationem ſpectat, ſic disponenda monuit Kor-

PIERS, in Obſerv. Philologicis:

— ἀλλὰ, πρὶν δεδειπνάναι
ἡμᾶς, παρέσται. —

f In illo ex *ARISTOPHANIS Danaidibus* verſiculo,

Ἤδη παροινεῖς εἰς ἐμὲ, πρὶν δεδειπνάναι:

praepoſitionem εἰς, a librariis omiſſam, perſpecte adiecit BRUNCK, in Ariſtophanis Fragm. pag. 241. num. 6.

In *EPICRATIS* teſtimonio, Δεδειπνάναι γὰρ ἄνδρες &c. primum verbum tacite correxit Caſaubonus. Nam in ed. Ven. & Baſ. itemque in ms. *A.* ἐνδειπνάναι ſcribitur, non δεδειπνάναι.

Quod ſequitur: Καὶ ἡρίσταμεν δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης, ἐν Ταγηνισταῖς·

Ὑποπεπώκαμεν, ὦ ἄνδρες, καὶ καλῶς ἡρίσταμεν.

verſus, in ed. Caſ. 2. & 3. omiſſus, etiam a Brunckio praeteritus eſt in Comici Fragm. p. 267. num. 7. quum ſuperiores Athenaei editiones non fuiſſent ab illo in conſilium vocatae. Habent autem verſum & editiones omnes ſuperiores, Ven. Baſ. & Caſ. 1. & uterque codex mstus: ſed vitioſe omnes, ὑποπεπτώκαμεν, pro ὑποπεπώκαμεν: quem errorem iam & alibi in his libris notavimus. Omnino vero ὑποπεπώκαμέν γ' aut δ' deſiderat trochaicum metrum.

a *HERMIPPI* teſtimonium, nullo prorſus ſenſu, ſic conceptum legebatur in editis:

Ἀριστάναι καὶ παριστάναι τουτί.

nec aliter in ms. *A.* Haud dubie praeſtabat παρεστάναι τουτωΐ, quod dedit ms. *Ep.* quamquam vel ſic imperfecta manet ſententia: quod eo minus mirandum, quoniam ſolum verbum, non rem, hic ſpectabat Deipnoſophiſta.

Quod ex *THEOPOMPI Callaeſchro* adfertur, δεῖ γὰρ συνάπτειν τὸν λόγον, id quam in partem ſit accipiendum haud ſatis adparet. Dalecampius vertit: *Pranſi ſumus, continuandus iam nobis ſermo.* Gallicus interpres: *Nous avons dîné, il faut donc lier la converſation.* Quem lubens ſecuturus eram, ſi legeretur, οὖν, non γὰρ; tum ſi τοὺς λόγους, non τὸν λόγον: nam συνάπτειν λόγους (in plur.) commode intelligi poſſit *conſerere ſermones.* Nunc ita accepi, quemadmodum lib. XI. pag. 471. c. iſtud Antiphanis, συνάψαι γὰρ βούλομαι τὰ 'ν μέσῳ, interpretatus eſt KOPPIERS, *quae interim evenere contraham in pauca.*

Καταριστᾶν δὲ εἰρηκεν ἐν τῷ Πολιτικῷ Ἀντιφῶν &c. a » Καταριστᾶν est, *absumere prandendo*, sive *in prandia*. Usus » hoc verbo ANTIPHON, Orator sive Rhetor; non, ut » putaverunt interpretes, Poëta. Scribe eius verba, ὅταν » τις πράγματα τὰ ἑαυτοῦ ἢ τὰ τῶν φίλων καταρίστη- » κεν. « CASAUBONUS. — Nempe pro ὅτ' ἄν τι, quod habebant edd. & ms. *A*. (nam in *Ep.* haec desunt) ὅταν τις corrigebat Animadversor; cui merito suffragatus est PIERSON ad Moerin, p. 222. De ANTIPHONTE oratore, & eius oratione cui titulus Πολιτικὸς, consuli potest FABRICIUS, in Bibl. Gr. T. I. pag. 884 sq. ruršusque p. 888 sq. & (quem ibi laudavit *Harlesius*) TAYLOR in Lectionib. Lysiac. cap. 7. pag. 269 sqq. ed. Reisk.

Παραδεδειπνημένος δ' εἰρηκεν Ἄμφις, ἐν Πλάνῳ· παραδεδειπνημένοι παῖδες πάλαι. — » Adiecimus e » membranis, quae sequuntur de verbo παραδεδειπνῆσθαι: » quod ad Theophrastum exposuimus dudum. Varro di- » xit in primo DE Re Rustica, *comesâ coenâ venire*. « CASAUBONUS. — Nempe in ed. Ven. & Bas. & mutilus & pravâ distinctione magis etiam corruptus locus erat in hunc modum, Κατηρίστηκεν παραδεδειπνημένος παῖδες πάλαι, sex vocibus in medio temere omissis. Verba a Casaubono adiecta agnovit eadem noster vetus codex *A*. Sed quod παραδεδειπναμένοι παῖδες ille edidit, id (licet nulla e nostro cod. discrepantia adnotata sit) haud dubie vitiosum fuit, & in παραδεδειπνημένοι mutandum: quemadmodum ipse etiam Casaubonus in Notis ad Theophrasti caput περὶ Λογοποιίας (in fine cap.) ediderat, ubi simul huius loci fecit mentionem. Apud poëtam ipsum in istam vocem desierat senarius; & proximus dein ab illis inceperat, παῖδες πάλαι. Epitomator horum nihil habet, nisi unum ipsum verbum: Εὕρηται δὲ καὶ τὸ καταριστᾶν καὶ τὸ παραδειπνεῖν. At aliud est παραδειπνεῖν, activâ verbi formâ; quod, si modo usquam apud veterem scriptorem occurrit, non (quemadmodum nullo certo auctore in Graecis Lexicis traditur) *immodice coenare*, aut *misere coenare*, videtur significare; sed *iuxta* vel *apud aliquem coenare*: aliud est παραδειπνηθῆναι, in passivo; quod, ut apud Theophrastum l. c. recte Casaubonus observavit, *coenam perdere*, *coenâ frustrari*, denotat. In praedictis ad Theophrastum Notis, verba Athenaei una voce auctiora protulerat Casaubonus, εἰρηκεν Ἄμφις ἐν Πλά-

νῳ οὕτως. Sed poſtremam hanc vocem dein in Athenaei editione non adiecit: nec e vetere noſtro codice in lectionis varietate adnotatam eam video.

AD CAP. XXI.

Τοῖς οὖν θεοῖς. Vide ad initium praecedentis capitis notata. κατὰ τὸν Πλάτωνα, ὡς ἐν Φιλήβῳ φησίν. Commode hic poſita videri poteſt ὡς particula: quam & vetus codex (quod quidem noverim) cum editis agnoſcit. Alibi tamen auctor noſter in huiusmodi citandi formulis non ὡς, ſed ὅς utitur: veluti mox hac ipſa pag. lit. c. & VI. 270. f. *PLATONIS* verba, ut hîc adponuntur, ſic leguntur apud ipſum philoſophum in *Philebo*, haud ita longe a fine dialogi, p. 310. Tom. IV. Opp. ed. Bip. ubi quidem
b ante verba μέλιτος μὲν ἂν deeſt vulgo καὶ particula, quam recte hic adiectam habemus.

τῶν παίδων τις ἐκ τοῦ κυλικείου τῶν ποτηρίων παραφερέτω. Recte Dalec. *ex hoc vaſorum conditorio*: ſive *ex hoc poculorum abaco* malueris, aut *calicum repoſitorio*. Id autem Graece non ἐκ τοῦ κυλικίου ſonat, ut vulgo hîc legebatur, ſed κυλικείου: de quo vocab. dictum eſt ad V. 199. c. & 201. d. Ad τῶν ποτηρίων ſubintelligere poſſis ſive τινὰ, ſive τὶ in ſingulari: & conſulto ſic indefinite locutus videtur. In ſing. accepit interpres, *poculum nobis afferat*: & continuo deinde ait ipſe auctor, δοθείτος οὖν ποτηρίου μεγάλου.

c μὴ κατὰ τὸν κωμῳδιοποιὸν Ἀντιφάνην. *Non ut apud comicum Antiphanem*: nempe, non tot calices ut apud illum. Conſtanter κωμῳδιοπ. inſertâ iota vocali recte tenet vetus noſter codex. In eodem, Ἀντιφάνην hic ſcribitur: quod cum in ed. Ven. in Ἀντιφάνον eſſet detortum, Ἀντιφάνη correxit editor Baſil. nec id male. In *ANTIPHANIS*, ex *Gemellis*, *verſu* 1. Τὸ articulum, ante ποτήριον, cum deeſſet editis, recte adiectum dedit ms. *A*. Totam eclogam praetermiſit Breviator. In *verſ.* 2. qui ſic vulgo legebatur,

Ἐπεχεάμην ἄκρατον, οὐχὶ παιδίον:

nil mutat (quod ſciam) vetus codex; niſi quod comma ignorat, quod poſt ἄκρατον habent edd. Verterat Dalec. *Affudi ego merum, non puer.* CASAUBONUS vero: »Ver»ſum hunc, ait, ita ſcribam, ne ſit inepta ſententia:

»Ἐπεχεάμην ἄκρατον. οὐχὶ παιδίον;

»*nonne ita eſt, o puer?*« — Utriusque viri docti obſervatio- c
nem praeterierat vitium, quod ſcripturam huius verſus corruperat, leve quidem illud, quod ad calami ductum, ſed ad ſententiam grave admodum: de quo perſpecte KOPPIERS monuit in Obſervatis Philolog. pag. 37. οὐχὶ παιδίου ſcriptum oportuiſſe docens. Nempe οὐχὶ παιδίου κύαθον, ἀλλὰ θεῶν τε καὶ θεαινῶν κυάθους μυρίους. Significat autem ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον παιδίου, *in honorem pueri dilecti merum vinum libare.* De qua dictione confer notata ad VI. 254. a. & 261. b.

Verſ. 4. Cum ſic vulgo legeretur,

Εἶτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς σεμνῆς θεᾶς:

quo verſui ſuus conſtaret modulus, cum eodem KOPPIERS Ἔπειτ' pro Εἶτ' ſcripſimus. τὴν σεμνὴν θεὰν quum *Cererem* ſive *bonam Deam* intellexiſſet Dalecampius; monuit CASAUBONUS: »Cum ait, ſe libaſſe κυάθους θεῶν τε – – – »τῆς σεμνῆς θεᾶς, hoc ſignificat: *poſt libationes ſexcentis »Diis Deabusque factas, poſtremo loco Minervae ſacrum cya»thum effudiſſe.* Quis dubitet, σεμνὴν θεὰν, *Deam venera»dam*, Athenis eſſe *Palladem?* At σεμναὶ θεαὶ ſunt Eume»nides, Furiae; quibus nihil commune cum vini libatio»nibus: erant enim ſacra illarum νηφάλια & abſtemia. In»terpretibus aliter viſum: qui etiam *verſum ultimum*,

»καὶ τοῦ γλυκυτάτου βασιλέως δἰμοιρίαν,

»corrumpunt, dum emendant neſcio quo modo. [δισμυρίους, pro δἰμοιρίαν legerat Dalec.] »Non viderunt, per»ſtringi a Comico foedam quorundam adulationem: qui »ſingulos cyathos ſingulis Diis libantes in conviviis, *in »honorem regis duos cyathos effunderent.* Ita ſoliti Athenien»ſes regibus adulari, ut dicebamus libro ſexto, cap. XVI. [ad lib. VI. pag. 254. a.] »δἰμοιρία eſt *dupla portio.*«

Cum verba iſta, Ἐμοὶ οὖν, ὦ παῖ, ζωρότερον κέραιρε, verſibus Antiphanis imperite accenſuiſſet interpres, monuit idem CASAUBONUS, eſſe Ulpiani verba, ducta ex Homericis illis, Iliad. ι'. 203. ζωρότερον δὲ κέραιρε.

AD CAP. XXII.

Πρότερον δέ μοι λέξεται περὶ τοῦ ζωροτέρου. »Quam va- d
»rie expoſitus ſit a veteribus ille Homericus locus, ζω»ρότερον δὲ κέραιρε, ſciunt eruditi etiam ex Plutarcho, [Sympoſ. IV. 5.] »& ex poëtae interpretibus. Apud Hip-

d »pocratem, libro περὶ Ἐγκατατομῆς ἐμβρύου, legas κεράσαι εὐζωρότερον, pro eodem. At in libro De Natura Mu»liebri dixit idem ζωρότερον πίνειν, pro πίνειν οἶνον ζωρότερον κεκραμένον. Et tamen *Ephippus* poëta videtur qua»si *propriam Homero* facere *hanc vocem* isto qui sequitur »versu,

»δῶκεν κεράσας ζωρότερον Ὁμηρικῶς.« Casaubonus. In illo versu, quum ἔδωκεν (adiecto, ut par erat, augmento) codex *A.* dederit, ἔδωκε scripsimus, abiecta a fine ν, quae metro adversabatur. In *Epit.* deest hic versus, cum superioribus Antiphanis. Pro eo vero quod hic editum erat, Ἔφιππος Ἐφήβῳ, Ἐφήβοις scribitur in cod. *A.* unde didicimus Ἐφήβοις in plurali oportuisse, quemadmodum idem codex cum editis habet lib. XI. pag. 482. b. & XIV. 642. e.

Ἀντιφάνης, Μειλανίωνι. »*Antiphanis* Μειλανίων dis»plicuit interpretibus: qui fecerunt ut esset Μελανίων, *Ni»grisculus*. Mirum commentum: nam id verbum pro Grae»co non agnoscunt Graeci. At *Milanion* & *Atalanta* ex fa»bulari historia cui non sunt noti? Iulius Pollux libro se»primo, in ipso fine, Μύλωνα fabulam Antiphanis nomi»nat: an aliam ab ista? an hanc ipsam? sed locus corri»gendus.« Casaubonus. — De *Milanione* vide Apollodori Biblioth. III. 9, 2. & Nic. Heinsium ad Ovid. III. Amor. Eleg. 2, 29. & Art. Amand. II. 188. item Interpp. Propert. I. Eleg. 1. 9. In *priori versu*, qui ex illa fabula hic citatur, pro μετὰ νιπτρίδα, unâ voce μεταννιπτρίδα legendum esse obiter monuerat Valckenar. in Diatr. Eurip. pag. 278. Vide infra, lib. XI. pag. 486 extr. & seq. & XV. 693. a.

ἐν δὲ Λάμπωνι. Eadem *Antiphanis* fabula citatur VII. 307. d. Sed Ἀντιφάνης Λαμπάδι, XI. 486. f. & 487. b. quam non diversam fabulam ab ista haud immerito iudicavit Fabricius, Bibl. Graec. T. I. pag. 743. Sed vera inscriptio Λάμπων fuisse videtur, non Λαμπάς. Fuerat *Lampon* sacrificulus & vates, de quo Aristophanes in Avibus, vs. 521.

Λάμπων δ' ἔτι καὶ νῦν ὀμνύσιν τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι:

ubi vide Schol. & Suidam h. v. Eumdem a Comicis, ut voracem hominem, traductum fuisse tradit Athenaeus, VIII. 344. e. ubi quidem mireris, in Comicorum numero, qui

ibi citantur, non nominari *Antiphanem*. In verſu hîc citato, quod ait poëta, Ὁ δεῖν' Ἰάπυξ, monuit CASAUBONUS: » Ἰάπυξ, ſervile nomen eſt, a patriâ: ut *Myſus*, *Davus*, *Geta*. «

Τινὲς δὲ καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ ζωρότερον – – οὐκ ἄκρατον σημαίνειν φασὶν, ἀλλὰ θερμόν. Qui Homericum ζωρότερον interpretati ſunt θερμὸν, ii θερμὸν non in propriâ vocabuli notione *calidum* intellexerant: ſed *calidum* (ſive potius adverbialiter *calide*) intellexerant *celeriter*, *ocyus*; θᾶττον, ut eſt apud Ariſtot. Poët. c. 26. ſect. 13. ed. Buhl. & apud Plutarch. Sympoſ. V. 4. aut σπουδαιότερον, ut apud Euſtath. ad Iliad. ι'. pag. 644. l. 32. Quod addit auctor, ἀπὸ τοῦ ζωτικοῦ καὶ τῆς ζέσεως derivari τὸ ζωρότερον: eadem verba apud Plutarchum habes l. c. Qua derivatione qui uſi ſunt, ii ζωρότερον dictum exiſtimarunt quaſi ζωηρότερον, ut Euſtathius l. c. obſervavit. Sed mirum videri poſſit quid ſit quod rationem Deipnoſophiſta addit huiusmodi: ἑταίρων γὰρ παρόντων, νέον ἐξ ὑπαρχῆς κεράννυσθαι κρατῆρα ἄτοπον. Iſtud quidem, ἑταίρων γὰρ παρόντων, perſpicuum eſt referri ad id quod apud Homerum ait Achilles, οἱ γὰρ φίλτατοι ἀνδρες ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ: ſequentibus vero verbis, ſi vera ſcriptura eſt ἄτοπον, ratio debet contineri cur Grammatici nonnulli noluerint τὸ ζωρότερον intelligi ἄκρατον: dicentes ſcilicet, abſurdum eſſe, ut ſtatuatur Achilles, cum convenirent eum viri amici, de novo ipſis miſceri iuſſiſſe vinum, adeoque aliud vini genus & validius adponi, quam ipſe ſolitus eſſet bibere. Sed negari non poteſt, obſcurius ab Athenaeo, ſi ita ſcripſit, ut habent libri noſtri, enunciari iſtam ſententiam; quam paulo clarius Scholiaſtes Homeri Venetus his verbis expreſſit, ἀπρεπὲς δὲ τὸ, ὡς ἐπὶ κῶμον ἥκουσιν, ἀκρατότερον δίδόναι παρακελεύεσθαι. Quod ipſum uno etiam verbo ſatis perſpicue Ariſtoteles l. c. declaravit: οὐ τὸ ἄκρατον, dicens, ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον. Sed iisdem caeteroquin cum Athenaeo verbis utens Plutarchus, non ἄτοπον, ſed οὐκ ἄτοπον legiſſe aut legendum putaſſe videtur apud vetuſtiorem auctorem e quo haec deſumta ſunt; ſic enim loquentem facit unum e ſuis convivis: μὴ ἀκρατον, ἀλλὰ θερμὸν εἰρῆσθαι, ἀπὸ τοῦ ζωτικοῦ καὶ τῆς ζέσεως· ὃ δὴ καὶ λόγον ἔχειν, ἀνδρῶν ἑταίρων παρόντων, νέον ἐξ ὑπάρχῆς κεράννυσθαι κρατῆρα· καὶ γὰρ ἡμᾶς, ὅταν τοῖς θεοῖς ἀποσπένδειν μέλλωμεν, νεόκρατα ποιεῖν.

e Ἄλλοι δὲ τὸ εὔκρατον· ὥσπερ τὸ δεξίτερον, ἀντὶ τοῦ δεξιοῦ. » Sine ratione discedunt ab edita lectione in iſtis, » ἄλλοι δὲ τὸ εὔκρατον: & ſcribunt ἀκρατὲς, refragantibus » membranis, Epitomâ & Euſtathio. ὥσπερ τὸ δεξίτερον » ἀντὶ τοῦ δεξιοῦ, ita accipe: ſicut vox δεξίτερος per pa- » ragogen quamdam producta eſt pro δεξιός, non autem » συγκριτικὸν eſt id nomen; ſic ζωρότερον pro ζωρὸς uſur- » patum. « CASAUBONUS. — Quemadmodum τὸ εὔκρατον hic habet vetus noſter cod. *A*. ſic & ille, quo uſus eſt olim Breviatuor, eamdem tenere ſcripturam potuit: e quo tamen non efficitur, veram illam eſſe & ab Athenaei manu profectam. Ac mihi perquam fit probabile, non quidem ἀκρατὲς, quod Dalecampius voluerat, ſed ἄκρατον hoc loco, non εὔκρατον ſcripſiſſe Athenaeum. Nam ſi εὔκρατον h. l. ſcripſit, cur paulo poſt rurſus veluti novam quamdam interpretationem adfert illam Theophraſti, κεκραμένον, quae tamen ab hac nihil differt? Et, cum tam multas diverſasque adferat ſententias, credemus-ne ſilentio praetermiſſurum fuiſſe eam, quae vulgatiſſima erat, & paene omnium conſenſu comprobata, τὸ ζωρότερον pro τῷ ἀκράτῳ accipientium? Quo fortaſſe etiam ſpectat hoc ipſum, quod, ubi alias commemorat interpretationes paucis probatas, ibi Τινὲς ait, hîc vero Ἄλλοι dixit, vocabulo minus reſtricto. Taceo, nullo modo cohaerere iſta, Ἄλλοι δὲ τὸ εὔκρατον· ὥσπερ τὸ δεξίτερον ἀντὶ τοῦ δεξιοῦ: nam ſive εὔκρατον legas, ſive ἄκρατον, inepte iſta iunguntur: ſuſpicorque, tali quodam modo ſcripſiſſe auctorem: Ἄλλοι δὲ τὸ ζωρὸν, τὸ ἄκρατον· καὶ ζωρότερον, ἀντὶ τοῦ ζωροῦ, ὥσπερ τὸ δεξίτερον ἀντὶ τοῦ δεξιοῦ.

Τινὲς δὲ, ἐπεὶ οἱ ἐνιαυτοὶ ὧροι λέγονται, καὶ τὸ ζᾶ ὅτι μέγεθος ἢ πλῆθος σημαίνει, ζωρὸν τὸν πολυετῆ λέγεσθαι. Particulam δὲ, quae poſt τινὲς deerat, dedere ambo noſtri mssti. Pro ὧροι, quod erat editum, recte ὦροι cum aſpero ſpiritu dedit ms. *Epit.* quemadmodum & apud Plutarchum l. c. ſcribitur. Apud Etymologum quidem, ſub voce Ζωρότερον, & apud Euſtathium quoque ad Iliad. ι'. pag. 345. l. 6. cum leni ſpiritu effertur id nomen: ſed apud eumdem Etymologum alibi recte ὦρος, ὁ ἐνιαυτός, quemadmodum & apud Heſychium & Suidam: de quo vocab. ſupra diximus ad IV. 175. e. Iam ad id quod vulgo hic legebatur, καὶ τὰ ζᾶ ὅτι μέγεθος ἢ πλῆθος σημαίνει, CASAUBONUS quidem haec adnotavit: » Scribebam cum

» *Dalecampio* καὶ τὸ ζα ὅτι μεγ. ἢ πλ. σημ. non ut edi» tum eſt, τὸ ζῶον vel τὰ ζῶα. [At ubique τὰ ζῶα, nus»quam τὸ ζῶον editum.] » Sed euntem pedibus in eius ſen» tentiam prehendit lacinià Euſtathius, & ire iuſſit in alia » omnia. Sic ille: [loco modo citato:] Σημείωσαι ὅτι » ζωρὸν οἶνον τὸν πολυετῆ ἐνόησάν τινες, οὐκ ἀπὸ τοῦ ζῆν ἢ » ζέειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ζῶον καὶ τὸ ὦρος· ὧν ὦρος μὲν [in Eu»ſtathii editione Baſil. qua utor, bis eſt ὦρος, ut modo di»ctum, non ὦρος] » ὁ ἐνιαυτὸς, ἤγουν ἔτος· ζῶον δὲ, ἀντὶ » τοῦ μέγα καὶ πολὺ, ἃ δὴ σημαίνεται φασι διὰ τῶν » ζώων.« — At nihil aliud haec oſtendunt, niſi, quemad»modum & in vetere cod. *A.* & in noſtro cod. *Epit.* τὰ ζῶα hic ſcribitur, ſic & in ſuo codice Epitomae ſcriptum reperiſſe Euſtathium, & fuiſſe bonum praeſulem non tam ſolertem Criticum, quam fuit doctus Grammaticus; qui non viderit, ex imperiti cuiusdam librarii halucinatione iſtud τὰ ζῶα eſſe ortum, pro τὸ ζα, quod unice verum eſſe poteſt, quodque ipſum in eâdem disputatione & apud Plutarchum legitur, & apud Etymologum.

» Sequitur: Δίφιλος δ' ἐν Παιδερασταῖς φησιν, Ἔγχεον ſ » σὺ δὴ πιεῖν, Εὐζωρότερον γέννη δύω παῖδες. Reſtitue » mire deformatam lectionem ſic:

» — Ἔγχεον σὺ δὴ πιεῖν.
» εὐζωρότερόν γε νὴ τὸν Δί' ὦ παῖ δός. τὸ γὰρ
» ὕδαρὲς ἅπαν τοῦτ' ἐστι τῇ ψυχῇ κακόν. « Casau»bonus. — Cui lubens merito morem geſſi. Grotius quidem in Excerptis pag. 791. γε νὴ Δί' ὦ παῖδες edidit; in Notis tamen profeſſus, ſe eumdem Caſaubonum eſſe ſecutum, cuius ratio praeferenda nobis viſa erat. In cod. *A.* quidem γε νη διω παῖδες ſcribitur. Mediis omiſſis, nonniſi haec verba adpoſuit Breviator: Ἔγχεον πιεῖν εὐζωρότερον· τὸ γὰρ ὕδαρὲς ἅπαν &c.

Quod in fine paginae in tribus editionibus Caſaubonianis legitur, Θεόφραστος -- φησὶ δ' εἶναι, operarum culpâ peccatum erat, qui φησὶν εἶναι debuerant.

» In *Empedoclis* iſto verſu,

» Αἶψα δὲ θνητὰ φύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι, a » Graecanica elegantia eſt quam non cepere interpretes; » quibus τὸ μάθον prima perſona eſt ſingularis, cum reve» ra tertia ſit pluralis. Sed μάθον poſitum pro εἰώθεισαν aut » ἐπεφύκεισαν. *Et ſtatim facta ſunt mortalia quae erant naturâ » ſuâ immortalia.* μάθον εἶναι, *didicerant eſſe*, pro *erant*, vel

a »*ſolebant eſſe.* Aeſchylus: Ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίστανται δόμος: id eſt, οὐ πένεται, *nunquam eget.* Plautus: »*Non didici hariolari gratis.* Idem: *Cur negas? Quia vera* »*didici dicere.* Alibi: *excidionem facere condidici oppidis.*« CASAUBONUS. — Verſus ille, cum priore hemiſtichio verſus ſequentis, citatur etiam ab Ariſtotele, in Arte Poëtica, (cap. 26. ſect. 16. ed. Buhle.) ſed valde corruptis vulgo verbis: quae a noviſſimo demum docto Editore ita, ut & apud Athenaeum & apud Simplicium ad Ariſtot. Auſcul. Phyſic. pag. 7. b. leguntur, reſtituta ſunt. Et veram eſſe ſcripturam, quam habent Athenaei libri in *poſteriore verſu*, ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα, ex his quae de Theophraſti interpretatione modo dicebat Deipnoſophiſta, abunde intelligitur. Similiter vero apud Plutarchum eadem Empedoclis verba reſpicientem, (loco iam ſaepius citato, Sympoſ. V. 4.) τὰ πρὶν ἄκρατα legitur: ſed perperam ibi γίνεσθαι ζωρότερον ſcribitur, pro γίνεσθαι ζωρά. Pro διαλλάττοντα, quod apud Noſtrum edebatur, διαλλάσσοντα dedere ambo noſtri mssti.

AD CAP. XXIII.

b Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν Εἰρήνῃ Ἀριστοφάνους ὑπωπιασμέναι. Poſt haec verba vulgo ſequebantur ſtatim illa, τὰ γὰρ ὑπώπια &c. Ubi monuit CASAUBONUS: »Poëtae verba »ſunt:

»Καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
»ἀπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκειμέναι.«

Habes in Comici *Pace*, verſ. 540 ſq. ubi vide Interpretes: & confer Brunck ad Lyſiſtr. 444. Sed poſteriorem verſum, in quo ipſum ponitur vocabulum κύαθος, de quo hic agitur, haud dubie adiecerat Athenaeus: quare eum, cum abeſſet vulgo, adiiciendum putavi. Quod dein ait auctor, τοῖς κυάθοις περιθλώμενα, temere κυάμοις habet ms. *Ep.* in verbo vero περιθλώμενα conſentit; de quo addubitare ſubiit, ne περικολλώμενα ſcripſerit auctor, collato ſcholio Graeco ad Comici verba.

XENOPHONTIS Cyropaediam vide I. 3, 9. & ibi Hutchinſ.

Τίμων ἐν δευτέρῳ Σιλλῶν. Utroque modo ſcriptum reperitur, σιλλὸς & σίλλος: prius, verbi cauſſa, apud Heſychium; alterum, apud Suidam. Hoc loco quum Σιλλῶν cum accentu in ultimâ ſcriptum dederit vetus codex *A.*

rurſusque infra pag. 445. e. ubi idem *Timonis* teſtimonium uberius adfertur, ſcripturam iſtam adoptavimus.

Aristophanis ex *Veſpis* verſus, eſt num. 855. ed. Brunck. aliis vs. 851. ubi vide Graeca ſcholia. c

Φρύνιχος, Ποαστρίαις. »Pro Φρύνιχος Παιστρίαις, »placitum interpreti Παιστρίᾳ: ſine cauſſa, opinor: at »non ſine cauſſa nos lib. III. cap. 27. [ad III. 110. e.] »Ποαστρίαις ſcribebamus. « Casaubonus. — Et ipſam hanc ſcripturam recte hic dedit ms. *A*.

Ἔλεγον δὲ καὶ ἔφηβον τοιοῦτον σκεῦος. »Vide Scholia »Ariſtophanis ad Veſpas. Libro autem XI. poculi id no»men eſt. « Casaubonus. — In Schol. ad Veſp. vs. 851. eadem verba habes; & rectius etiam, τὸ τοιοῦτον σκεῦος. De *ephebo* poculo, vide XI. 469. a. b.

Ζηνοφάνης ἐν τῷ Συγγενικῷ. *Zenophanem* nusquam alibi memoratum reperio, niſi rurſus apud Noſtrum lib. XIII. pag. 576. ubi pariter Ζηνοφάνης auctor citatur, (ſic iterum ſcripto nomine, ſed non adiecto libri titulo) ubi de Aſpaſia Phocica agitur, Cyri iunioris amica. Et ibi quidem Dalecampius in verſione nomen *Zenophanes* non mutatum tenuit: hic vero *Xenophanes* ſcripſit *in Congenito*. At idem, in *Scriptorum Catalogo* quibus uſus Athenaeus eſt, plane contra, alterum locum ſub nomine *Xenophanes* retulit; hunc vero, ſub nomine *Zenophanes*. Poſt hunc Vossius, de Poëtis Graecis cap. 4. (Opp. T. III. pag. 203.) quaſi haud dubie Ξενοφάνης nomen huic ſcriptori fuiſſet, ſic ſcripſit: »Video & ſeu eundem (Colo»phonium) ſeu alium *Xenophanem* ἐν τῷ Συγγενικῷ citari »ab Athenaeo lib. X. Alius ſane Xenophanes Heracleo»polites Fulgentio lib. I. Mythologicôn. « — Pariter Menagius ad Laërt. IX. 18. ait: »*Xenophanes* ἐν τῷ Συγγε»νικῷ citatur ab Athenaeo lib. X. ſed fortaſſe alius eſt a »noſtro. « — Nos religioni ducere debuimus, mutare nomen bis apud Athenaeum eodem modo ſcriptum occurrens; cum praeſertim iidem viri docti, qui Ξενοφάνης hic legendum cenſuere, incerti ipſi fuerint quisnam eſſet *Xenophanes*, qui ab Athenaeo commemoraretur. Titulum libri, Συγγενικὸς, interpretati ſumus, *De Cognationibus*, ſcilicet vel Populorum & Civitatum, (coll. Polyb. IX. 1, 4. & IX. 2, 1.) vel Hominum illuſtrium.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἑνάτῃ (ſic ms. *A*. non ἐννάτῃ) τῶν Ἱστοριῶν. Retulimus hoc Polybianum Fragmentum, in

Reliquiis Libri IX. cap. 45. noſtrae editionis Hiſtorici Megalopolitani.

AD CAP. XXIV.

d Τῷ δὲ ἀκρατέστερον Ὑπερίδης (ſic recte codex ms. uterque, cum hic, tum deinde) κέχρηται ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους, γράφων οὕτως· Εἰ μέν τις ἀκρατέστερον ἔπιεν, ἐλύπει σε. Breviator nonniſi duo verba adpoſuit, ἀκρατέστερον ἔπιεν. Recte ms. *A.* non ἐλύπησεν, ſed ἐλύπει σέ: *offendebat te.* Conf. VI. 246. a. & ibi not. & XI. 483. e. Quod autem de vocabulo iſto differit hic Athenaeus, eo id pertinet, quod contra communem regulam formatur comparativus in εστερος deſinens, non a poſitivo in ης, ἀκρατὴς, (nam hoc aliud ſonat) ſed ab ακρατος: ut ſit ἀνρατεστερος, pro ἀκρατότερος; quemadmodum & ἀνιαρέστερος (ſive, ut eſt in noſtro ms. *Ep.*) ἀνιπρέστερος, pro ἀνιαρότερος, & ἀφθονέστερος pro ἀφθονώτερος, a poſitivis ἀνιαρὸς & αφθονος. Eàdem occaſione Epitomator hic adpoſuit ſimilem dictionem Antiphanis, εὐζωρέστερον, quam pag. praec. lit. d. praetermiſerat: ſed, quod feſtinanti ſubinde accidiſſe obſervavimus, ut auctorum nomina permutet, idem & hic ſatis alioqui diligenti viro accidit: nam, pro Ἀντιφάνης ἐν Λάμπωνι, ſic hoc loco ſcripſit, Λάμπων φησί που, κέρασον εὐζωρέστερον. De quo monere conſultum duxi, ne quis forte poſthàc, in eumdem aut in alium codicem Epitomae incidens, dubitet quis ſit auctor *Lampo* hic commemoratus, aut cur in pleniore Athenaei opere praetermiſſum ſit iſtud teſtimonium. Nos magnam his qui ante nos codices mſstos tractaverunt gratiam eramus habituri, ſi paulo diligentius, quam ſaepenumero factum videmus, nos docuiſſent, quidnam fuerit in quo ab editis exemplaribus reconditi illi in bibliothecarum ſcriniis libri recederent.

καὶ τὸ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλου ἀφθονέστερον λίβα. Cum aſpero ſpiritu Ἡλιάσιν ſcripſi, quemadmodum legitur lib. XI. pag. 469. f. Nec tamen diſſimulare debeo, Ἡλιάσιν hoc loco ſcribi in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. nec aliud adferri ex ms. *A.* Quae ſcriptura videri poterat favere aliquatenus Meursii coniecturae, qui ἐν Ἰλιάσι legendum ſuſpicatus erat. Vide Fabricii Bibl. Graec. T. I. pag. 610. Quum ἀφθονέστερα λίβα olim eſſet editum, Dalecam-

PIUS ἀφθονεστέραν corrigebat, *abundantiorem laticem* d vertens. Iam apud Hesychium quidem ἡ λιβάς exponitur *petra unde aqua stillat*; non *aqua ipsa*: sed & pro λιβὰς usurpatum fuisse id vocabulum adnotavit Etymologus, p. 568. l. 13. λιβὰς autem & *guttam*, & *fontem* & *laticem* significat, & omnino id quod *destillat* vel *defluit*. Quare quoniam ad scripturam ἀφθονέστεραν (manifeste quidem quoad accentum vitiosam) nullam e vetere cod. *A*. dissensionem adnotatam vidi, *copiosius fluentem* interpretaturus eram. Sed quum in ms. *Ep*. perspicue sic scriptum sit, ἀφθονέστερον λίβα, tenendum hoc putavi, hac notione, *copiosiorem* i. e. *validiorem ventum Africum*.

καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Πύρρᾳ, εὐωνέστερον ἔφη. »In apo- »cryphis libris & vetustis est εὐωρέστερον: quod fuerit »ἐνωρέστερον, sive ἐνωρότερον. Sed Eustathius firmat quod »est editum. « CASAUBONUS. — Scilicet Epitoma, e qua sua habet Eustathius, (ad Iliad. ι'. pag. 644. 38.) vulgatum εὐωνέστερον tenet: nec vero aliter scribitur in vetere cod. *A*. Ex eadem Epit. illud ἀνιμρέστερον (de quo paulo ante dictum) accepit idem Eustath. ibid.

Τῷ δὲ κεραννύειν κέχρηται Πλάτων &c. Perincommode hic κεραννύουσι ponitur in ms. *A*. Quare lubens tenui id quod opportune editum reperi, κεραννύειν, in infinitivo. In *PLATONIS* verbis (quae iam supra adposita sunt, pag. 423. a. b.) recte h. l. τοῖς δὴ θεοῖς scribitur in ms. *A*. ut apud ipsum Platonem.

ALCAEI verba, cum sic edita essent, κερωννύουσί τε e ἀφανίζουσί τε, locum citans TOUP in Epist. Crit. p. 160. κερωννύουσί τ' ἀφαν. cum apostropho scripsit, quod flagitabat metri ratio. At noster codex *A*. copulam τε ibi prorsus ignorat; cuius auctoritate eam delevimus. ἀφανίζουσι Dalec. reddiderat, *& eos e medio tollunt:* cum, ut monuit idem TOUPIUS, *ebiberunt, exsiccarunt calicem*, debuisset. coll. XI. 473. f.

Ὑπερίδης Δηλιακῷ. »Laudatur *HYPERIDES* in *Deliaca*. »Haec oratio cum caeteris huius oratoris diu factum est »cum periit. Sed reperio eius mentionem apud Hermo- »genem. Argumentum eius orationis utcumque potest »percipi ex reliquiis quae hodieque extant apud veterem »Hermogenis interpretem ad librum DE Ideis, capite περὶ »Σεμνότητος. Verba illius, quia non omnium manibus »teritur ille liber, lubet hic adscribere. Sic igitur inter-

e » pres ille: Διόπερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Ὑπερείδου πόρρω τούτων ἑστάναι φησί. (nempe τῶν ἐννοιῶν τοῦ Πλάτωνος » περὶ θεῶν.) βουλόμενος γὰρ ἐκεῖνος ἐξ ἀρχαίου δεῖξαι » τοῖς Ἀθηναίοις τὰ ἐν Δήλῳ ἱερὰ προσήκοντα, πολλῷ κέ» χρηται τῷ μύθῳ, λέγων οὕτω. Λέγεται γὰρ, τὴν Λητὼ » κύουσαν τοὺς παῖδας ἐκ Διὸς, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας » κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. ἤδη δὲ αὐτὴν βαρυνομέ» νην καὶ ἀποροῦσαν, εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν τὴν ἡμετέραν, καὶ » λύσαι τὴν ζώνην ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ Ζωστὴρ καλεῖται. Sed » videntur ista velut ἐν παρόδῳ in ea oratione dicta esse: » nam ad praecipuum ipsius argumentum nihil haec de La» tonae partu narratio spectabat. Sopater in Hermogenem: » Ἔχεις δὲ διπλοῦν στοχασμὸν παρὰ Ὑπερείδῃ ἐν τῷ Δη» λιακῷ. ἐκθησόμεθα δὲ τὰ εἰρημένα, ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι » σαφὲς τὸ λεγόμενον. Ἀφίκοντό τινες εἰς Δῆλον ἀνθρωποι » Αἰωλεῖς, πλούσιοι, χρυσίον ἔχοντες πολὺ, κατὰ θεωρίαν » τῆς Ἑλλάδος ἀποδημοῦντες ἐκ τῆς ἑαυτῶν. οὗτοι ἐφάνη» σαν ἐν Ῥηνείᾳ ἐκβεβλημένοι. τοῦ δὲ πράγματος περιβοή» του ὄντος, ἐπιφέρουσι Δήλιοι τοῖς Ῥηνεῦσιν αἰτίαν ὡς αὐ» τῶν ταῦτα πεποιηκότων, καὶ γράφονται τὴν πόλιν αὐτῶν » ἀσεβείας. οἱ δὲ Ῥηνεῖς ἀγανακτοῦνταί τε τῷ πράγματι, » καὶ προσκαλοῦνται Δηλίους τὴν αὐτὴν δίκην. οὔσης δὲ τῆς » διαδικασίας ὁπότεροί εἰσιν οἱ τὸ ἔργον πεποιηκότες, ἠρώ» των οἱ Ῥηνεῖς τοὺς Δηλίους, δι' ἣν αἰτίαν ὡς αὐτοὺς ἀφί» κοντο· οὔτε γὰρ λιμένας εἶναι παρ' αὐτοῖς, οὔτε ἐμπορίαν, » οὔτε ἄλλην διατριβὴν οὐδεμίαν. πάντας τε ἀνθρώπους ἀφικ» νεῖσθαι πρὸς τὴν Δῆλον ἔλεγον· καὶ αὐτοὶ τὰ πολλὰ ἐν » Δήλῳ διατρίβειν. τῶν δὲ Δηλίων ἀποκριναμένων αὐτοῖς, ὅτι » ἱερεῖα ἀγοράσοντες οἱ ἄνθρωποι διέβησαν εἰς τὴν Ῥήνειαν· » διὰ τί οὖν, ἔφασαν οἱ Ῥηνεῖς, εἰ ἱερεῖα ἦκον ὠνησόμενοι, ὡς » φατὲ, τοὺς παῖδας τοὺς ἀκολούθους οὐκ ἤγαγον τοὺς ἄξιν» τας τὰ ἱερεῖα; ἀλλὰ παρ' ὑμῖν (manuscr. ἡμῖν) ἐν Δήλῳ » κατέλιτον, αὐτοὶ δὲ μόνοι διέβησαν; πρὸς δὲ τούτοις, τριά» κοντα σταδίων ὄντων ἀπὸ τῆς διαβάσεως πρὸς τὴν πόλιν » Ῥηναέων τραχείας οὔσης ὁδοῦ δι' ἧς ἔδει αὐτοὺς πορευθῆναι » ἐπὶ τὴν ἀγορασίαν, ἄνευ ὑποδημάτων διέβησαν· ἐν Δήλῳ δὲ » τῷ ἱερῷ ὑποδεδεμένοι περιεπάτουν. « Casaubonus. — Conf. Ruhnkenii Histor. Orator. Graec. in Reiskii Oratorib. Gr. Vol. VIII. pag. 149. Ad illa *Hyperidis* verba, τὸν κρατῆρα τὸν Πανιώνιον κοινῇ οἱ Ἕλληνες κεραννύουσιν, adnotavit Dalecampius: » Ἀλληγορικῶς. Totius Ioniae » res disceptando turbant. « — Caeterum Πανιώνιον olim

nomen fani fuiſſe a duodecim principibus Ioniae civitatibus conſecratum, ad quod de communibus rebus deliberaturi convenirent, notum ex Herodot. l. 143. 148. & 170.

Ὠινοχόουν τε. Coniunctivam particulam, temere in ed. Baſ. & Caſ. omiſſam, reſtituimus ex edit. Ven. & ms. *A*.

τῶν πρώτων ὄντες Ἀθηναίων. »Scripſimus cum an- f
»tiquis Athenaei membranis [& ſuperioribus editionibus]
»ὠρχοῦντο δ' οὗτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος νεὼν τοῦ Δηλίου,
»τῶν πρωτο.... τες Ἀθηναίων, καὶ κατεδύοντο ἱμάτια
»τῶν Θηραϊκῶν. Sed nullum eſt dubium, quin ſuppleri quod
»deeſt ſic debeat: τῶν πρώτων παῖδες Ἀθηναίων. Cho-
»rus duplex erat: alter e viris, alter e pueris. Hinc illa
»diſtinctio frequens in libris Graecorum, ut Demoſthe-
»nis, Plutarchi, & aliorum, χορὸς παίδων, & χορὸς ἀν-
»δρῶν. In ſequentibus haeret aqua nobis. Nam & κατα-
»δύεσθαι pro ἐνδύεσθαι novum atque inſolens: & *veſtes*
»*Thraicae* mihi quidem obſcurae. Tamen ita mssti omnes,
»non τηραϊκῶν, ut aliàs editum. An ſcribendum Θηριακῶν?
»ut *e pellibus confectae* veſtes intelligantur, quales Romae
»geſtabant luperci per urbem currentes ac ſaltantes: quas
»Hippocrates δορικὰ ἱμάτια nominat, in libro περὶ Φύ-
»σιος τοῦ Παιδός. « CASAUBONUS. — Ut a proximo incipiam: τῶν τηραϊκῶν temere ſcriptum in una editione Baſ. τῶν Θηραϊκῶν cum ed. Ven. & eis msstis, quorum excerptis lectionibus uſus Caſaubonus eſt, agnoſcit vetus noſter codex *A*. Quodnam vero id genus ſit veſtium, non magis nobis quam docto Animadverſori compertum. Nec vero, cur de corrigendo nomine cogitemus, cauſſa ſubeſt: illud enim ſatis certum videtur, denominatas eſſe illas veſtes a *Thera* inſulâ ex Sporadibus; a cuius Graeco nomine Θήρα adiectivum nomen legitime formatum Θηραϊκὸς non praetermiſſum eſt in Stephani Byz. de Urbibus Epitoma. Quae in ſuperioribus verbis lacuna eſt cum in editis, tum in msstis omnibus, ea e vetere noſtro codice *A*. derivata: in quo exigua pars membranae hoc ipſo loco in mediâ paginâ exeſa eſt. Perſpicue ſuperſunt hae literae πρώτο & ντες: nec maius foramen, quam ut duae fere literae aut duae cum dimidia intercidere potuerint, cum praeſertim duae voces ſpatio nonnullo ſeparari debuerint. Quare certum videtur, quod *Godofredus* noſter SCHWEIGHAEUSER (cuius induſtriae fideique debemus lectiones ex hoc codice excerptas) coniectaverat, ſic olim

f ſcriptum fuiſſe, τῶν πρώτων ὄντες Ἀθηναίων. Ac ſane probabilius videri debet, *ſenum choro*, quam *puerorum*, in illa feſti ſolennitate *vinum miniſtraſſe puerum Euripidem*. Verbum κατεδύοντο merito ſuſpectum fuit Caſaubono: nec illud ita omnibus elementis ſcriptum agnoſcit vetus codex. Nam quum in libro anguſtis admodum columnis deſcripto verbum illud in proxima linea eodem loco eſſet poſitum, ubi eſt inferior pars praedicti foraminis, huius etiam verbi pars intercidit: & initio quidem ſupereſt perſpicue ἑ litera, tum quinque extremae literae δύοντο, & ante has maior pars literae, quae σ eſſe videri poterat, ſed perinde & ε eſſe potuit: ita, quod intercidit, parum eſt; ac fere non dubitari debet, ἐνεδύοντο olim ſcriptum fuiſſe: pro quo tamen ἐνεδέδυντο in plusquamperfecto tempore malueram. Tota ῥῆσις, inde a verbis ὠρχοῦντο δ' οὗτοι &c. deeſt Epitomae.

Φυλῇσιν. »Subditur his: ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτός ἐστιν, »ᾧ τὰ Θαργήλια ἄγουσι, καὶ διασώζεται φύλησιν ἐν τῷ »δαφνηφορείῳ γραφὴ περὶ τούτων. Scribendum Φυλῇσι: »*in pago Phyla*. Errant omnino qui accipiunt pro φυλαῖς. »Adi ad Stephani Ἐθνικά. Neque probo, quod γραφὴν *li*»*teras publicas* verterunt. De *pictura* accipimus nos: cuius »erat argumentum ſaltatio orcheſtarum circa Apollinis »Delii templum, & quicquid ad ritum illum pertinuit. »De huius generis tabulis ante dictum, libro quinto capite »ſeptimo. [ad V. 197. d.]« CASAUBONUS. — Δαφνηφορεῖον, fanum (puto) fuit Apollini Δαφνηφόρῳ ſacrum: quod ipſum tamen cognomen an apud aliquem ex antiquis ſcriptoribus Apollini tributum reperiatur, non habeo exploratum.

a καὶ παρὰ Ῥωμαίοις &c. »Veriſſimum eſt quod ſcribit, »*Romanos & in moribus inſtitutisque multis*, & κατὰ τοὺς »τόνους τῆς φωνῆς *Aeoles potiſſimum ex omnibus Graecis eſſe* »*imitatos*. Utriusque linguae periti fatebuntur ita eſſe: ac »memini Dionyſium Halicarnaſſeum & Priſcianum aliquot »locis diſertim huius nos admonere.« CASAUBONUS. — Vide Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. lib. I. cap. 90. Adde Quintilian. Inſtit. I. 6, 31. *Puerorum in ſacris apud Romanos miniſtrantium* meminit idem Dionyſius, Antiq. II. 22.

AD CAP. XXV.

Οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' &c. Simillimam ſententiam habes b apud Ariſtophanem, Ran. 730 ſqq. ubi vide quae praeeunte Berglero adnotavit Brunck. *Secundus* EUPOLIDIS *verſus* percommode ſic editus erat,

νυνὶ στρατηγοὺς λεύσσομεν. ὦ πόλις, πόλις.

Sed notandum tamen, verbum λεύσσομεν non veteris alicuius codicis auctoritate niti, (nam perinde illud ignorant ms. *A.* & *Ep.*) ſed deberi recentioris neſcio cuius eruditi viri coniecturae. Latinam eclogae verſionem ex GROTII Excerpt. pag. 503. mutuati ſumus. De Οἰνόπταις porro conſuli poſſunt Heſychius in voce, ac Pollux VI. 21 ſq. & utriusque Interpretes.

εἰ κατ' ἴσον πίνουσιν οἱ συνόντες. Bene συνόντες ms. *A.* cum editis. συνιόντες ms. *Ep.* Recte vero κατ' ἴσον edd. pro quo κάτισον (ſic) ſcriptum in ms. *A.* κατῖσον in *Ep.*

ὡς ὁ ῥήτωρ φησὶ Φιλῖνος ἐν τῇ Κρωκωνιδῶν διαδικασίᾳ. »Non temere laudatum invenias PHILINUM, *orato-*»*rem* Atticum, quem ſuper *oenoptis* citat Noſter. Facit il-»lius mentionem Clemens Alexandrinus in eo tractatu, quo »de Graecorum furtis agit. Ibi vir diligentiſſimus prima »verba orationis [Demoſthenis] DE Corona cum ſimil-»limis *Philini* componit. Eiusdem antiqui oratoris fa-»cit mentionem Harpocration duobus, opinor, locis, in »Θεωρικὰ, & in Κοιρωνίδαι. « CASAUBONUS. — Clementem vide, Stromatum lib. VI. pag. 748 ed. Pott. ſed praeſertim Harpocrationem in Κοιρωνίδαι, ubi non modo oratoris, ſed & eiusdem orationis, de qua hic agitur, ex profeſſo fit mentio. Inde etiam intelligas, Κροκωνιδῶν ſcribi debuiſſe, ut a nobis editum. Fuerant *Croconidae* Attica familia, cui cum cognatâ familiâ *Coeronidarum* diſceptatio intercedebat. Adde quae notavit RUHNKENIUS, in Hiſt. Crit. Orator. Graec. pag. 153 ſeq. ubi de corrigenda apud Athenaeum menda monuit.

ἐκάλουν δέ τινες τούτους καὶ ὀφθαλμούς. Simili quadam c ratione exploratores ſive ſpeculatores, apud Perſas, τοὺς βασιλέως ὀφθαλμοὺς nominari ſolitos tradit Xenophon, in Cyri Inſtit. VIII. 2, 10. Confer Heſych. & Suid. in Ὀφθαλμὸς βασιλ.

Παρὰ δὲ Ἐφεσίοις &c. »*Epheſiis* ταῦροι dicebantur, *qui* »*per Neptuni feſtum vina miniſtrabant iuvenes* inveſtes & in-

» tegri. Hoc refert Athenaeus ex *Ameriae* Gloſſis. Inde » & Heſychius ſumens, Ταῦροι, ait, οἱ παρ' Ἐφεσίοις οἰ» νοχόοι. « Casaubonus. — Confer Meurſium, in Graeciâ Feriatâ, voc. Ταύρεια.

d Κἀδδ' ἀμβροσίας μὲν &c. » Sapphûs locum, de *Mercurio* » *Diis vinum fundente*, emendavimus libro ſecundo capite » ſecundo. « Casaub. — Nempe, lib. II. pag. 39. a. quum poſterior *Sapphûs verſiculus*, ſic vulgo corruptus ederetur, Ἑρμᾶς δ' ἐλὼν ἔρπεν θεοῖς οἰνοχοήσων: haec ibi monuerat Casaubonus, quae, in Animadv. ad illum locum brevius a nobis commemorata, enucleatius hîc adpoſuimus: » Legendum eſt: (inquit)

» Ἑρμᾶς δ' ἐλὼν ἔρπιν θεοῖς ὠνοχόησεν;

» ex Euſtathio & vetuſtis libris. ἔρπις *vinum* ſignificat linguâ » Aegyptiorum, ſi Criticis fidem habemus. ἔρπις, inquit » Euſtathius, Αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος, καθὰ καὶ Λυκόφρων οἶδε. » Lege, ſi eſt operae, quae Tzetzes ſcribit ad iſtum verſum » Lycophronis, ἔρπιν τε ῥέζειν καὶ ἀλοιφαῖον λίπος. Hip» ponax, ὅπου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει. *Libro decimo* ite» rum laudat hunc *Alcaei* [*Sapphûs* ſcribere voluerat] lo» cum Athenaeus, & pro ἔρπιν ſcribit ὅλπιν: quod inco» gitantiâ factum putem, ſenſum attendente illo, non ver» ba. ὅλπις enim, οἰνοχοὴ, *trulla vinaria*. « — At undecumque ſit ſcriptura ὅλπιν, quam hîc cum editis tuetur vetus codex *A*. (nam in *Epit.* h. l. praetermiſſum id teſtimonium) percommoda certe videri debet, atque etiam commodior quam altera. Nam ſi Aegyptiorum ſermone ἔρπις *vinum* ſonat, cur Aegyptiaco vocabulo uteretur Sappho? Sed ponamus, liberum poëtriae fuiſſe vocabulo iſto uti: ſi *vinum* ſonat ἔρπις, percommode quidem dictura illa fuerat ἀρύων ἔρπιν, *hauriens vinum*, nempe e cratere; ſed ἑλὼν, *capiens*, non tam apte cum *vino* iungi videtur, quam cum *trullâ*, cuius ope vinum e cratere hauritur & in calicem infunditur. Pro οἰνοχοήσαι, quod hîc vulgo legebatur, e ſuperiori loco haud dubie vel ὠνοχόησεν, vel potius οἰνοχόησεν neglecto augmento corrigi debuit: quam poſteriorem ſcripturam (nempe, absque augmento) hîc olim obtinuiſſe ex hoc ipſo probabile fit, quod in οἰνοχοῆσαι dein corruptum fuerit verbum. Vide notata ad II. 39. a. & conf. Supplementum Animadverſ. ad eumdem locum, Vol. II. pag. 502 ſq. Eodem ſuperiore loco deerat *priori Sapphus verſiculo* prima vox: quae hîc in ed. Ven.

& Baſ. ſic praepoſita eſt, Κὰδ' ἀμβροσίας &c. In editione d Caſauboni vero in hunc modum, Κὰδ δ' ἀμβροσίας: ſed Κὰδδ', puto, (cum accentu, non cum apoſtropho) voluerat editor, quemadmodum nos poſuimus: nempe κάδδ' pro κατὰ δὲ, & hoc pro κατακέκραται δέ. Nam, quid eſſet aliud quod lateret ſub veteris noſtri codicis ſcriptura κὴ δαμβροσίας, nihil nobis occurrebat. Si eſſet κηταμβροσίας, κητ' pro κῆτα, id eſt, καὶ εἶτα, accepturus eram.

AD CAP. XXVI.

Οἱ δὲ παλαιοὶ &c. »*Veteres*, inquit, *τοὺς πρὸς ταῖς* »*ὑπηρεσίαις ταύταις κήρυκας ἐκάλουν: eos qui pincernarum* »*officio fungerentur, vocabant κήρυκας.* Imo notant Graeci, »& verum eſt, antiquiſſimis temporibus eo nomine om»nes *qui in aedibus miniſtrabant*, ſic fuiſſe vocatos. *Κήρυ*»*κες*, aiunt, *οἱ διάκονοι οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες* »*πράξεις.*« CASAUBONUS. — Sic Heſychius in voce. Qui dein adferuntur *Homerici verſus*, ſunt ex Iliad. γ'. 245 ſqq. & 268 ſqq. In illorum primo perperam transpoſita ſunt verba in ed. Ven. & Baſ. & in msto *A. φέρον θεῶν*, pro θεῶν φέρον. Legitimam verborum ſeriem reſtituit Caſaub. In *Epit.* praetermiſſi ſunt verſus.

Κλείδημος δὲ τοὺς μαγείρους &c. *CLIDEMUS*, nempe, e *primo libro τῆς Ἀτθίδος*; ut intelligitur ex XIV. 660. d. Ex hoc vero Athenaei loco (nempe ex Epitomâ, ut conſtanter) ſua habet Euſtathius, ad Odyſſ. α'. p. 35. l. 46.

Καὶ τὴν Ἥβην δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς. »Notemus hanc locutionem. Ait, *τινές*. Miror equidem; »nam Homeri ipſius hoc commentum eſt. Iliados ϛα'. δ'. [in ipſo initio:]

» — Μετὰ δὲ σφίσιν ποτνία Ἥβη
»νέκταρ ἐῴνοχόει. —

»Magis miror quod addit, *ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι* »*τὰ συμπόσια. Quod Heben finxerint Diis eſſe a poculis*, »*haec fortaſſe*, inquit, *ratio eſt, quia convivia vocabant ἡβη*»*τήρια.* Appellat *συμπόσια*, *oecos ubi convivabantur*, & *tri*»*clinia.* Heſychius quoque ἡβητήρια interpretatur *ἑστια*»*τήρια*, & *κατάλυσιν.* Alii inter aedilem metuentia loca »referunt: neque aliter auctores eâ voce utuntur. [vide infra, pag. 438. b. & ibi not.] »Sed friget omnino, me »iudice, Athenaei ratio. Acutius & verius Comici inter-

»pres: ἥβην, inquit, *appellant veteres voluptatem quae ex »conviviis capitur: quam ob cauſſam poëta Heben finxit, & »ei convenientiſſimum nomini ſuo miniſterium praebuit, ut eſſet »Diis a poculis.* Haec doctiſſimus ille Grammaticus ad Ve»ſpas: [vs. 851.] cui & Heſychius ſubſcribit obſcure, »ἥβην interpretans ἀκολασίαν.« CASAUBONUS. — Omnino turbata iſta apud Noſtrum, neſcio quo pacto, videntur. Etiam illud parum commode habet, quod ait οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς: quum, ſi *Diis* vinum fundentem dicere voluit, (quemadmodum cum Dalecampio Caſaubonus accepit) diſerte τοῖς θεοῖς dicere debuerit; quoniam in his, quae proxime ante dixerat, non de Diis agebatur. Niſi per errorem loco mota haec ſtaruas, cum continuo illis ſubiici debuiſſent, Ἑρμᾶς δὲ ἐλὼν ὅλπιν θεοῖς οἰνοχοῆσαι. Ut quidem nunc leguntur verba, hoc ſonant, quod in verſione poſuimus: *Etiam Heben quidam finxerunt ipſis* (id eſt, *ſibi*) *vinum miniſtrantes.* In *Epit.* ita haec expediuntur: Καὶ ἥβην δὲ οἰνοχόον πλάττουσί τινες· ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια φησὶ (nempe φησὶν ὁ Ἀθήναιος) καλεῖσθαι τὰ συμπόσια.

Κλεινοῦς δὲ &c. Multo probabilior viſa nobis erat iſta nominis forma, quam dabant Libri infra, ubi eadem res repetitur, XIII. 576. f. quam Κλίνης, quod hic vulgo legebatur, conſentiente quidem utroque noſtro codi-f ce mſto. *Paulo poſt*, cum paucis verbis interiectis repeteretur vox Ἱστοριῶν, a priori loco in poſteriorem aberrans recentior aliquis librarius, *POLYBII* nomen cum proxime ſequentibus verbis omiſerat, quae nos e vetere cod. *A.* ſupplevimus. Eadem vero etiam infra habes, loco modo citato. Polybianum Fragmentum inſeruimus olim Reliquiis libri XIV. Hiſtoriarum Polybii, cap. 11. noſtrae editionis. *Mox*, perperam h. l. editum erat κατὰ τὰ πολλὰ μέρη. Importunum articulum merito ignorant ambo noſtri mſsti. De vocab. ῥυτὸν, quod *poculi* nomen eſt, vide infra, XI. 496 extr. & ſeq.

AD CAP. XXVII.

Ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις ἐκπίνων τὸ ποτήριον ὁ Οὐλπιανός. Verba fecerat Athenaei Ulpianus, inde a pag. 422. e. & maius poculum popoſcerat, pag. 423. b. c. Ad proximos verſus, quibus ille utens propinat ſodalibus, haec adnotavit CASAUBONUS: »*CLEARCHI* verſus e *Citharoedo*,

» qui leguntur hìc interciſi, apud poëtam ita continua-» bantur:

» — Τήνδ' ἐγὼ a
» μεστὴν ἅπασαν ἐπονομάσας προπίομαι
» τοῖς συγγενέσι, πίστωμά γε φιλίας· πιὼν
» ἔρωτα πικρόν. πνίγομαι γάρ. ἀλλ' ἐπιῤῥόφει.«

Sic ille, ne verbo quidem ullo adiecto: quaſi certiſſima eſſet emendatio. Nempe ob oculos habuerat doctus Animadverſor, probaveratque (ut videtur) DALECAMPII verſionem, quae eſt huiusmodi: » *Hanc ego plenam pateram* » *amicis meis, quos nominatim appellavi, totam praebibo, be-* » *nevolentiae certum ſignum:* « tum: » A. *Amorem ego mo le-* » *ſtum bibi, etenim ſuffocor.* B. *At inſuper rurſus tu ſorbe.* Quae ſpecioſa ſunt utique; atque etiam hoc habent, ut teneatur hac ratione vox ἔρωτα, ita penacute ſcripta, ut eam exhibent vulgo libri, editi certe, neſcio an & vetus cod. *A.* e quo quidem nulla hìc notatur varietas. (In *Epit.* autem deſunt iſta omnia.) Sed negari non poteſt, gravibus nonnullis difficultatibus premi illam Caſauboni emendationem. Nam, primum, γε particula inutiliter prorſus & alieno loco inſerta eſt: tum vero durum omnino videri debet, vocem λοιπὸν, quam habent libri, ex πικρὸν ortam ſtatuere: denique, extremo verſui, prout eſt a Caſaub. conſtitutus, metrica ratio minime conſtat. Videtur ille in verbo πνίγομαι primam ſyllabam brevem ſtatuiſſe, quam producebant Graeci, ut Ariſtoph. Nub. 1036 & 1376. unde etiam nomen τὸ πνῖγος. Nec vero nobis contigit, certius quidquam aut quod multo commodius eſſet reperire. Sed vox λοιπὸν utique aut tota tenenda, aut certe nonniſi in fine mutanda viſa erat. Porro ἔρωτα λοιπὸν, poterat ἐρώτα λοιπὸν valere, id eſt, *interroga deinde:* aut ἐρῶ τὰ λοιπὰ, *dicam reliqua.* Ac ſane tali quadam ratione,

συγγενέσι πίστωμα φιλίας. πιὼν ἐρῶ
τὰ λοιπά· πνίγομαι γάρ. Ἀλλ' ἐπιῤῥόφει:

commode quidem, ni fallor, concinnati verſus fuerint; ſed, ita maxime ſcripſiſſe poëtam, non ego praeſtiterim. Caeterum cum eo quod ait poëta, μεστὴν (ſcil. τὴν κύλικα) ἅπασαν προπίομαι, confer quae leguntur ſupra, V. 193. a. & IV. 128. a. item infra, X. 431. a. Quod vero adiicit ἐπονομάσας, de illo more diſertim Cicero monuit, Tuſc. I. 40. *Propino*, inquit, *hoc pulchro Criticae.* – – *Grae-*

ci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sunt. Pro ἅπασαν vero apud Nostrum, ἅπασιν fortasse scriptum olim fuisse haud absurde coniicias.

Amphidis versum ita edidimus, ut praeiverat codex mstus uterque cum edit. Ven. & Bas.

Ὁ παῖς σοβείτω τοῖς ποτηρίοις συχνούς.

Minime quidem displicet συχνὰ, adverbialiter positum, quod habet ms. *Ep.* inter lineas: sed deberi hoc videtur Breviatoris coniecturae, qui συχνοὺς in suo exemplari repererat, quod unice agnoscit noster cod. *A.* Quod vero συχνοῖς legitur in ed. Cas. id tacite ita ex ingenio correxerat Casaubonus: quae quidem emendatio, fortasse haud immerito, verissima plerisque videbitur. Pro simplici verbo σοβεῖν, quod hic ponitur, usitatius aliàs erat compositum περισοβεῖν, de *poculi circulatione* in convivio. Vide IV. 230. c. & XI. 504. a. & confer quae ad Alciphronem notavit Berglerus pag. 87. Dalecampius vertit: *Puer crebris poculis nos pulset*; cogitans fortasse illud Timoclis, p. 430. f. πατάξω τ' (sive πατάξω σ') ἴσον ἴσῳ ποτηρίοις μεγάλοις.

b *Xenarchi* versiculum illum ex *Gemellis*,

Ἀμυγδαλῆ μὲν παιζέτω παρ' ἀμυγδαλῆν:

proverbialiter dictum adparet: cur autem in obscoeniorem maxime sententiam accipiendum Dalecampius censuerit, non video. Mihi videbatur idem fere dicere ac vulgatum illud, *Manus manus lavat*, & quae sunt huic similia. Sed ipsius poëtae nomen, quod silentio praeteriit Epitomator, mire detortum erat in editis & (quod quidem sciam) in ipso etiam vetere nostro codice. Nam *Xenochartum* poëtam, quem hi nominabant, nemo novit: *Xenarchi* comici cum aliae fabulae, tum *Gemelli* (Δίδυμοι) & apud Nostrum commemorantur XV. 693. b. (ubi pariter, ut hoc loco, de *compotatione* agitur,) & apud Suidam in Ξέναρχος.

Archippi versui, qui ad hunc modum vulgo recitatur,

Τίς ἐκέρασε σφῶν ὦ κακόδαιμων ἴσον ἴσῳ;

non video quo pacto constet metrica ratio, nisi pronomen Τίς statuas in fine olim positum fuisse praecedentis versus, tum σφῶιν in genitivo duali scribas pro σφῶν. Cui simul & illud consentaneum videtur, ut κακοδαίμον' scribatur; nempe duali numero, pro κακοδαίμονε. Mixtionis vini *aequis partibus* factae, quam ἴσον ἴσῳ vocabant, men-

tio iam facta est I. 30. f. Uberius vero vide paullo post, b
X. 430. f. & 431. a. b. Illam mixtionem *excedere modum & insaniam efficere* monuit, poëta nescio quis, ex Mnesimachi medici sententiâ, apud Nostrum lib. II. p. 36. b. (de quo loco confer quae haud multo ante monuimus, ad p. 419. b.)

In *Cratini* versiculo,

τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέροντ', ἐγὼ δ' ἐκτήκομαι:

abrupta prorsus ex connexione cum praecedentibus sunt priora verba, ut nescias quo referantur. In Epit. totus abest. In ms. *A.* absque apostropho scribitur, τὸν δὲ ἴσον ἴσῳ φέροντα. Istud *par pari* de aequalibus cyathis, quibus bibere mos erat in compotationibus, accepit Erasmus, in Adag. pag. 568. & in alienam prorsus sententiam totum versum detorsit. Dalecampius vertit, *Par pari affert;* ambiguâ sententiâ. Silet Casaubonus. Gallicus interpres de *puero* accepit, *vinum aequis partibus aquâ mixtum praebente* vel *circumferente.* Nobis participium φέροντα ad οἶνον referri visum erat; ut, quemadmodum Pollux VI. 18. ait, *laudasse veteres* οἶνον τὸν τρία φέροντα, *id est*, ut ipse interpretatur, τὸ τριπλοῦν τοῦ ὕδατος, sic hîc poëta dicat οἶνον ἴσον ἴσῳ φέροντα, *vinum par pari ferens*, id est, *aequali portione aquae temperatum.* Monuit hoc loco Casaubonus: »Quae sequuntur *de variis vini temperamentis*, conferant »studiosi cum iis quae de eadem re Athenaeus scripsit »alibi, & Iulius Pollux, aliique.« — Praeter nominatos auctores, conferendus praesertim Plutarchus, Sympos. III. 9. & Schol. ad Aristoph. Eq. 1184.

AD CAP. XXVIII.

In ed. Ven. & Bas. deest & *Menandri & Hesiodi* testi- c
monium, quum recentior aliquis scriba, a verbis ὅτι Μένανδρος ἐν Ἡρωϊ ἔφη aberrans ad illa inferiora, Ἀναξίλας ἐν Νηρεῖ ἔφη, post ista ἐν Ἡρωϊ ἔφη statim illa posuisset, Καί τοι πολύ γ' &c. Quae deerant, ea tacite supplevit in sua editione Casaubonus ex Italicis codicibus e quibus varietatem lectionis excerptam habebat. Sed in *Menandri* testimonio, sua auctoritate Χοῦν posuit, pro Χοῦς, quod & noster codex *A.* habet, & ex Aegiano codice ab ipso Casaub. in ora exempli editionis Bas. quo is olim usus erat, adnotatum est. Eadem verba etiam in latina

c verſione e Graecis codicibus mſstis olim ſupplens Natalis Comes, *Chûs vini miſti* ſcripſerat, non *Chûn*. De verbis ad metri leges digerendis monuit BENTLEIUS in Emend. in Menandr. pag. 31. poſtquam ineptum ſenarium obtrudere lectoribus voluerat CLERICUS in Fragm. p. 76.

Ἡσίοδος – – παραινεῖ. Vide *HESIODI* Ἔργ. vs. 594. Utque ibi Τρὶς ὕδατος legitur, ſic & hic ſcribitur in ms. *A*. non Τρεῖς, ut edidit Caſaubonus. Idem verſus eodem modo ſcriptus legitur in ms. *Epit.* Intelligendum fuerit, *Ter infundere* portionem *aquae*. Quod ſequitur δι' ὃν καὶ Ἀναξ. fortaſſe δι' ὃ malles, id eſt, *propterea*, ut in verſione poſuit Natalis. Sed δι' ὃν, ut edidit Caſaubonus, ſic tenet ms. *A*. Intelligemus igitur, *propter quem*, nempe, *Quem* (ſcil. Heſiodum) *reſpiciens Anaxilas* ait id quod continuo adponitur; ubi ſibi non placere ſignificat id quod ille praeceperat.

Ἀναξίλας ἐν Νηρεῖ. Notanda *ANAXILAE* fabula *Nereus*: quae, quum a Fabricio in recenſu fabularum huius Comici omiſſa eſſet, etiam diligentiſſimi Harleſii effugit obſervationem. Quum verba iſta (ut paulo ante dictum) deeſſent vetuſtis editionibus Graecis & verſioni Dalecampii, etiam in Auctorum quibus Athenaeus uſus eſt Indice, a Dalecampio concinnato, praetermiſſa erat mentio huius fabulae, quae nusquam alibi citata reperitur. In *priore verſu*,

Καί τοι πολύ γ' ἔσθ' ἥδιον. οὐ γὰρ ἂν ποτε

claudicanti merro nihil opis offerebat vetus cod. *A*. Silet vero prorſus Epitoma. Sed facile ſibi perſuadebit eruditus lector, ſic ſcripſiſſe poëtam, Καί τοι πολὺ τοῦτ' ἔσθ' ἥδιον. In *poſteriore*, rurſus non τρεῖς, ut erat editum, ſed τρὶς, ut in Heſiodi verſu, dedit codex Mstus. Recte: nam ſi pronomine, non adverbio, uti voluiſſet poëta; τρία dicere debuerat, non τρεῖς, quia ἕν ſequitur in neutro genere. Sed & hic verſus illegitimus, & iuſto brevior:

ἔπινον τρὶς ὕδατος, οἴνου δ' ἓν μόνον.

Cui conſulueris, ſic ſcribendo:

ἔπινον ἐγὼ τρὶς ὕδατος, οἴνου δ' ἓν μόνον.

Ἄλεξις δ' ἐν Τιτθῇ. Sub Τιθεῖ, quod hic dabat vetus codex, vix dubitari potuit quin lateret Τιτθῇ, quod perſpicue legebatur VI. 241. c. ubi vide notata. Duos priores verſus, qui ex hac *ALEXIDIS* fabula citantur, tales exhibui quales in ed. Ven. & Baſ. legebantur:

Ἰδοὺ πάρεστιν οἶνος, οὐκοῦν ἐγχέω d
Κρίτωνα πολὺ βέλτιον ἕνα καὶ τέτταρας.

Neque quidquam mutat codex *A.* praeterquam quod Ἰδοὺ γὰρ habet; quod ferri nequit, nisi Ἴδε pro Ἰδοῦ scribas. Casaubonus in fine prioris versus *interrogandi signum* posuit: in Animadversionib. autem intactum praetermisit hunc locum, quasi sic satis bene curatum, aut nulla difficultate laborantem: cui tamen (quantum equidem exputare potui) nec metrica ratio nec sententia constat. DALECAMPIUS quidem, longe a vulgata scriptura recedens, versus istos latine sic reddiderat:

» A. *Ecce dum vinum adest.* B. *Funde igitur & misce.*
» *Longe melius erit, unum ac quatuor.*

Cuius Latina, pro suo instituto, in Graecum sermonem convertens PURSANUS, Graecos versus in hunc modum concinnavit:

» Ἰδοὺ πάρεστιν οἶνος, οὐκοῦν ἔγχεε
» κίρνα τε πολὺ βέλτιον ἕνα γε καὶ τέτταρας.

VILLEBRUNIUS, primum versum tenens sicut editus est, nisi quod personarum partes in hunc modum distinxit,

A. Ἰδοὺ πάρεστιν οἶνος. B. Οὐκοῦν ἐγχέω

secundum versum pro suâ Graecae prosodiae peritiâ sic refingendum censuit,

ἄκρατον; B. Ναί! πολὺ βέλτιον ἕνα καὶ τέτταρας.

(ἕνα intelligens κύαθον: rursusque τέτταρας κυάθους.) Sententiâ quidem minime incommodâ: si modo (ut misere pessumdatum metrum taceam) non nimis longe recederet a librorum scriptura. Equidem *Critonis* nomen, quod hic habent Libri, non sine violentae audaciae notâ abiici posse putavi: cum praesertim idem nomen, apud alium quidem Comicum, sed in simili tamen argumenti versibus, compotatori cuidam tributum videam, pag. 431. d. Servato igitur illo nomine suspicatus eram, in sententiam haud dissimilem ei, quae Villebrunio placuerat, tali quodam modo concinnari versus posse:

A. Ἴδε γὰρ πάρεστιν οἶνος. B. Οὐκοῦν ἐγχέω,
Κρίτων, ἴσον; A. Πολὺ βέλτιον ἓν καὶ τέτταρα.

Sic ἴσον concise dictum fuerit pro ἴσον ἴσῳ, *aequis partibus.* Sin ἄκρατον malles, eiiciendum erat vocab. πολὺ, & sic scribendum:

Κρίτων, ἄκρατον; A. Βέλτιον ἓν καὶ τέτταρα.

Sed cum alter dicat, *Multo meliorem esse mixtionem unius*

d *cum quatuor*, intelligi par eſt, alterum non prorſus *merum*, ſed *minus dilutum* dixiſſe. Si alioquin ſanus eſſet verſus, poteras etiam coniectare, κρίτωνα vulgo Athenis fortaſſe dictam fuiſſe certam quampiam miſcendi vini rationem. Deinde vero, quo pacto verſui convenire poſſet vulgata ſcriptura, ἕνα καὶ τέτταρας, non vidi. Agnoſcit tamen eamdem etiam Epitoma, in qua ſic conciſe: Ἄλεξις δέ που φησίν· ἐγχέωμεν ἕνα καὶ τέτταρας.

Verſ. 3. Non ὑδαρὸν, ut edd. ſed ὑδαρῆν dedit ms. *A.* cum quo conſentit quod ſequitur ταύτην, nempe τὴν κύλικα. Perinde vero etiam ὑδαρῇ legi poterat, a nominativo ὑδαρὴς, quod habet ms. *Ep.* in contextu; ſed & ibi eſt ὑδαρῆν inter lineas. ὑδαρῇ quidem habes pag. 427. c. conſentiente ms. *A.* & ὑδαρὲς in neutro genere pag. 423. f. ſed rurſus ὑδαρῆν, ſcil. κύλικα, idem ms. *A.* & alii, pag. 430. e. & f. Iam rurſus claudicabat *quartus verſus*, vulgo ſic ſcriptus:

λέγε τι καὶ διατριβήν γε τῷ ποτῷ
ποιῶμεν. —

Qui cum iuſto eſſet brevior, verbum tamen ποιῶμεν eidem non adtribui poſſe adparebat. Conſentiunt autem in vulgatam ſcripturam ambo noſtri mssti cum editis. Gallicus interpres duplicem propoſuit medicinam:

λέγε τι, καὶ διατριβήν γε ποίει ἐν ποτῷ.

aut in hunc modum: — διατριβὴν ποιῶμεν τῷ ποτῷ. Vertit autem vernaculo ſermone: *Parle enſuite, & diſſerte pendant que nous ſerons a boire.* Similiter fere Dalecampius: *Iam loquitor nonnihil, ut inter bibendum confabulemur.* Sed ad λέγε τι intercidiſſe aliquid mihi viſum erat; veluti λέγε τί θέλεις, aut τί νοεῖς: *dic quid ſentias; dic an non ſatis commoda tibi videatur illa mixtio.* Tum διατριβὴν ποιεῖσθαι hoc loco cum H. Stephano (Theſ. T. III. p. 1334 *bis*, d. e.) intellexi *moram facere, in longum producere.* Sed in eamdem ſententiam τὸ ποτῷ penacute ſcribendum fuit. Nam ὁ πότος eſt *compotatio*: τὸ ποτὸν vero, *potus, id quod bibimus.* Quod ſi omnino tenendum τὸ ποτῷ, (quod eodem modo etiam in ms. *Ep.* ſcriptum video) tum equidem nomen διατριβὴν longe aliter interpretandum cenſerem, in hanc ſententiam, *& iucunditatem certe conciliemus noſtro potui;* id eſt, *ea certe utamur mixtione, quae iucundum & delectabilem faciat potum.*

καὶ Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις· Πῶς δὲ καὶ κεκραμένον πίνειν

τὸν οἶνον δεῖ. B. Μετὰ τέτταρα καὶ δύο. &c. Nullâ interpo- d
sitâ distinctione legebatur, τὸν οἶνον δεῖ μετὰ τέτταρα &c.
Ibi monuit CASAUBONUS: »Scribe *DIOCLIS* locum hoc
»modo: Πῶς δὲ καὶ κεκραμένον πίνειν τὸν οἶνον δεῖ με;
»Τὰ τέτταρα καὶ δύο. *Quomodo temperatum vinum bibere*
»*me oportet? Quatuor* aquae, *vini duo.*« — At ego, me-
mor frequentissime a librariis permutari voculas μετὰ &
κατὰ, non dubito, κατὰ τέτταρα καὶ δύο scripsisse poë-
tam, sententiâ quidem eâdem quam interpretatus est Ca-
saubonus. Sic alius poëta apud Nostrum, p. 430. d. κα-
τὰ δύο καὶ τρεῖς ἀκράτου dixit, pro δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς
ἀκράτου, ut interpretatur ipse Athenaeus. Taceo, non
videri observasse Animadversorem, legitimis versibus se-
nariis concepta esse illa verba. Sed miratus sum, cum sic
continuo pergentem eumdem viderem: »Hanc fuisse an-
»tiquissimorum Graecorum vini temperaturam, auctor
»Hesychius. Τὸ πάλαι, ait, ἐκιρνᾶτο τρία ὕδατος λαμβά-
»νειν, τὸ δὲ τέταρτον οἶνον. Dissertim Athenaeus hic con-
»trarium scribit, qui subiicit Diocleis verbis: ἡ δ' οὖν
»κρᾶσις αὕτη παρὰ τὸ ἔθος οὖσα, ἐπέμνησε (scribo
»ἐγέννησε) τάχα καὶ τὴν θρυλουμένην παροιμίαν, Ἢ
»πέντε πίνειν ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Quae ita verte: *Ab*
»*hac igitur temperatura, quae praeter consuetudinem erat, na-*
»*tum fortasse proverbium usu tritum, Aut quinque bibe aut*
»*tria: non autem quatuor.* Idem tamen paullo ante de hac
»crasi locos recitavit antiquissimi poëtae Hesiodi, & Ana-
»xilae comici. Sed certissimum est, nullam fuisse com-
»munem omnibus Graecis certam κράσιν. Aristophanes in
»Equitibus [vs. 1184.] temperamenti meminit, quod ait
»eius interpres habitum omnium optimum: cum quinque
»partium tres aquae, duae erant vini. Habent & medici
»suas κράσεις. Hippocrates quidem plurimis locis memi-
»nit τῆς ἴσου ἴσῳ, alibi aliarum.« — Haec ille: quae quum
scriberet vir doctissimus, aliò profecto occupatum habue-
rat animum. Primum enim nescio quo pacto ei accidit,
ut mixtionem quae apud Dioclem comicum commenda-
tur, *quatuor partium aquae cum duabus vini*, (quae ratio
eadem est ac si dicas *duplum aquae*, vel *duas aquae portio-
nes cum una vini*) confunderet eamdemque faceret cum il-
la, quam ab Hesychio ait tradi apud antiquissimos Grae-
cos vulgo in usu fuisse, *trium aquae partium cum quarta vi-
ni*. Tum ex hac confusione factum, ut Athenaeum no-

d ſtrum & cum Heſychio & ſecum ipſum pugnare ſtatueret: quorum neutrum imputari illi hoc loco poteſt; nec enim illam mixtionem, quae *tribus aquae partibus cum una vini* conſtat, *praeter conſuetudinem eſſe* ait; ſed iſtam, quae *quatuor aquae partes cum duabus vini* miſcet. Denique quid opus erat, verbum ἐπέμνησε cum ἐγέννησε permutare? atque adeo proverbio illi, cuius hic meminit Athenaeus, originem tribuere, de qua ille nec cogitavit, nec ſine abſurditatis notâ cogitare potuerat? Aut quid incommodi habebat illa ſententia, quam nos, ſervato verbo, quod cum editis tenet uterque noſter codex mstus, verbum de verbo in latina verſione expreſſimus: *Quae mixtio quum ſit contra morem, in memoriam forte etiam revocavit* (*convivis*; intelligendo αὐτοὺς) *tritum illud ſermone proverbium.* Si qua forte dubitatio de verbo ἐπέμνησε ſubeſſet, cuius eſt paulo rarior uſus; poterat de uſitatiore ὑπεμνησε cogitari in illius locum ſubſtituendo: ſed ne hac quidem novatione erat opus. Quemadmodum ὑπομιμνήσκειν τί τινὰ ſignificat *aliquid alicui in memoriam revocare*: ſic nihil impediebat Athenaeum, quo minus verbo ἐπιμιμνήσκειν eâdem notione eâdemque cum conſtructione uteretur. Ob.ter profiteor, mihi Gloſſas Heſychii ſtudioſe evolventi excutientique non contigiſſe, ut verba ea quae ab illo tradita Caſaubonus retulit, reperirem. Caeterum iſta ratio, quam praeter morem eſſe ait Athenaeus, eſt tamen eadem quam paulo poſt (pag. 427. a.) ab *Anacreonte* laudatam refert: nam ut ſe habent quatuor ad duo, ſic decem ad quinque: ſcilicet ut duo ad unum.

Iam, quod ad ipſum proverbium ſpectat, quod iambico ſenario aenigmaticâ ratione ſic expreſſum circumferebatur,

Ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρί', ἢ (ſic mssti, non τρία ἢ ut edd.) μὴ τέτταρα:

de eius ſententia iam olim diſceptabant veteres. Ad numerum potandorum in conviviis poculorum retuliſſe videtur *Demetrius* neſcio quis, (*Democritum* intelligebat Erasmus in Adag. p. 53.) Plinio commemoratus, lib. XXVIII. cap. 6. ſect. 17. Quae interpretatio placuit *Hieronymo* MERCURIALI, Var. Lection. lib. I. cap. 8. pag. 22. Alii ad diluendi vini rationem referunt, ut Plutarchus Sympoſ. III. 9. & auctor noſter, qui interpretandi cauſſâ proverbii haec ſubiecit, ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν φασὶ δεῖν, ἢ ἕνα

πρὸς τρεῖς: ubi pro φησὶ, quod erat editum, φασὶ dedit uterque codex mstus, & ex Epitoma etiam Euſtathius, ad Od. ι'. pag. 348. l. 50. cuius verba placet adſcribere: Τὸ δὲ, κατὰ Διοκλῆν, inquit, πίνειν οἶνον κεκραμένον τέτταρα καὶ δύο, παροιμία κωλύει λέγουσα τὸ, Ἢ πέντε πίνειν ἢ τρί' ἢ μὴ τέσσαρα. ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε φασὶ πίνειν δεῖ, ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς· κρατῆρας δηλονότι. (κυάθους δηλονότι malebam.) Caeterum aliam rationum iſtarum interpretationem ex Lexico Rhetorico adfert idem Euſtathius: nempe, τὸ πέντε valere rationem *trium ad duo*; τρία vero valere rationem *unius ad duo*; τέτταρα autem ſignificare ἴσον ἴσῳ.

Quae ſequuntur, in hunc modum edita erant: Περὶ δὲ ταύτης τῆς κράσεως Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶν, ὅτι

Εὑρὼν ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο,
πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς
πρὸς ἕνα κυάθους.

Οἱ δ' ἐπιτεταμένως &c. Ad quae nihil adnotavit Caſaubonus: quaſi & ipſe praeſcripta verba, quoniam *Ionis poëtae* eſſe perhibentur, pro verſibus habuiſſet. At *Ion* poëta tragicus, idemque comicus, natione Chius, ſi (quod hîc docet Athenaeus, conſentiente Pauſania lib. VII. cap. 4 extr.) librum etiam περὶ Χίου edidit, quem Etymologus in voc. Λόγχας, & Scholiaſtes Ariſtoph. ad Pac. 835. ex Bentleii emendatione Χίου κτίσιν indigetant; potuit illum librum ſolutâ conſcribere oratione: ſive illum verſibus conſcripſit, potuit Athenaeus id, quod ex eo hîc refert, ſoluta oratione mutatis nonnihil verbis referre. Illud quidem ſatis adparet, non metro adſtricta, ſed proſaica eſſe verba ab Athenaeo adpoſita; de quo pridem monuit BENTLEIUS in Epiſt. crit. ad Millium, pag. 65. & poſt hunc TOUPIUS in Epiſt. crit. pag. 92. Cur autem eosdem doctiſſimos viros offenderit verbum εὑρὼν, quorum ille ὅτι ὁ οἰωνομάντις Παλαμ. hic vero ὅτι ὁ ἀλευρόμαντις corrigebat, nullam ſatis idoneam cauſſam equidem vidi. Vini temperatio ita utile inventum viſum erat veteribus, ut etiam inventoris nomen dignum cenſerent, quod memoriae proderetur. *Melampodem* eo nomine a nonnullis laudatum eſſe docuerat Noſter, II. 45. a. Στάφυλος δέ φησι, τὴν τοῦ οἴνου πρὸς τὸ ὕδωρ κράσιν Μελάμποδα πρῶτον εὑρεῖν. Alii (teſte eodem Noſtro, II. 38. c. & V. 179. e.) ad *Amphictyonem* regem laudem illam referebant, qui

τὴν τοῦ οἴνου κράσιν sive κρᾶσιν ab ipso Baccho didicisset. Quidni ergo fide librorum nostrorum, communi consensu verbum εὑρὼν hic tenentium, credamus, *illius rationis miscendi vini inventionem*, de qua mixtione hic agitur, *ad vatem Palamedem* ab Ione esse relatam. Si quid esset mutandum, probarem οὔριον, ad πλοῦν relatum, quod proposuit IACOBS, in Animadv. in Eurip. Trag. pag. 141. Sed in librorum scripturâ omnino adquiescendum arbitror.

Νικοχάρης γοῦν. Perperam Νικόχαρις ms. *Ep.* Quod dein ait Athenaeus, πρὸς τοὔνομα παίζων ἔφη, paulo enucleatius scripsit Epitomae auctor: παίζων πρὸς τὸ ὄνομα f τοῦ Οἰνομάου φησὶν, Οἰνόμαος οὗτος· χαῖρε πέντε καὶ δύο. Nempe Οἰνόμαος proprie sonat *qui vinum desiderat.*

Posterior versuum *NICOCHARIS* ex *Amymone* omissus est in *Ep.* Ex ms. *A.* ad vulgatam scripturam,

κἀγώ τε καὶ συμπόται γενοίμεθα,

nihil adnotatum. Manifestum tamen erat, intercidisse ante συμπόται vocalem σὺ, quam inseruimus. Eamdem tacite adiecerat PORSONUS, versum istum citans in Notis ad Euripidis Med. vs. 6.

AMEIPSIAE testimonium, sic (veluti soluta oratione conceptum) scribebatur in editis: ἐγὼ δὲ Διόνυσος πᾶσιν ἡμῖν εἰμὶ πέντε καὶ δύο. Pro ἡμῖν, rectius haud dubie ὑμῖν dedit mstus noster uterque. Porro, quum perfectum efficiant senarium ista verba,

ἐγὼ δὲ πᾶσιν εἰμι πέντε καὶ δύο:

suspicatus sum, verba Διόνυσος & ὑμῖν partim e superioribus versibus, partim interpretandi caussa ab Athenaeo adiecta esse: quare, tamquam extra versum posita, parentheseos signis inclusi.

EUPOLIDIS versiculum ex *Capellis*,

Διόνυσε, χαῖρε, μή τι πέντε καὶ δύο;

omisit Breviator. Habet tamen eumdem Eustathius, ad Od. ι'. pag. 348. l. 44. nempe ex Lexico Rhetorico, ad quod diserte ibi provocavit. Perperam autem ibidem μή τοι, pro μή τι, scribitur.

Ἔφιππος, θεοῖς, &c. »Admodum depravatus est hic locus. Ἔφιππος, θεοῖς·

»Ἔπειθ' ὅταν πινώμεθ' ἢ διψῶμεθα,
»εὐχόμεθα πρὸς τοῦθ' ὁ οἶνος ὠκαιρὰς † γένου
»οὐκ ἀστοῦ καὶ πηλοῦ 'γὼ φέρω παίζων ἅμα,
»κ' αὖθις γεγένηται τοῦτο πέντε καὶ δύω.

»Praeſtare haec ſarta tecta non poſſumus, & fortaſſe ali»quid deeſt. In *ſecundo verſu* οἶνος εὐκράς μοι γένου ſcri»bendum, vel, ut fere habent membranae, εὐκέρας »γένου, vel γένοιθ'. In *tertio* verè ſcribimus absque con»troverſia, οὐκ τοῦ καπηλοῦ 'γὼ φέρω: *quod a cau»pone ego affero.* Hermippi autem Θεῶν meminit Pollux li»bro IX. in deſcriptione luſionis quam πεντάλιθα vo»cant; & Comici interpres ad Veſpas & Aves: item He»ſychius in Μίλαξ & Ἡλικία.« CASAUBONUS. — Mihi *verſ.* 2. verum viſum eſt εὐκέρας: quod dici potuit pro εὐκρὰς vel εὐκρὴς aut εὔκρατος, *bene temperatus;* quemadmodum αὐτοκέρας (teſte Polluce VI. 24.) dicebatur pro αὐτόκρας: niſi ὦ εὐκρανὴς γεισοῦ dixit poëta, feſtive; quaſi ipſum vinum, veluti Deum, invocaret: quae invocatio etiam ipſo imperativo γένου indicatur. Quid vero de πρὸς τοῦθ' ὁ οἶνος facerem, quod ad metrum minime aptum erat, prorſus incertus haeſi. Si τοῦτ' per τ literam ſcriberetur, in proclivi foret abiicere articulum. Nunc, quum ſcriptura τοῦθ' (per θ) ſpiritum *aſperum* poſt ſe requirat, pro ὁ οἶνος fortaſſe per ſynaloephen quamdam οἶνος duabus ſyllabis ſcribi pronunciarique potuiſſe cogitavi: de quo penes doctiores iudicium eſto. *Tertio verſu* ma-a gis placuit οὐκ ἀπὸ καπήλου, quod ex ADAMI coniectura Villebrunius adoptavit, quam οὐκ τοῦ καπηλοῦ, quod propoſuerat Caſaubonus. κάπηλον autem in peiorem partem de *fraudulento caupone* accipiendum putavi: quam in partem frequenter id nomen uſurpant Graeci. Vide Suidam in Καπηλικῶς, & Toupii Emend. in Suid. Part. II. p. 61. ed. Lond. p. 204. ed. Lipſ. Conf. infra, p. 431. d.

AD CAP. XXIX.

Παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι εἷς οἴνου πρὸς δύο ὕδατος. Recte δύο mstus uterque; non δύ', ut erat editum. Eliſioni ultimae vocalis non erat hic locus. Quod vero Παρὰ δὲ Ἀνακρ. εὕρηται εἷς οἴνου ſcribitur in *Epit.* id utrum ex vetere Athenaei codice ductum, an perſpicuitatis cauſſa ab auctore Epitomae adiectum ſit verbum, neſcio: percommode quidem hic poſitum eſſe, nemo negaverit. Pro εἷς οἴνου ſcribendum ἓ οἴνου (i. e. *quinque vini partes*) cenſuerat *Hieron.* MERCURIALIS, Variar. Lect. I. 18. p. 21. quoniam in ipſis poëtae verſiculis πέντε οἴνου diſerte me-

a morantur. At facile erat obſervatu, *quinque ad decem* eamdem rationem ſervare ac *unum ad duo*. Deceperat autem doctum virum vitioſa ſcriptura, qua poëtae verba corrupta h. l. erant, cum τὰ μὲν δ' ὑ' pro τὰ μὲν δέκ' eſſet editum.

Ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν &c. De totâ eclogâ nil aliud h. l. adpoſuit Breviator, niſi haec verba, ὃς καὶ (nempe Ἀνακρέων) τὴν ἀκρατοποσίαν, Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν: ſed infra, lib. XI. pag. 475. ubi priores quatuor verſus cum quinti initio iterum recitantur, habet eosdem *Epit.* cum ms. *A.* & ex Epitoma Euſtathius ad Od. γ'. p. 137 extr. Caeterum ex duobus iſtis Athenaei locis ecloga haec in omnes *ANACREONTIS* editiones recepta eſt: in editione Barneſii locum tenet inter Odas, num. LVII. in ed. Brunck. num. LVI.

Verſ. 2. Quod ait κελέβην, *poculi* id nomen eſt, de quo diſſerit Noſter, lib. XI. pag. 475. ἄμυστιν dixere veteres, πόσιν ἣν ἔστιν ἀπνευστὶ πίνειν μὴ μύσαντα: ut docet Athenaeus in ea parte libri XI. quae cum deeſſet pleniori operi, ſuppleta eſt ex Epit. a Caſaub. in Animadv. Confer Suid. & Heſych. & quos ibi laudarunt interpretes, praeſertim BARNESIUM ad Anacr. vs. 320. & ad Eurip. Rheſ. vs. 419.

Verſ. 3. pro eo quod hîc edebatur, τὰ μὲν δ' υ', recte τὰ μὲν δέκ' ex XI. 475. c. receperunt Anacreontis editores. Cuius ſcripturae veſtigium etiam hoc loco ſupereſt in ms. *A.* ubi non, ut in editis, δύ' ἐγχέας ſcribitur, ſed ſic δ' ἐκχέας. Iam participium ἐγχέας quidem, quod hic in Msto truncatum, in impreſſis vero Athenaei exemplis reſtitutum eſt, conſentientibus msstis & editis legitur XI. 475. c. pariterque apud Euſtathium l. c. Ac fieri poteſt (quod ad Anacr. vs. 917. notavit BARNESIUS) ut ſic ipſe etiam Athenaeus ſcripſerit, ſenſum attendens, non metrum. At poëta certe vix dubitari poteſt quin ἔγχεε (in imperat.) ſcripſerit: quam ſcripturam nos tenuimus, ab omnibus Anacreontis editoribus receptam. Si quis tamen, conſtantis librorum ſcripturae verecundiâ ductus, ſtatuerit potuiſſe fortaſſe duas ſyllabas χεας pro una pronunciari, non magnopere equidem repugnabo.

Verſ. 5 *ſq.* Cum poſtrema pars eclogae in hunc modum edita eſſet, τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους, ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδενδασσαμήσω: monuit CASAUBONUS: »Fortaſſe ita »corrigas non male, τὰ πέντε δ' οἴνου· κυάθοις ὡς ἂν

» ὑβριστιῶσαν φρένα δεύσας βασσαρήσω: vel φρέν' ἀναδεύ- a
» σας βασσαρήσω. *Ut cum luxuriantem animum cyathis riga-*
» *vero, furere incipiam.* « — Et κυάθοις apud Anacr. recepit BRUNCK cum aliis; ita quidem, ut non cum ſequentibus ſed cum praecedentibus iungeret; in hunc modum, puto, intelligens naturalem ſtructuram orationis, ἔγχει κυάθοις τὰ μὲν δέκα (μέρη) ὕδατος, τὰ δὲ πέντε οἴνου. At quum non modo hic κυάθους teneat vetus codex *A.* ſed & in eamdem ſcripturam rurſus inferiore loco (XI. 475.) uterque codex conſentiat, nil novandum putavi, tenendumque κυάθους, intelligendo cum BARNESIO τὰ μὲν, τὰ δὲ, *partim, partim*; ſive, quod eodem redit, *hinc, illinc.* In ſequentibus verbis, vocabulum φρένα a Caſaub. accipiens idem BARNESIUS, ſic edidit:

» κυάθους· ὑβριστιῶσαν
» φρένα δεῦσε βασσάρησιν.

Cuius rationem, quam *Theodoro Marcilio* acceptam retulit, iam non moror. BRUNCKIUS (ſuo-ne ex ingenio, an alium ducem ſecutus, nunc non vacat inquirere) duos poſtremos verſiculos in hunc modum conſtituit:

» κυάθεις, ὡς ἀνυβριστὶ
» ἀναδεύων βασσαρήσω.

Quae ut ingenioſa ratio eſt, ſic & ad ſenſum percommoda, (nec enim *furere* nunc vult poëta, ſed moderate bacchari) ac perparum recedens a veteris ſcripturae veſtigiis. Sed, quo pacto metrica ratio conſtaret eisdem verſiculis, non vidi: nam, cum ſecundus pes neceſſario vel iambus vel tribrachys vel anapaeſtus eſſe debeat, in penultimo *Brunckii* verſiculo, trochaeus eſt, in ultimo ſpondeus. Quare, in eamdem fere ſententiam, aliam viam conſtituendorum verborum ingrediendam putavi; in qua nonnihil nos adiuvit veteris noſtri codicis ſcriptura, quae in hunc modum enotata eſt in excerptis lectionibus, ὡς ἂν ὑβριστιωσαναδευτε βασσαρήσω. Qua ex ſcripturâ videant docti, an certius aliquid aut probabilius erui poſſit, quam nobis licuit coniectare.

Scripturam ἀκρατοποσίαν cum editis tenet ms. *Ep.* Sic & ἀκρατοπότης, & ἀκρατοποτεῖν, per *o* breve in ſyllaba πο. Sed codex *A.* ut hic ἀκρατοπωσίαν habet, ſic deinde (lit. *c.*) ἀκρατοπωτεῖν, per ω longum: quod an rectius ſit, mihi non liquet. In vocabulis πῶμα & ἔκπωμα ſcripturam per vocalem longam recte adſertam ſcio a *Porſo-*

a *no* ad Eurip. Hecub. 396. & a *Fiorillo* in Obſ. in Athen. pag. 81 ſq. Et firmat illorum obſervationem eiusdem noſtri codicis uſus fere perpetuus in illis vocabulis, in quibus ſaepe peccarunt vel editores vel ſequiores librarii. Sed iſtarum vocum, de quibus dicere coeperam, alia videtur ratio eſſe. Et inconſtans in his eſt idem codex, ni fallit nos lectionis varietas ex illo excerpta: nam, (ne longe abeam) ad proximum vocab. ἀκρατοποτὴν (lit. *b.*) nihil adnotatum. Attamen rurſus p. 430. c. pro φιλοποτὴς, quod eſt editum, φιλοπώτης ex ms. *A.* enotatum video. Sed in συμπόται quidem p. 426. f. ο breve ipſe verſus deſiderabat.

In *primo* ex poſterioribus *ANACREONTIS* verſiculis, pro Ἄγε δότε, quod in ed. Ven. & Baſ. legebatur, Ἄγε δῶτε in Anacreontis editione poſuit H. Stephanus, & poſt eum alii omnes (quod ſciam) Lyrici poëtae editores, itemque apud Athenaeum Caſaubonus: inſolitâ prorſus verbi formâ minus offenſi, quam pede tribrachy initio verſiculi Anacreontei. Spero probabilius viſum iri id quod nos, praeeunte aliquatenus noſtro codice, dedimus, Ἄγε δεῦτε: nam haud obſcure hoc latere videtur ſub illo Ἄγε δηυτε, quod ita ſcripſerat librarius, cum menti eius adhuc obverſaretur iſtud Ἄγε δῆ, a quo incipiebat verſus haud ita multo antecedens. In *ultimo verſiculo*,

b ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις:

incertus haeſeram. Nam *trochaeus* quidem *pes in ſecunda iambici verſus ſede* quo pacto locum tueri poſſet, (quamquam & a BRUNCKIO ſervatum vidi) exputare non potui. Potuerat utique participium, ad ſententiam percommodum, ponere Athenaeus, metri non magnopere habens rationem: poëta vero quid maxime ſcripſerit, haud facile definias. Quem ſi ſtatuas, ὑποπίνομέν τ' ἐν ὕμνοις ſcripſiſſe, fuerit indicativus modus pro ſubiunctivo poſitus, *bibimus!* pro *bibamus!* more poëtis minime infrequente: per coniunctionem τε vero in Oda olim integra connexus fuerit ille verſiculus cum ſequente; quem quoniam adponere ſuperſedit Athenaeus, fortaſſe idcirco, ne ſuſpenſa maneret ſententia, participio ὑποπίνοντες uſus eſt.

Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἕκτῃ. Exſtat locus hodieque apud *HERODOTUM*, *lib. VI.* cap. 84. Mirum vero, quod eadem fere verba, quae ex Herodoto ſtatim citavit, deinde rurſus ex *CHAMAELEONTE* adponit Deipnoſophiſta; tum quod

in Herodoti quidem verbis ἐπισκυθίσαι ponit, in Chamaeleontis vero ἐπισκυθίσον, quod unum hodie Herodotei libri omnes agnoscunt, praeter unum a Wesselingio citatum, in quo ἐπισκυθῖσαι. Verbum ἐπισκυθίσαι, *Scythice agere*, & ἐπισκύθισον, *Scythice age*, interpretatus est Meursius, Miscell. Lacon. lib. III. cap. 7. ubi hunc locum tractavit.

τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας. Verbum ποιεῖ operarum negligentiâ praetermissum esse in ed. Cas. 1. monuit ipse Casaub. in Animadv. Restitutum illud denique est in ed. Cas. 3. Quod in *Achaei vers.* 1. *Achelous* nominatur pro *quavis aquâ*, de illo usu huius nominis vide Virgilii interpretes, & in his praesertim *de la* Cerda, ad Georg. I. 9. *Vers.* 2. Si λῦξαι teneas, quae est librorum scriptura, (quamquam in *Epit.* quidem hic versus cum seq. non comparet,) non alia fuerit sententia quam quae a nobis in versione expressa est. Gallicus interpres non satis habuit ϑῖξαι legere cum Dalecampio; sed & γείει in γάνσι mutandum censuit. Mire vero prorsus Dalecampius: *Eum tangere, ne genis quidem, nobis fas:* quod Graece γέννι reddidit *Pursanus.* Equidem τῷ γένει ἡμῶν intellexeram.

Vers. 3. Satis speciosum erat, quod vulgo edebatur,

Καλῶς μὲν οὖν ἄγειν σκυθιστὶ πιεῖν,

in eam sententiam, quam Gallicus interpres his verbis expressit: *Car bien vivre, c'est boire à la Scythe;* in memoriam simul revocans Trimalcionis dictum apud Petronium, *Vita vinum est.* Quoniam vero claudicabat versus, σκυθιστί γ' ἐκπιεῖν corrigendum idem interpres censuerat: pro quo poteras etiam ὑποπιεῖν coniectare, aut σκυθιστί ἐστιν πιεῖν. Dalecampius cum sic vertisset, *At Scytharum more vitam agere, & bibere, pulchrum:* ista Graece sic *Pursanus* reddidit: ἡμῖν δ' ἄγειν καλὸν σκυθιστὶ, καὶ πιεῖν. At σκυθιστὶ non habet vetus codex: sed nude Σκύθῃ (quod Σκύθῃ valere videtur) πιεῖν.

AD CAP. XXX.

Ἦσαν δ' αἱ τῶν ἀκρατοποτῶν ἐπιχύσεις — — οὐ παλαιαί. Desunt ista *Epit.* Editi sic habebant, ἦσαν δὲ τῶν ἀκροατῶν ἐπιχύσεις — — οὐ παλαιαί: nec aliter ms. *A.* nisi quod in hoc corrupte παλιαί scribitur. Vulgatam

c ſcripturam ſic interpretabatur Dalec. *Quod nunc magiſtris & doctoribus auditores diſcipulique libant* &c. Quare CASAUBONUS: »Quaenam erant, inquit, illae *auditorum libationes?* »de quibus hic legimus, ἦσαν δὲ τῶν ἀκροατῶν &c. Da» lecampius, ut expediret ſe, mirificam interpretationem » attulit. Sed enim libationes quas diſcipuli *doctoribus* face» rent, nullas novimus ex antiquorum monumentis. Exi» ſtimamus legendum, Ἦσαν δὲ αἱ τῶν ἀκρατῶν ἐπι» χύσεις. Tangit auctor *morem* aliquem *diſſolutorum & ſtre» nuorum potatorum.* Narrat ex THEOPHRASTO, eum mo» rem *antiquum non eſſe: quippe priſcis temporibus nullam in » uſu fuiſſe* ἐπίχυσιν, *niſi cum Diis libabant, vel cottabo » ludebant.* Ex iſtis intelligi utcumque poteſt, *epichyſin* ge» nus παιδιᾶς fuiſſe, cum madidi convivae cyathos in ca» put mutuo ſibi invergerent: petulanter ſane, & nimis » improbe. Sed quid remulentia non auſit? Non diſſimilia » his ſunt quae referimus libro primo, cap. XIV. [nempe ad lib. I. pag. 17. d. e. At ea parum huc ſpectant.] » Simil» limum vero, & fortaſſe hoc ipſum παιδιᾶς genus eſt, » quod de temulentis Thracibus infra non longe ſcribitur, » [p. 432. a.] καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν » καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Quid » ſi ſcripſit Athenaeus, ἦσαν δὲ τῶν ἐρώντων ἐπιχύσεις? » Nam ſoliti amantes in honorem & recordationem τῶν » ἐρωμένων vinum ἐπιχεῖσθαι. « — Sane ſpeciem hoc habet inſignem, τῶν ἐρώντων, *amantium:* praeſertim ſi cogites quae ex Theocriti Scholiis retulimus in Animadv. ad VI. 254. a. At non modo in *amaſiorum* honorem utebantur ταῖς ἐπιχύσεσι, ſed & vel maxime in *regum* aliorumque *principum virorum honorem*, ut ex VI. 254. a. & 261. b. ſatis conſtat. Sed numquam ταῖς ἐπιχύσεσι utebantur niſi cum *merum* (ἄκρατον) biberent: (vide not. ad VI. 254. a. & ad IV. 162. c.) quare, quum hoc ipſo loco de ἀκρατοποσίᾳ ex profeſſo ſermonem inſtituerit Athenaeus, veriſimilior nobis atque etiam certa viſa erat TOUPII emendatio, τῶν ἀκρατοποτῶν legentis, in Notis ad Theocr. pag. 390. ed. Wartoni, nempe ad Idyll. II. 152. cuius tota conſulenda ibi Nota. Probavi vero articulum αἱ a *Caſaubono* commendatum, quem Graeci ſermonis uſus h. l. deſiderare videbatur. Nempe ex vulgari pronunciatione nata eſt ſcriptura δὲ, pro δ' αἱ.

d ὁ δὲ κότταβος. Huius ludicri iam in ſuperioribus paſſim

facta mentio. Ex profeſſo autem de eo commentatus eſt d auctor noſter initio libri XV. p. 665. f. & ſeqq. *Ibid.* καθάπερ καὶ Ἀνακρέων ὁ Τήϊος. Sic recte ms. *A.* non geminato articulo, καὶ ὁ Ἀνακρ. ὁ T. ut habebant editi. In illo *ANACREONTIS* teſtimonio,

Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαΐζων,

» ſuſpectum eſſe verbum δαΐζων « haud immerito pronunciavit CASAUB. Difficile ſane dictu quid huc faciat vel Suidae interpretatio, Δαΐζων, διακόπτων: vel Heſychii, κατακόπτων. Percommodum vero ad ſententiam foret δίκων, quod IACOBS propoſuit in Animadv. Crit. p. 186. nam δίκειν valet βάλλειν, id eſt, *iacere, emittere, iaculari;* quam in ſententiam ab aliis, ubi eodem de ludo agitur, verba ῥίπτειν, βάλλειν, ἱέναι, προιέναι, uſurpantur lib. XV. pag. 666 & ſeq. Nec incommodum foret παίζων, quod FIORILLO placuit, in Obſerv. in Athen. p. 60. Sed, quemadmodum aegre tibi perſuadeas vulgatiſſimum verbum παίζων in δαΐζων a librariis eſſe mutatum; ſic, quo pacto ex δίκων in δαΐζων aberrare potuerint, haud facile dixeris. Quare librorum ſcripturam (quae tamen, ne quid diſſimulem, ex unius codicis *A.* auctoritate pendet: nam in *Epit.* deeſt iſtud teſtimonium) loco movere non ſum auſus; videndumque putavi, ne vel aliud quid magis reconditum lateat ſub iſta ſcriptura, aut ne ipſo illo verbo uſus ſit poëta notione nobis adhuc incognitâ. ἀγκύλην nomen *poculi* eſſe nonnulli olim ſtatuerant, ut docet Noſter lib. XV. pag. 667. c. & in Supplem. ex lib. XI. a Caſaub. editis in Animadv. pag. 782. ed. Caſ. 2. & 3. Sed rectius, iudice eodem noſtro Athenaeo, alii ἀγκύλην intellexerunt χεῖρα, *dextram manum* ſolerti & decenti quadam ratione *curvari ſolitam* in cottabi ludo.

διὸ καὶ τὰ σκολιὰ καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν, πλήρη ἐστί. » Sententia parum plena. Deeſt αὐτοῦ: » aut ſcribendum, οὗ δὴ καὶ τὰ σκ. « CASAUBONUS. — Poterat, puto, ſubintelligendum pronomen αὐτοῦ (nempe τοῦ κοττάβου) nullo incommodo omitti, ex frequenti Graecorum ſcriptorum uſu. De *ſcoliis* quae dicuntur *carminibus* (quaſi *obliquis* aut *ex obliquo cantari ſolitis*) vide infra lib. XV. pag. 693 ſqq.

In *PINDARI* ſcolio nil mutat ms. *A.* Ut deſperatum, puto, praetermiſit Breviator. Suſpenſam abruptamque ſententiam quis hodie integram praeſtabit? Ad *verſic.* 2. quae-

rens olim SCHNEIDERUS (in Pindari Fragm. p. 17.) »An »fortaſſe in χειμάρῳ latet σὺν θ' ἡμέρῳ? « ſtatim ipſe cautus ſubiecit: »Sed hoc hariolari eſt. « — Ad poſtrema verba, καλῶ κότταβον, ſpectat CASAUBONI animadverſio: »Po- »ſitum καλῶ pro ἐπικαλῶ ſive ἐπιφημίζω, *Agathoni cot- »tabum hunc nuncupo:* vel ſcribe, Ἀγάθωνι τῷ καλῷ κότ- »ταβον: ut in Sympoſio Xenophontis, Ἀλκιβιάδῃ τῷ καλῷ. « — Poſterior ratio probabilior viſa SCHNEIDERO. Sic quidem idem Xenophon, Hiſt. Graec. lib. II. p. m. 367. τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν· Κριτίᾳ ταῦτ' ἔστω τῷ καλῷ.

Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι &c. »*Quae de menſâ inter epulan- »dum caderent, mortuis conſecravit antiquitas* illa vere ἀρ- »χαία & βεκκεσέλινος. Poſtquam id nos docuit Athe- »naeus, ſubiicit: Διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας »φησὶν, ἐπειδὴ νομίζειν (malim, νομίζοι aut νομίσειε) »τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι,

»Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός·
»ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

»Athenaei ſunt, non Euripidis, omnia quae praecedunt »verbum πεσόν. Senſus eſt: ſolitos veteres, quae de men- »ſâ cadunt, amicis defunctis aſſignare: ideo Stheneboeam »apud Euripidem, Bellerophontis audita morte, quic- »quid ſub menſam, ut fit, caderet, illi ſtatim nuncupaſſe. »Graeca ita expone: *Ideo etiam Euripides ait de Stheneboea, »poſtquam illa Bellerophontem mortuum putavit:*

»*Nihil eam, quod de manu cadat, latet:*
»*ſed ſtatim id nuncupat Corinthio hoſpiti.*

»vel, *ſed ſtatim dicit, Corinthio hoſpiti!* (*ſacrum eſto*, vide- »licet, *quod cecidit!*) Bellerophontem Corinthium fuiſſe, »& in ipſius amorem incidiſſe Stheneboeam, Proeti uxo- »rem, nemo neſcit. « CASAUBONUS. — Ferri fortaſſe poterat infinitivus νομίζειν, ut in oratione obliqua poſitus. Sed νομίζει dedit ms. *Ep.* Caeterum conf. Heſych. in Κορίνθιος ξεινος, & Pierſonum ad Moerin, pag. 253 ſq.

AD CAP. XXXI.

Οὐκ ἐμέθυον δὲ – – Περιάνδρῳ τῷ Κορινθίῳ. Iſta omnia, ſimul cum vocab. ξένῳ, quod in fine ſuperioris capitis praeceſſit, deerant in ed. Ven. & Baſ. Quae deſidera-

bantur, ea ex mſstis tacite adiecit in ſua editione Caſaubonus; eademque noſtri agnoſcunt codices ambo.

Κάτοπτρον (γὰρ) εἰδους &c. Particulam γὰρ, ut extrinſecus verſui inſertam, parentheſeos uncis incluſi: ſcripturam ἐστ' vero, quam poſcebat metrica ratio, tenui cum editis. Verſus autem iſte, quem Euripidi tribuerat Eraſmus in Adagio, *In vino veritas*, AESCHYLO vindicatur a Stobaeo, Serm. XVIII. *Mox*, recte οἱ παροιμιαζόμενοι habent ed. Ven. & Baſ. Pro quo quum inepte πόροι μιαζόμενοι poſitum eſſet in ed. Caſ. 1. propagatum ſphalma eſt in ed. Caſ. 2. & 3. licet de errore monuiſſet CASAUB. in Animadv. Iſtud, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια, latine *Vinum caret clavo* reddidit ERASMUS, in Adag. p. 462.

In *Xenophontis* verbis *ad Dionyſium*, quae neſcio quo auctore refert Athenaeus, pro Τί δ' ἐ, quod erat editum, a Τὶ δ' ἢ dedere ambo codices mſsti.

Καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Σατυρικῷ. »Satis conſtat, & »nos alibi pluribus docemus, tragicos poëtas in Attico »theatro non ſingulis fabulis, ſed quaternis ſolitos cum »antagoniſtis de palmâ contendere. Hae quatuor fabulae »*Tetralogia* dicebantur: quae conſtabat e tribus tragoe»diis, & ſatyricâ fabulâ unâ. Semper autem in tetralo»giâ drama unum fuit, quod σατυρικὸν & eſſet & dice»retur. Exemplum σατυρικοῦ δράματος habemus hodieque »in Euripidis Cyclopibus: quam ex omnibus omnium »poëtarum tragicorum eius generis fabulis, iam ſuo tem»pore extitiſſe unicam ſcribit Euſtathius ad Odyſſ. ῥ. σ'. »Athenaei ſeculo multae adhuc fuerunt ſuperſtites: nam »Aeſchyli, Euripidis & Sophoclis plures ſatyricae fabu»lae ab eo & a Polluce atque aliis laudantur. Cum haec »ita habeant, quomodo accipiemus quod legitur? Καὶ ὁ »Σοφοκλῆς ἐν δράματι σατυρικῷ φησιν, ὡς ἄρα

» — Τὸ πρὸς βίαν πίνειν,
»ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ.

»Sic loquitur, *quaſi unam aliquam ſolum ſatyricam fabulam* »*Sophocles feciſſet*: quod ex ante dictis falſum paret. Nempe »ita res habet: vel deeſt hîc proprium dramatis nomen: »vel fuit inter Sophocleas olim quaedam fabula, *Satyrus* »aut *Satyri* inſcripta. Hoc putamus verum eſſe: nam & »libro ſeptimo capite quarto inter eius poëtae dramata »titulum unius commemoravimus, Σάτυροι κωφοί: [vide Animadverſ. noſtrarum Vol. IV. pag. 39 ſq.] » & me-

a » mini, Hesychium laudare Sophoclem in *Satyrico* vel *Satyrisco*. [vide ibidem.] Sic ille: Ἀῤῥαγὲς ὄμμα, οὐ δακρύον. ᾧ τρόπῳ φαμὲν, κατερῥάγη μοῦ δάκρυον. Σοφοκλῆς, Σατυρίσκῳ. Si cui placeat ita potius interpretari, *Sophocles in unâ suarum Satyricarum fabularum*, non nimis refragabor: cum praesertim ita interdum loqui Grammaticos recorder. Hesychius: Ἀποφύλιοι· ξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες φυλήν. Αἰσχύλος Σατυρικῷ. Porro inter alia Sophoclis satyrica dramata, *Hercules* fuit: ut cognoscimus ex Polluce lib. VII. cap. XXV. « CASAUBONUS. — Locum in quo versamur, DALECAMPIUS in Indice Auctorum, ad Sophoclis Ἄμυκον σατυρικὸν retulit, nullâ idoneâ causâ. BRUNCKIUS, Casaubono adsentiens, eclogam hic citatam in Fragmentis ex Incertis Dramatibus, num. 43. posuit. Ac sane, si sic scriptum in vetere codice esset, ἐν δράματι σατυρικῷ, ut in editis legebatur, vix aliter intelligi possit. At, quum nude ἐν Σατυρικῷ habeat liber ille, e quo derivati sunt recentiores omnes; videndum, ne ἐν Σατυρίσκῳ debuerit librarius, quemadmodum apud Hesychium l. c. legitur, fueritque ille titulus alicuius singularis dramatis satyrici. Particulam δὲ post Σοφοκλῆς, cum deesset editis, recepi ex eodem msto codice.

b In *PHOCYLIDIS* *vers.* 1. περινισσομ. habet ms. *Ep.* cum ed. Cas. περινισομ. ed. Ven. & Bas. cum ms. *A*.

ἐπεὶ δὲ τρυφᾷν ἤρξαντο &c. »De progressu vitiorum, »& publicorum morum depravatione loquens Deipnoso»phista, inter caetera scribit: ἐπεὶ δὲ τρυφᾷν ἤρξαντο, καὶ »χλιδῶσι, κατερῥύησαν ἀπὸ τῶν δίφρων ἐπὶ τὰς κλίνας, »καὶ λαβόντες σύμμαχον τὴν ἀνάπαυσιν καὶ ῥᾳστώνην, »ἀνειμένως ἤδη καὶ ἀτάκτως ἐχρῶντο τῇ μέθῃ, χορηγού»σης τῆς παρασκευῆς εἰς τὰς ἡδονάς. Male ista capit eruditiss. Dalecamp. [nempe, *Alii vero postquam indulgere genio – – coeperunt*, &c.] »Ita melius: *Posteaquam vero de»licate vivere coeptum, & homines luxu diffluunt, de sellis in »lectos* tricliniares *sunt delapsi: atque ita, ubi comes acces»sit quies & commoditas, remisso animo & dissoluto, ebrietati »se dediderunt: fomites ministrante apparatu illo ad voluptates.* « CASAUBONUS. — Pro χλιδῶσι, malles utique χλιδᾷν cum PURSANO: sed ferendum vulgatum.

AD CAP. XXXII.

In *Hesiodi* ex Ἡοίαις (de quibus vide not. ad VIII. 364. b.) *versu* 1. cum χάρμα καὶ ἔχθος consentientibus c msstis esset editum, Ruhnkenio obsecutus sum, monenti in Epist. Crit. pag. 115. χάρμα καὶ ἄχθος corrigendum esse ex eiusdem Hesiodi Scuto Herc. vs. 400. ubi idem versus occurrit. *Vers.* 2. Tenui id quod recte editum erat, ὅστις ἀδὴν πίνει: ubi πίνῃ habet ms. *A.* πίνοι vero ms. *Ep.*

Theognidis ecloga ducta est ex Praeceptis, quae hodieque exstant, vs. 469 sqq. ed. Brunck. Ibi in *primo* versuum hic adpositorum, pro Ἥκω δ' ὡς, quod apud Athenaeum habemus, commodius Δείξω δ' ὡς legitur. Initio *versus* 2. sic edebatur, οὔτέ τι: & sic etiam scriptum in ms. *Ep.* Commodius nobis visum erat, sic partiri vocu- las, οὔτ' ἔτι. Sed parum quidem refert. *Mox*, bene εἶμ' edd. ubi εἰμὶ mssti. Recte etiam *vs.* 3. ὑπερβάλλῃ edd. ubi ὑπερβάλῃ ms. *A.* & ὑπερβάλοι ms. *Ep.* *Vers.* 4. τῆς αὖ- d τοῦ, ut apud Theognidem recte vulgo legitur, sic hic dedit ms. *Ep.* Sed γνώμης, pro γλώσσης, habet idem cum ms. *A.* & edd. *Vers.* 5. νήφουσιν γίνετ' αἰσχρὰ ms. *Ep.* cum edd. νήφουσιν γίγνεται αἰσχρὰ ms. *A.* Utrumque refragante metro. Rectum est νήφουσ' εἰδέται αἰσχρὰ, quod vulgo legitur apud Theogn. Sed recte *vs.* 7. apud Athen. habent σώφρων τε καὶ ἥπιος edd. & mssti: quod & apud Theogn. recepit Brunck, pro eo quod ibi vulgo legebatur, σώφρων τότε νήπιος. *Vers.* 9. πρὶν μεθύειν ἄρξῃ δ'. Sic commode uterque noster codex msstus. Sed, quod apud Theogn. vulgo legitur, ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύειν, id verum est, & respondet eis quae apud poëtam sequuntur. Commode vero ἀπανίστατο scribitur apud Nostrum: pro quo est ὑπανίστατο apud Theogn. *Vers.* 10. Pro ἔφη μέριον, quod recte habebant ed. Ven. & Bas. cum msstis & cum Theognidis libris, temere in ed. Cas. 1. scribebatur ἔφη μέριον. Quo spectat Casauboni animadversio ista: »In nupera editione Athenaei [eam dicit, quae sub ipsius nomine anno MDXCVII. apud Hieron. Comelinum Heidelbergae prodierat] »ita scribitur, ὥστε κακὸν »λάτριν ἔφη μόριον. [nec tamen μόριον ibi, sed, ut modo dixi μέριον legebatur.] »Quis, malum! hanc monstrosam »lectionem excogitavit? Nam recte quantum est librorum,

» ἐφημέριον. Sed aliquem audaculum huius editionis παρα-
» διορθωτὴν impulit, ut ita ſcilicet emendaret, ineptiſſima
» verſio interpretis. Theognidis clara mens: *Noli*, inquit,
» *ventri ſervire tanquam aliquis vilis mercenarius, qui in dies*
» *ſingulos operas ſolet locare.* « — Nempe, abſurde utique,
ſic verterat Dalecampius: *ne te victum obruat venter, im-
proba & infidioſa corporis pars.* Quae de Latino rurſus in
Graecum ſermonem ſic PURSANUS transtulit, γαστὴρ, ἥ
γε κακὸν λάτριν ἔφυ μόριον.

AD CAP. XXXIII.

e Οὐ καλῶς δὲ &c. Intellige ποιοῦσιν.

f Ἐπεὶ καὶ τὸν Αἰσχύλον &c. *AESCHYLI* ipſos verſus, qui-
bus *indecore temulentos Graecos veteres in ſcenam induxit*, ad-
poſuerat Noſter lib. I. ubi ſuperſunt in Epitoma, p. 17. c.
Quem ad locum adnotari in Animadv. debuerat, collato
hoc loco, eſſe illos verſus ex *Cabiris Aeſchyli* decerptos.
μεθύων γοῦν ἔγραφε τὰς τραγῳδίας. διὸ καὶ Σοφοκλῆς &c.
Eadem iam dixerat Noſter lib. I. pag. 22. b. Quod ſe-
quitur, ἀγνοοῦσί τε οἱ λέγοντες: id ſic dedit ms. *A.* De-
a in παραγαγεῖν codex ms. uterque.

Παρὰ δὲ τοῖς Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφ. &c. Conf. Aelian. II.
37. *Mox*, ubi ait παρὰ δὲ Μασσ. ἄλλος νόμος, intellige
ἦν vel ἔκειτο. Minime vero illegitima forma nominis erat
Μασσαλιώταις, quam habebant editi; quae eadem cum
alibi, tum apud Aelian. II. 38. ubi de eâdem re agitur,
occurrit; & apud Noſtrum, XII. 523. c. Sed hoc loco
aliam praeivere noſtri libri; & Μασσαλιήταις per-
ſpicue dedit ms. *Ep.* Sic ſcribitur apud Polyb. lib. XXXIII.
c. 4. & 7. itemque poſſeſſivum Μασσαλιητικὸς in optimis
eiusdem Polybii codd. III. 95. 6. Quod dein ait, *Mileti
etiamnum* (nempe, *Theophraſti* certe *aetate*) *illam legem vi-
guiſſe*: cum eo conſentit, quod παρθένον Μιλησίαν, veluti
in proverbio & κατ' ἐξοχήν, pro *virgine modeſta* dictam
videmus apud Noſtrum, XII. 572. a.

b παρὰ δὲ Ῥωμαίοις &c. Confer infra, pag. 440. e. f.

AD CAP. XXXIV.

Οἱ δὲ ἀγνοοῦντες - - - τὸν Διόνυσον φάσκουσι μανιῶν
εἶναι αἴτιον. Conf. pag. 427. b. c.

Quid ſit quod *MELANNIPIDES* illis verbis dixerit, τάχα δὴ, τάχα τοὶ μὲν οὖν ἀπελαύοντο, mihi non liquere fateor. Confectam rem FIORILLO putavit, Obſ. p. 44. ſi ἀπέλαυον legeretur; ſimilemque ſententiam exiſtimavit atque illius Alexidis verbi apud Noſtrum, IV. 134. a. ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἂν οἶνον μόνον ὀσμὴν ἰδωσιν. At τοὶ μὲν, τοὶ δὲ, quod equidem ſciam, diſtributionem ſignificat, *alii, alii.* Pro οἴνου, ineptum ſphalma operarum οἶνον ex ed. Caſ. 2. in ed. Caſ. 3. repetitum eſt.

In *ARISTOTELIS* verbis, pro φησὶ θερμοῦ, quod conſentiente ms. *A.* perperam editum erat, perſpicue φύσει θερμοῦ dedit ms. *Ep.* quod unice verum: notandumque exemplum, aliorum locorum cauſſâ, ubi ſimilis depravatio omnes codices invaſit. Caeterum deerant h. l. in ed. Ven. & Baſ. quatuordecim verba, ἐνυπάρχοντος φύσει θερμοῦ – – – διὰ τὸ πλῆθος τοῦ: quae e msstis tacite adiecit Caſaub. niſi quod φησὶ pro φύσει poſuit. Et ad iſtud quidem φησὶ nihil e noſtro ms. *A.* adnotatum: ſed in eodem tamen Athenaei exemplo editionis Baſ. quod olim Caſauboni fuerat, video h. l. in ora ipſam vocem φύσει notatam, neſcio utrum ex Aegiano codice operis plenioris, an ex Epitomâ; ſed puto, ex Epitomâ. Ad rem quod ſpectat, ſimilis agitur quaeſtio apud Plutarchum, Sympoſ. III. 3. *Cur mulieres minime, facillime ſenes inebrientur?* Quae autem de *brutis animalibus* ſubiiciuntur *inebriari ſolitis*, eadem habes apud Aelianum Var. Hiſt. II. 40. ubi & οἰνοῦττα *herba* nominatur, quae Plinio *oenotheris*, XXIV. 17, 102. & *oenothera*, XXVI. 11, 69.

Κρώβυλος, ἐν Ἀπολιπούσῃ. *CROBYLUS*, ut Suidas docet, cognomen fuit *Hegeſippi* comici poëtae, genere Tarentini: cuius dramata mox hoc, mox illo ſub auctoris nomine laudantur. Ad fabulae titulum, qui hîc quidem ἐν Ἀπολειπούσῃ editus erat, nihil e ms. *A.* adnotatum: ſed paulo inferius (pag. 443. f.) ſimplici vocali ι, non per diphthongum, in eodem codice ſcribitur id nomen; ut titulus perhibeatur fuiſſe, non Ἀπολειπουσα, ſed Ἀπολιποῦσα: quod probavi. Nec enim cum Dalec. *deficientem* vel *animo defectam* intelligi putavi, ſed *Deſertricem mulierem*, nempe *quae maritum malitioſe deſeruiſſet.* Conf. not. ad III. 125. a. ubi eodem titulo fabula Apollodori Geloi laudatur. Similiter apud Polluc. X. 12. citatur Diphilus ἐν Ἀπολιπούσῃ. In *Crobyli verſ.* 2. cum τοῦ σωφρονεῖν

e vulgo hîc consentiente utroque msto legeretur, omnino obsequendum CASAUBONO fuit, monenti: »Scribe, non »σωφρονεῖν, quod lex metri respuit: sed φρονεῖν, quod »extat paullo post, [p. 443. f.] ubi iterum hic locus.« Ἄλεξις δὲ, ἐν τῇ τοῦ Φρυγίου διασκευῇ. »Quid significetur illis verbis, ἐν τῇ τοῦ Φρυγίου διασκευῇ, scire licet »ex libro III. cap. XXVI.« CASAUBONUS. — Vide Animadv. ad III. 110. b. GROTIUS in Excerpt. pag. 593. eamdem eclogam ad illam fabulam retulit, cui nude Φρύξ titulus fuerat, cuius meminit Noster lib. VII. pag. 307. d. At hîc agitur de *secunda & emendata eiusdem dramatis editione.* Non differunt autem ὁ Φρὺξ & ὁ Φρύγιος: fortasse vero prima editio inscripta erat Φρύξ: altera vero, Φρύγιος δεύτερος. *Vers.* 2. Rectius haud dubie erat παρεγίνεθ', quod dedit ms. *A.* quam παρεγ.νεθ', quod erat editum. Sed minime spernendum, ac fortasse praestabat etiam, προσεγίνεθ', quod habet ms. *Ep.* *Vers. ult.* Post ἴξειν προχείρως, *commate* intercidebatur oratio in ed. Cas. In ed. Ven. & Bas. nulla erat distinctio. Nos cum Grotio & Brunck. (in Gnomicis pag. 183.) *post* ἴξειν *comma* posuimus, προχείρως ad πίνομεν referentes: eodemque modo distinguitur oratio in ms. *Ep.* — »Sententiam vero illam »sane quam pulcram, quae ALEXIDIS verbis continetur, »aliis verbis Clearchus comicus expressit: studiosi versiculos utriusque poëtae comparent inter se: habentur »Clearchei initio libri XIV.« CASAUBONUS. — Vide p. 613. b.

f Τὸν δὲ Σαμαγόρειον οἶνον καλούμενον φησὶν ὁ Ἀριστ. *&c.* Articulum ante Ἀριστ. ignorat ms. *Ep.* cum ediris: sed praepositum dedit ms. *A.* — »Vinum quod in publicis Athenaei libris Σαμαγόρειον ex Aristotele nuncupatur: in membranis est Σαμαγόνειον: in Excerptis Σαμόγειρον. Nullus locus mihi notus ullo horum nomine.« CASAUBONUS. — Noster codex mstus uterque vulgatum Σαμαγόρειον tenet: nec aliud in suis repererat Natalis Comes. Sit-ne autem ista scriptura ab *Aristotelis* manu, aut unde nomen habeat *Samagorum* vinum, perinde incertum. »Fortassis (inquit DALECAMPIUS) quod *in foro Samiorum* »venderetur.« — In eam sententiam, quae nobis quidem parum probabilis videtur, sed Gallico placuit interpreti, Σαμαγοραῖον scriptum oportebat. Quidquid vero sit, quod scripsit Philosophus, in animo habuisse videtur *Maro-*

neum illud quod vocatur *vinum*, Homero celebratum, cuius una pars cum viginti aquae partibus miſcebatur, ut ait poëta Od. ι'. vs. 209. Conf. Plin. XIV. 4, 6. Caeterum notandum quod Euſtathius ait, ad Od. ι'. pag. 348. l. 46. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι μέχρι καὶ νῦν περὶ τὰ βαθύτερα τῆς Ἀσίας, ὡς καὶ περί που τὴν Ἀρμενιακὴν Μελιτήνην, οἶνος φέρεται παχὺς μέλας, κράμα φέρων ὕδατος οὐ μακρὰν τοῦ κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Μάρωνα.

AD CAP. XXXV.

Ταῦτ' εἰπὼν ὁ Δημόκριτος. Loqui coeperat Athenaei Democritus, inde a pag. 426. e. Quod hîc legebatur παρίθω, proprium ſphalma erat editionis Caſ. Recte ſuperiores παρίτω. In *Evenι* pentametro, recte δοκοῦντ' ἐστὶν edebatur. Perperam δοκοῦντ' ἐστ' ms. *A.* & δοκοῦντι ms. *Ep.* Vide ſupra, IX. 367. e.

Ἐγὼ δ' ἐπεὶ παρεξέβην &c. »Rediturus Democritus ad »inſtitutum paullo ante ſermonem *de variis modis tempe-*»*randi vini*, quorum mentio apud veteres extabat: Ἐγὼ »δὲ, inquit, ἐπεὶ παρεξέβην περὶ τῶν ἀρχαίων κράσεων »διαλεγόμενος, ἐπαναλήψομαι τὸν λόγον, τὰ (ita ſcri-»bendum) ὑπὸ τοῦ Ἀλκαίου τοῦ μελοποιοῦ λεχθέντα ἐπὶ »νοῦν βαλλόμενος. Digreſſio, quae tractatum περὶ κράσεων »interrupit, inde coepit, Ἦσαν δὲ τῶν ἀκροατῶν [rectius ἀκρατοποτῶν, vide pag. 427. e.] »αἱ ἐπιχύσεις, ὡς φησι »Θεοφρ.« Casaubonus. — Licet ἐπεὶ recte ſcripſerit vir doctus in Animadv. tamen typothetae ſphalma, ἐπὶ, quod in editionem Caſ. 1. temere irrepſerat, in contextu religioſe conſervarunt qui editionem Caſ. 2. & 3. curarunt. Cuius generis ſphalmata vix operae pretium foret notare, niſi vel hoc ipſum, quod toties tam fideliter repetita ſunt, turbare poſſet lectores; qui ſuſpicari interdum poſſint, aliud neſcio quid ſub eis latere. Ipſi doctiſſimo Caſaubono ſubinde accidiſſe obſervavimus, ut, cum typothetae aliquod erratum, quod unam editionem Baſileenſem occupaverat, emendare ex ingenio vellet, in alia omnia ipſe aberraret, quam quae ei indicare potuiſſet editio Aldina, ſi eam conſulere voluiſſet: debuerat autem *editor* Athenaei, praeſertim qui codices mstos ad manus non haberet, id curare ut principem editionem ſaltem ſemper ante oculos haberet; at *lectori* nec vacat ſemper, ac ſae-

pe non licet, alias consulere editiones. Quare quo maior ad hanc usque aeratem fuit Casaubonianae editionis apud omnes auctoritas, eo maior diligentia a novo editore debet adhiberi, ut qui sit lectionum, quas illa exhibet, ortus atque ratio, accurate exponat. Quod dein τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀλκαίου τοῦ μελοποιοῦ λεχθέντα legebatur in editionibus omnibus, priori loco inficete positum articulum τοῦ recte ignorat ms. *A.* cuius auctoritate eum delevi. τὸν vero ante ὑπὸ tuetur quidem idem codex, sed Casaboni probavi iudicium, in τὰ mutare iubentis; τὰ ὑπὸ Ἀλκαίου – – λεχθέντα: quo etiam refertur, quod continuo deinde subiicit, ἐν τούτοις γάρ. Nec tamen ἐν τούτοις γὰρ, ut editi, sed ἐν τοῖς γὰρ habet ms. *A.* Desunt
a autem haec in *Epit.* Quod ait, φησὶ γάρ που οὗτος, ferri potest; nempe ὁ Ἀλκαῖος. Sed usui Athenaei convenientius videtur οὕτως. Sic rursus paulo inferius (lit. *d.*) λέγει δὲ οὗτος edebatur, ubi οὕτως dedit vetus cod. *A.*

Alcaei versiculus h. l. sic editus erat, Ἔγχευε κίρνα εἰς ἕνα καὶ δύο. In ms. *A.* vero Ἔγχευε κέρνα εἰς ἕνα κ. δ. Sed vide infra, lit. *d.* ubi idem in nexu cum aliis repetitur. In *Epit.* praetermissus est, pro more, totus introitus in istam de *perpetua Alcaei siti* disputationem; quae ibi ab his verbis incipitur: Ὅτι Ἀλκαῖος κατὰ πᾶσαν ὥραν &c. Casauboni est ad hunc locum Animadversio haec: »Lo»cus Alcaei qui hîc proponitur, & deinceps explicatur »pluribus a Democrito, ita legendus,

»Ἔγχευε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο:

»neque aliter paullo post scriptum invenias. Athenaei sen»tentia est, *iubere Alcaeum* his verbis, *ut puer a poculis vi»num* de more in cratera *misceat eo crateos genere quod vo»cabatur* εἷς καὶ δύο: *cum infusis in craterem cyathis duo»bus vini, aquae unus infunditur.* Alii Critici aliter censue»runt, ut Chamaeleo *Ponticus:* qui, *negans de temperatu»ra vini locutum eo versu Alcaeum, significari a sobrio poëta »voluit, se in compotationibus unum primo poculum meri so»litum educere, deinde duo, non amplius.* Haec ita Athenaeus: »Ἐν τούτοις [sic edd. omnes; recte, ut videtur; pro ἐν τοῖς, quod erat in Msto.] »γάρ τινες οὐ τὴν κρᾶσιν οἴον»ται λέγειν αὐτόν· ἀλλὰ σωφρονικὸν ὄντα, καθ' ἕνα κύαθον »ἄκρατον πίνειν καὶ πάλιν κατὰ δύο. Auctorem huius in»terpretationis, & suum de illa iudicium proximis verbis »aperit Democritus. [*Athenaeum* intellige; sub *Democriti*

perſona.] » Τοῦτο δὲ ὁ Ποντικὸς Χαμαιλέων ἐνδέδει- a
» κται τῆς Ἀλκαίου φιλοινίας ἀπείρως ἔχων. Offendit
» haec oratio aures noſtras: & videtur τούτῳ ſcriben-
» dum. *Hac interpretatione*, ait, *demonſtravit ſe Chamaeleon*
» *Ponticus temulentiae Alcaei ignarum.* Hic eſt CHAMAELEON
» *Heracleota*, qui DE *Ebrietate* opus conſcripſerat; cuius
» facta eſt paullo ante mentio: [p. 427. b.] meminit eius
» libri etiam Clemens Alex. Stromat. libro primo. In eo
» commentario locum Alcaei tractaverat. Sed parum fuiſ-
» ſe verſatum Chamaeleontem in Alcaei poëſi, probat
» mox Democritus: κατὰ γὰρ, inquit, πᾶσαν ὥραν καὶ
» πᾶσαν περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑρίσκεται. Id
» eſt: *Nam quacunque anni tempeſtate, & quocunque ſuarum*
» *rerum ſtatu, ſive triſti, ſive laeto,* (hoc ſignificat κατὰ πᾶ-
» σαν περίστασιν,) *poëta hic bibens reperitur.* Deinde quod
» ἀθρόως hîc dicitur, ſigillatim probatur a Democrito. Pro-
» fert ALCAEI *teſtimonia* de ſuis *potationibus*, primum *hi-*
» *bernis, aeſtivis*, & *vernis:* deinde, *in rebus adverſis*, &
» *rebus ſecundis.* « Sic ille. Iam edita quidem olim ſcriptu-
ra ἐνδέδεικται non aliam admittebat explicationem, quam
qua uſus eſt doctus Animadverſor. At nobis, non multo
diverſam quidem in ſententiam, ſed aliâ orationis formâ,
ἐνδέδεκται dedit vetus codex *A*. Quae ſcriptura,
quod ad potiſſimam quidem verbi partem pertinet, haud
dubie vera, ac fortaſſe tota proba eſt. Nempe δέχεσθαι
dicunt Graeci pro eo quod Latine dicimus, ſermonem ali-
quem *in hanc vel illam partem accipere*, id eſt, *intelligere &*
interpretari: quem uſum huius verbi non praetermiſit dili-
gentiſſimus H. STEPHANUS, in Theſ. T. I. pag. 954. f.
Iam in hanc notionem frequentiſſime quidem uſurpatur
compoſitum verbum ἐκδέχομαι, cum adverbio οὕτω aut
alio ſimili conſtructum. Sic paulo poſt, in eadem hac dis-
putatione, (lit. *c.*) τοῖς οὕτω ἐκδεχομένοις. Conf. III. 85.
f. V. 189. d. & Not. ad II. 66. b. Fortaſſe vero eâdem no-
tione etiam verbo ἐνδέχομαι hîc uſus eſt Athenaeus, &
quidem cum accuſativo caſu: *hoc intellexit*, pro *ita intel-*
lexit, ita accepit. Notemus obiter, *Chamaeleontem* hunc in
illis *Alcaei* verbis ἕνα καὶ δύο particulam καὶ pro ἤ acce-
piſſe, *unum vel duo:* qua notione quidem haud raro aliâs
eamdem particulam uſurpatam novimus. Vide Lexicon Po-
lybian. pag. 316. num. 1.

χειμῶνος μὲν, ἐν τούτοις &c. » De *hieme* verba ALCAEI

» ſunt:

» Ὗει μὲν ὁ Ζεύς. ἐν δ' οὐρανῷ μέγας
» χειμών. πεπάγασι δ' ὑδάτων ῥοαί.
b » Κάββαλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς
» πῦρ. ἐν δὲ κιρναὶς οἶνον ἀφειδέως
» μελιχρόν. αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ μαλθακὸν
» ἀμφὶ γνάφαλλον.

» In *quarto verſu*, tmeſis poëtica eſt, ἐν δὲ κιρναὶς, pro ἐγ-» κιρναὶς δέ: hoc vero Doricum, pro ἐγκιρνάς: ſic ὀλέ-» σαις apud Pindarum pro ὀλέσας, & ſimilia alia. Sequen-» tia exprimit Dalecampius ſic: *Mellitum vinum largius tem-» pera: ſed capiti lene, obſcurum utrinque.* Cenſuit nimirum » legi debere ἀμφικνέφαιος: quam vocem reſtituebat idem » in aenigmate de ichneumone, quod recitatur ab Athe-» naeo infra hoc ipſo libro ſub finem. [pag. 450. a.] Nobis » videbatur reſtituenda hoc loco dictio ἀμφικνέφαλον, ut » ſit mens *Alcaei: praeſidium adverſus hiemem petendum eſ-» ſe ab his tribus, igne luculento, optimo vino, & molli lecto.* » Genus *lectorum* fuit quos ἀμφικνεφάλους vocabant, au-» ctore Polluce lib. X. cap. 6. [ſect. 36.] Plura de ea voce » infra, capite XVIII. [ad lib. X. pag. 450. a.] Sed hanc in-» terpretationem vix admittant poëtae verba. Nam qualis » eſſet hypallage? *circa caput lectus eſto.* Quare de emen-» datione quidem nihil muto: verum ἀμφικνέφαλον hic *pul-» vinum* interpretor, non *lectum.*« Casaubonus.

Ex hoc Athenaei loco (collato cum XI. 481. a.) iſta *Alcaei* ecloga, cum eis quae ſequuntur, in editiones omnes Reliquiarum Lyricorum Poëtarum transierunt. In Athenaei editionibus continuo verborum nexu, non diſtinctis verſibus, ſcriptae omnes eclogae erant. Caſaubonus in Animadv. diſtinxit verſus, ut in Lyricorum editione ab H. Stephano aliisque vulgo factum. Pariter nos; niſi quod vocem μαλθακὸν a fine *quinti verſus* in *ſexti* initium reiecimus, praeeuntibus praeſtantiſſimis Horatii interpretibus, *Iano* Rutgersio, in Venuſin. Lectionib. cap. 4. *Chriſtiano Davide* Iani, in Commentatione ſecunda de Alcaeo eiusque Fragmentis; (Halae 1781.) Mitscherlich, ad Horatii Carm. lib. I. Od. 9. Obſervatum eſt enim ab eisdem aliisque doctis viris, duas priores ſtrophas *Horatianae* Odae modo nominatae ex iſtis *Alcaei* verſibus eſſe expreſſas; ſed praetermiſſos eſſe ab Athenaeo duos verſiculos minores, qui apud Alcaeum inter eum qui a χει-

μὼν incipit, & eum qui a Κάββαλε, interiecti fuissent. b Quumque ab iisdem viris simul fuerit obseruatum, ex eisdem Graeci Lyrici versibus expressum etiam esse initium alterius carminis Horatiani, quod legitur in Epodis, num. 13. his verbis:

Horrida tempestas coelum contraxit; & imbres
nivesque deducunt Iovem: nunc mare, nunc silvae
Threicio Aquilone sonant. ——

gratiam nos inituros apud lectores Athenaei confidimus, si duos *Alcaei* versiculos, ab Athenaeo praetermissos, hic adposuerimus, quales, ex collatis inter se duobus praedictis Horatianis carminibus suppletos, nobiscum his ipsis diebus perhumaniter communicavit ingeniosissimus *G. F.* GROTEFEND, Francofurtanae ad Moenum Scholae hodie Prorector. Is igitur primam, in qua versamur, Mitylenaei poëtae eclogam in hunc modum constituit:

» Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' οὐρανῷ μέγας
» χειμών, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
» (Πόντος δὲ νῦν, βαθεῖα δ' ὕλα,
» Θρᾳϊκίῳ βορέᾳ βρέμονται.)

» Κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
» πῦρ, ἐν κιρναὶς Γοῖνον ἀφειδέως
» μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
» μαλθακὺν ἀμφι(βαλὼν) γνάφαλλον. «

Verf. 1. Ubi nos ἐκ δ' ὠρανῶ edidimus: ibi ἐν δ' ὠρανῷ habet ed. Cas. ἐν δ' ὀρανῷ, per *o* breve initio vocabuli, edi solet in Lyricorum Reliquiis: quod qui primus posuit, is ex coniectura sic corrigere voluerat operarum erratum, quod in editiones Ven. & Bas. irrepserat; in quibus ἐν δ' ἀρανῷ (sic) legebatur. At, pro communi οὐρανὸς, non ὠρανὸς per *o* breve dicebant Dores & Aeoles; sed vel servabant ου diphthongum, vel ὠρανὸς dicebant per ω longum. Conf. Maittaire, Dialect. p. 156 sq. Et ω longum initio vocis tuentur hic ambo nostri mssti codices: at non ἐν δ' ὠρανῷ scribunt illi, sed ἐκ δ' ὠρανῷ: ubi ἐκ quidem pro ἐν non temere aut casu a librariis positum, sed a poëtae manu esse, in ὠρανῷ vero *iota* in fine a librariis imperite & praeter rationem subscriptum vel adscriptum fuisse mihi persuasi. Itaque verum iudicavi ἐκ δ' ὤρανῶ, dorice sic dictum pro ἐκ δ' οὐρανοῦ: *de coelo ingens hiems* (ingruit.) Conf. Maittaire,

b pag. 177. *Verſ.* 2. πεπάγασιν. πεπάγασι absque ν in fine habent mssti cum edd. in ms. *A.* vero ſuper ſyllaba πα notatur ν vocalis. *Ibid.* δὲ ὑδάτων absque apoſtropho habent mss. & edd. In eisdem (*verſ.* 3.) τὸν χειμῶνα ſcribitur, non χειμῶν'. *Ibid.* Κάββαλε valere κατάβαλε, ſatis notum. *Diſſolve frigus*, ait Venuſinus poëta.

Verſ. 4. ἐν δὲ κιρναῖς. ἐν δὲ κιρνὰς habet ms. *Ep.* & ſic vulgo edebatur in Lyricor. Fragm. Sic rurſus infra (lit. *d.*) ἔγχεε κιρνὰς idem ms. *Ep.* & editiones omnes. Recte vero monuit Caſaubonus, participia in ας deſinentia a Doribus per αις efferri. (Conf. Maittaire, pag. 239. & Gregor. de Dialect. pag. 93. ibique Koen, p. 94.) Et ſic infra pro vulgato κιρνὰς, perſpicue κιρναις ſcribitur in noſtro cod. *A.* neſcio quidem quo accentu, an prorſus ibi omiſſo accentu; ita ut de eo hactenus quidem dubitari poſſit. Sed hoc ipſo loco, in quo verſamur, ex eodem codice enotata eſt ſcriptura κιρνᾷς: ex quo, quoniam nusquam in illo codice ſubſcribitur *iota*, ſed ad latus ponitur, intelligi par eſt, κιρναῖς h. l. in illo ſcriptum eſſe. Atque, eodem modo ſcriptum olim fuiſſe in vetuſtiore codice e quo noſter derivatus, conjectare licet ex ipſa illa vitioſâ ſcripturâ, quam ſupra (hac pag. lit. *a.*) ex eodem cod. *A.* enotatam vidimus κέρνα εἰς: quod utique ex κιρναῖς corruptum videri debet. Et hoc quidem loco, in quo nunc verſamur, pariter κιρναῖς habent editiones Baſ. & Caſ. 3. ſed id caſu magis, puto, quam certâ ratione in his receptum. κιρναὶς vero acute ſcriptum erat in ed. Ven. & ſic rurſus in ed. Caſ. 2. ſed κίρναις penacute in ed. Caſ. 1.

Verſus 5 & 6. deſunt in ms. *Ep.* ubi in verbo ἀφεισδέως terminatur iſta prima ecloga. *Verſu* 6. quum γνόφαλλον legeretur in ed. Ven. & Baſ. tacite γνάφαλλον edidit Caſaubonus: quam correctionem ſi neceſſariam ille putavit, monere ſaltem de ea debuerat lectorem. Cautior H. Stephanus in Ind. Theſ. monuerat: »Γνόφαλλον »apud Athen. legitur in eâdem ſignificatione qua γνάφα»λον, *Tomentum*, ſeu *pulvinar tomento factum*, in hoc Al»caei loco, ἀμφὶ κόρᾳ μαλθακὸν γνόφαλλον.« — Et γνόφαλλον tenuit idem Stephanus in Lyricorum editione: eamdemque ſcripturam praeiverat vetus noſter cod. *A.* Ac fieri ſane poteſt, ut pro eo quod γνάφαλλον vulgo dixere Graeci, γνόφαλλον dixerint Dores & Aeoles, ſimiliter at-

que βότιν pro βάτιν dixisse Sophron visus est nonnullis, b apud Athen. VII. 286. d. Conf. Maittaire, Dialect. pag. 412 sq. Quum tamen haud satis certa sint exempla, quae in hanc partem adferuntur; ne quis postliminio restitutam a nobis vitiosam lectionem argueret, tenuimus illam quam praeeunte Casaubono placuisse doctis omnibus vidimus, satis habentes veterum librorum scripturam sub contextu adnotasse. Caeterum de hoc vocabulo, pro quo & γάφαλον simplici λ literâ, & κνέφαλον dicebant Graeci, videndus praesertim Pollux, X. 41. ibique interpp. itemque Hemsterhus. ad Luciani Iudicium Vocalium, cap. 4. Iam quod ἀμφὶ γιόφαλλον vel γνάφαλλον vulgo hîc legebatur; ferenda utique non erat repetita praepositio ἀμφὶ, quae vocabulo κόσσῳ iam erat praeposita. Nec vero magis conveniebat composita vox ἀμφικνέφαλον, quae Casaubono placuerat: nam ἀμφικνέφαλον aut ἀμφικνέφαλος nec *lectum* significat, nec *pulvinum*: sed κλίνη ἀμφικνέφαλος *lectum* sonat *ab utrâque parte culcitris* seu *pulvinis instructum*, ut docuere Pollucis interpretes, ad X. 36. Quare aut abiicienda erat vocula ἀμφὶ ante γνάφαλον, tamquam temere ibi repetita: aut, quoniam aliud desiderare videbatur Alcaici metri ratio, (collata Horatii Oda I. 9.) aliquid hîc intercidisse statuendum erat. Itaque ἀμφιτιθεὶς γνάφαλλον corrigendum IANI censuit; ἀμφιτίθει MITSCHERLICH; ἀμφιβαλὼν, GROTEFEND, cuius verbi pars posterior ante γνάφαλλον ob soni similitudinem facilius excidere potuerat.

Σέρους δὲ· Τέγγε πλεύμονας οἴνῳ. Quum Τέγγῃ h. l. haberent editiones Athenaei omnes, adnotavit CASAUBONUS. »Sequitur Σέρους δὲ, τέγγῃ πλεύμονας οἴνῳ. »Ita exarati manu: pro τέγγου vel τέγγε, ut scriptum »referunt alii.« — Atqui Τέγγε recte habet h. l. uterque noster codex mstus, quemadmodum & lib. I. p. 22. e. legebatur, ubi iidem duo versus iam adpositi erant; pariter apud Macrob. Saturn. VII. 15. & apud Plutarch. Sympos. VII. 1. Et supra quidem, mutatâ verborum serie, sic scribebatur, Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, ut apud Macrobium: at hîc Τέγγε πλεύμονας οἴνῳ tenet uterque codex mstus, quemadmodum & apud Plutarchum l. c. scribitur. GROTEFENDIUS vero, memor per Aeolicum digamma scribi olim solitum nomen οἶνος, sic scripsisse poëtam censet: Τέγγε πλεύμονα Ϝοίνῳ. Porro, aeoli-

b cam doricamque formam, ἃ δ' ὥρα χαλεπὰ, tenent h. l. cum editis ambo mssti; ſed in cod. *A.* ſuper *α* & ſuper *πα* notatur *ν* vocalis. Dein vitioſe in ed. Caſ. legebatur, πάντα δὲ δειψᾷ: recte vero πάντα δὲ διψᾷ in ms. *Ep.* Prorſus monſtroſum videri poterat quod eſt in ed. Ven. πάντα δέ διψαις, quod porro in δέδειψας detortum in ed. Baſ. Sed iſtud ex ipſo noſtro vetere cod. *A.* derivatum, in quo eſt δὲ διψαις: qua in ſcriptura, primum, ſi demas poſtremam literam *ς*, vera ſcriptura διψᾷ ineſt, vocali iota pro vetuſto more ad latus ſcriptâ. Deinde vero videndum, ne *ς* litera, in fine verbi, orta ſit ex digammate Aeolico, quod ad ſequentem vocem ὑπὸ pertinuiſſet, ſpiritus aſperi locum ibi tenens: nam quemadmodum Aeolicum digamma nonnumquam ſono *literae ſibilantis* pronunciabatur; (veluti in ipſa voce ὑπὸ, unde eſt Latinorum *ſub;* ut ab ἀπὸ, *ab:*) ſic etiam ſcriptum olim fuiſſe novimus ſigno quod literae Σ ſimile erat. Vide Villoiſoni Diatrib. pag. 119 ſq. Ex eodemque aut ex ſimili alio ſigno, quod aliis vocibus praepoſitum ſono literae *v* vel *f* pronunciabatur, orta fortaſſe eſt illa ſcriptura, quam hodie libri habent, πλεύμονας οἴνῳ, pro πλεύμονα ϝοίνῳ. Caeterum videſis quae de hac ecloga ad lib. I. pag. 22. a. noravimus. Laudatur hic a Grotefendio MITSCHERLICH ad Horat. III. Od. 29, 17 ſqq. & III. 13, 9. cuius liber nobis nunc in promtu non eſt.

τοῦ δὲ ἔαρος· Ἥρος ἀνθεμόεντος ἐπ' ἀϊόν' ἐρχομένοιο. »De *tempeſtate veris*, ſic ex *ALCAEO* Athenaeus: τοῦ δὲ »ἔαρος ἀνθεμόεντος ἔπαιον ἀρχομένοιο. [ἐρχομένοιο ſcribere voluerat Animadverſor, ut habent libri omnes in contextu: & hoc etiam in Animadv. repoſitum video in ed. Caſ. 3.] »Dalecampius emendat ἔπινον, ut id probe»tur quod inſtituit docere. Similis eſt vero haec corre»ctio; non vera, iudice me. Nam rectum eſt ἔπαϊον. »Principium eſt odae: quo ait poëta, *iam ver adveniſſe:* »& ſtatim *vinum ſibi miſceri* iubet *in craterâ*. Audiamus »Athenaeum: καὶ προελθὼν, ἐν δὲ κίρνα τὸν τῷ μελιαδέως »ὅττι τάχιστα κρατῆρα. Id eſt: *& poſtea ait Alcaeus in eo »carmine, Miſce quantocyus in craterâ vinum ſuaviſſimum.* « CASAUBONUS. — Iam, primum, ἔπαϊον quidem, ut ille voluit, ſic ſcriptum exhibent ambo noſtri codices mssti: at, quo pacto accipi velit id verbum, non declaravit doctus Animadverſor. Mire ſane dixerit poëta:

Audivi redire ver. Quin & illud languidum, *Intelligo*, b *animadverto, redire ver;* quo paĉto accepit Gallicus interpres. Perſpecte vero ἐπ' ἀϊόν' legit GROTEFENDIUS, praeeunte puto MITSCHERLICH, cuius ipſe laudat notata ad illud Horatianum, (lib. I. Od. 4.)

Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni,
trahuntque ſiccas machinae carinas.

Ad exemplumque Venuſini poëtae verſum qui in Alcaei carmine olim proxime exceperat illum, qui eſt ab Athenaeo adpoſitus, tali modo ſupplevit idem GROTEFENDIUS:

» Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπ' ἀϊόν' ἐρχομένοιο
» ἕλκοντι νᾶϊας ἐς βυθὸν κύλινδροι. «

ἐπ' ἀϊόνα, aeolice, pro ἐπ' ἠιόνα. Verſus, quem dein adponit Athenaeus, ſic ſcribebatur in ed. Ven. ἐν δὲ κίρνα τὸν τῷ μελιαδέος ὅττι τάχιστα κρατῆρα. In ed. Baſ. vero, ἐν δὲ κίρνῳ τὸν τῷ &c. quae eodem modo repetita in ed. Caſ. 1. ſed in ed. Caſ. 2. & 3. κίρνῳ τὸν τοῦ μελιαδ. GROTEFEND ſic ſcribit:

» Ἐν δὲ κίρνα τὸν (τοῦ) μελιαδέος ὅττι τάχιστα
» κρατῆρα. ——

At recte, ut nobis videbatur, τῷ μελιαδέος dedit noſter cod. *A.* dorice & aeolice pro communi τοῦ μελιηδέος, quod habet ms. *Ep.* quodque ipſum etiam inter lineas ſcriptum exhibet cod. *A.* Articulum τὸν vero neuter codex agnoſcit: ſed, pro eo quod in ed. Ven. eſt κίρνα τὸν, in ms. *Ep.* eſt κιρνᾶται, in ms. *A.* vero κιρνᾶτε, quod tenendum putavi.

ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασιν &c. »Quod modo dicebamus, »κατὰ πᾶσαν περίστασιν ſignificare *quocumque rerum ſua*»*rum ſtatu, laeto aut triſti*, certiſſimum eſt ex creberrimo »auctorum uſu. Dalecampius tamen vertit, *quovis ſtatu* »*coeli.* Itaque non mirum, male cepiſſe eum poſtea Athe»naei verba, quibus probat quod ante dixerat. Sunt au»tem haec: Ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασιν, id eſt, *bibiſſe Al*»*caeum rebus adverſis patet ex iſtis:* ſequuntur verba ALCAEI: Οὐ χρὴ κακοῖσι μῦθον ἐπιτρέπειν. προκόψομεν »γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι ὦ Βακχί. φάρμακον δ' ἄριστον, »οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθῆναι. Legendum Θυμὸν, »non μῦθον. *Haud par eſt, malis animum permittere:* (hoc »eſt, *cogitationi adverſorum caſuum ſe dedere, & luctui in*»*dulgere.*) *Proficiemus enim nihil cum nos cruciaverimus, o* »*Bacchi. Remedium vero optimum eſt, ſi vino huc allato* [*quod*

nobis adferendum curaverimus] » *ad ebrietatem usque biberimus.*« CASAUBONUS. — Verſus, quos ſuis numeris distinguere neglexerant Athenaei editores, ſatis commode iam in Lyricorum editionibus Caſaubono ſuperioribus erant distributi. Illud unum monendum ſupererat BENTLEIO ad Horat. lib. III. Od. 2. poſtremum verſiculum,

οἶνον ἐνεικαμέραις [ἐνεικαμένους malebam] μεθυσθῆναι,

eſſe unâ ſyllabâ longiorem: quare pro μεθυσθῆναι, ille μεθύσθαι corrigebat. Sed μεθυσθῆν, Aeolica dialecto, pro communi μεθυσθῆναι ſcripſiſſe Alcaeum, perquam probabile fecit KOENIUS ad Gregor. Corinth. de Dial. pag. 143 ſq. Et nunc ecce, hoc ipſum nobis dedit optimus noſter cod. *A.* (Silet h. l. Epitoma, in qua praetermiſſa eſt tota iſta ecloga.) Mendoſum vero μῦθον idem codex praeiverat aliis: ſed θυμὸν recte iam in H. STEPHANI Lyricis poſitum video. Vulgatum ἀσάμενοι, quod tenet Mstus noſter cum editis, damnavit BENTLEY l. c. verſui ſimul & ſententiae contrarium eſſe contendens, & ἀσώμενοι corrigens. At ipſum ἀσάμενοι ex dialecto pro ἀσώμενοι recte dici potuiſſe docuit idem, quem
c modo laudavimus, KOEN ad Gregor. pag. 86. Pro Βακχί, quod erat editum, Βυκχί dedit noſter codex: quam ſcripturam ut fidenter reciperemus commovit nos accedens ad veruſti codicis auctoritatem ſuffragium auctoris Etymologici M. diſerte monentis, Βύκχις eſſe Aeolicum nomen, idem valens ac commune Βάκχις: ubi quidem non Βύκχις & Βάκχις penacute, ſed Βυκχὶς & Βακχὶς ſcribi debuiſſe, ipſa exempla aliorum nominum in ις deſinentia, quae ibidem adferuntur, ſatis oſtendunt. Totam eclogam Horatiano ſtylo in hunc modum reddidit GROTEFENDIUS noſter:

Non eſt querendum rebus in arduis:
fruſtra eſt quod omni tempore moereas,
o Bacchi. Lenimen malorum
praecipuum eſt, ſatiari Iaccho.

Νῦν χρὴ μεθυσκειν &c. » Sequuntur verba Athenaei: Ἐν » δὲ ταῖς εὐφρόναις: id eſt, *Rebus laetis bibiſſe Alcaeum con-* » *ſtat ex his.* Tum recitantur ALCAEI haec: Νῦν χρὴ με- » θύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πονεῖν, ἐπειδὴ κάτθανε » Μυρσίλος. Lego, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν. *Nunc opor-* » *tet ebrium fieri, & vel invitum bibere, quando Myrſilus obiit.*« CASAUBONUS. — Commendat h. l. GROTEFENDIUS, quae

ad Horat. I. od. 37. commentatus eſt MITSCHERLICH. Ipſe c Graecos verſiculos ſic latine reddidit:

Nunc eſt bibendum, nunc violentius
potandum: habent iam Tartara Myrſilum.

πίνειν pro mendoſo πονεῖν, quod quidem vetus etiam codex habet, iam ante Caſaub. ab Henr. Stephano editum video. Sed & inſignem ſane veri ſpeciem illa correctio habet,

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ χθόνα πρὸς βίαν
παίειν: —

quam olim a viro docto apud Aemil. Portum ad Fragm. Lyricor. (Heidelb. ap. Commelin. 1598.) propoſitam, unice probavit IANI, in Comment. prima de Alcaeo, Hal. 1780. Unde expreſſum his viſum erat Horatianum illud, lib. I. od. 37.

Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
pulsanda tellus.

Ex *Myrſilo*, Mitylenarum tyranno, (cuius Strabo meminit lib. XIII. pag. 617. ed. Caſ.) perperam *Myrtilum* fecit Dalecampius.

In proximo verſu Choriambico Sapphico;

Μηθὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλου:

pro vulgato δένδρον, quod tenent ambo mssti cum editis, δένδρεον oportuiſſe, monuit GROTEFENDIUS, laudato MITSCHERLICH ad Horat. I. 18.

Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeveris arborem.

Pro Μηδὲν, quod cum ed. Baſ. & Caſ. tenet Epitoma, Μηθὲν recepi ex ms. *A.* & ed. Ven. Μηδὲν γ' ἄλλο ſcribendum cenſuerat VALCKENAER ad Herodot. VIII. 109. ubi etiam de δένδρεον pro δένδρον ponendo monuit.

ὁ ἐπὶ τοσοῦτον φιλοπότης. De ſcriptura φιλοπώτης, quam hic habet ms. *A.* vide nor. ad pag. 427. a. Sic rurſus ἀκρατοποῶται per ω ſcribitur in eodem, pag. 432. a. & ſimiliter deinde in eisdem ſimilibusque nominibus. *Ibid.* φησὶ Σέλευκος. *SELEUCUS*, Grammaticus: puto, in *Gloſſis*, ſaepius laudatis Noſtro. Quod ait, αὐτὸ γοῦν τὸ ποιημάτιον: *ipſum illud carmen* dicit, in quo leguntur verba illa, ſupra lit. *a.* citata, de quorum ſententia quaeritur.

Sequitur ex ipſo illo carmine ecloga, cuius maior pars d infra lib. XI. pag. 481. a. (nec tamen ſine varietate) repetitur. Illa hoc loco in ed. Caſ. in hunc modum ſcripta erat: Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; δάκτυλος

d ἁμέρα, καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις, αἱ τὰ ποικίλα. οἶνος γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱός. λαθικάδε' [λαθικαδδ' ed. Ven. & Baſ.] ἀνθρώποισιν ἔδωκεν. Ἔγχεε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο πλέαις. κἀκκεφαλᾶς δ' ἄτερα τὰν ἑτέραν κύλιξ ὠθείτω. Codex *Ep.* non niſi prima verba habet, Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; Codex *A.* nihil ab editâ ſcripturâ diſſentit, niſi quod, pro κιρνὰς, κίρναις habet, neſcio quo accentu: de qua forma participii aeolica paulo ante dictum ad lit. *b.* Infra, pag. 481. tota ecloga deeſt in Epitoma: in editis vero conſentiente ms. *A.* ſic legebatur: Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα. καδδ' ἀειρε [καδδάρει ed. Ven. καδδάξαι ed. Baſ.] κυλίχναις μεγάλαις αἱ [αἱ ed. Ven.] τὰ ποικίλλης, οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς λαθικήδεα ἀνθρώποισιν ἔδωκεν, ἔγχεαι, κέρνα, ἕνα καὶ πλείους. Quibus e duobus locis inter ſe collatis totam eclogam in hosce verſus diſtinctam olim exhibuerunt Lyricorum Graecorum editores:

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα.
Καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις αἱ τὰ ποικίλα·
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικηδέα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. ἔγχεε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο
πλείαις. κἀκκεφαλᾶς δ' ἄτερα τὰν ἑτέραν κύλιξ
ὠθείτω. ἕνα πρὸς δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου, *

Ubi mireris, quid ſit quod poſtrema illa, ἕνα πρὸς – – ἀκράτου, tamquam poëtae verba adiecerint; quum hodie poſt ὠθείτω iſta ſtatim legantur, ἕνα πρὸς δύο ῥητῶς κιρνάναι κελεύων, quae manifeſte *Athenaei* ſunt, non *Alcaei*. De quo quoniam monere lectorem inſuper habuit Casaubonus, qui totam etiam eclogam h. l. in Animadv. prorſus ſilentio praeteriit; monemus nos, in ed. Ven. & Baſ. poſt illa, ὠθείτω & ἕνα πρὸς δυο, omiſſis quatuor fere & viginti verbis, ſtatim ſequi illa, ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου: quo factum, ut iſta omnia etiamnum poëtae verba eſſe viderentur. Quae deerant ſuperioribus editionibus, ea tacite ex Italicorum codicum lectionibus adiecit Caſaubonus: quae & eadem noſter codex *A.* habet, & illud amplius, quod, ubi nude Φιλέταιρος Τηρεῖ poſuerat Caſaubonus, codex noſter Φιλέταιρος δ' ἐν Τηρεῖ dederit. Sed redeamus ad eclogae initium: in quo quod hoc loco *verſ.* 1. conſentientibus ambobus noſtris mendis legitur, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; id hactenus probavit tenendumque cenſuerat Rutgersius, Lect. Venuſ. cap. 4. ut metri cauſ-

ſa τί λύχνον σβεννύομεν (abiecto τὸν articulo) ſcribe- d
retur: locum hunc Horatio obverſatum eſſe cenſens, cum lib. III. oda 21 extr. ſcriberet, *te* (*teſtam* vel *amphoram*) *vivae producent lucernae.* Ita ſcripturae hîc vulgatae ſententia haec erit: *Quid lucernam extinguimus*, nempe, finem facientes comporationi, & cubitum ituri? Sed facile mihi perſuadeo, (quae longe plerorumque interpretum ſententia eſt) vitioſam iſtam eſſe quamvis vetuſtam huius loci ſcripturam, uniceque veram eam quae inferiore loco (XI. 481. a.) ſervata eſt, ἀμμένομεν. De qua CASAUBONUS in Animadv. ad illum locum ita commentatus eſt: »Subiicitur *ALCAEI* locus elegans, qui eius »poëtae φιλοινίαν, de qua dictum eſt libro decimo arguit »manifeſtiſſime. Πίνωμεν, ait: τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; »δάκτυλος ἁμέρα. Antiqui, cum fere parcius pranderent, »& coenabant liberalius, & compotationes ſuas eo referebant. Tempus autem coenae erat *veſpera* & λύχνων »ἅψαι. Ita viri graves & occupati: nam qui aliter vitam »inſtituebant, hi & *tempeſtiva* agitabant *convivia*, & ad »pocula *de die* accedebant. Hoc igitur Alcaeo poëtae vi»noſo nunc dolet, quod propter ſobrios ſodales *horam* »*lucernalem* cogatur *expectare*. *Quid moras trahimus?* inquit: »*quid expectamus ut veſpera ſit?* Ecce iam adveſperaſcit: »iam, *qui reſtat dies, digitus eſt*, ſive *digito non longior.* Re»rum menſura, pro variâ ipſarum naturâ, varie iniri ſo»let. Sed poëtae locutionibus ſuis naturam rerum inter»dum pervertunt. Tale hoc Alcaei, δάκτυλος ἡμέρα. Nam »*digitus* non eſt menſura tempori conveniens; verum lo»corum intervallis, & corporibus continuis: dies per ho»ras, ſemihoras, & vigilias metimur. Simili elegantia di»xit comicus Alexis,

»κρείττων ἐκεῖνός ἐστιν ἡμέρας δρόμῳ:

»& Ariſtophanes, in Ranis, quosdam adoleſcentes ait eſſe

»Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ καλιστέρους.

»Idem, in Nebulis: τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν »σταδίοισιν ἄριστον. Athenaeus libro tertio, [pag. 98. c. d.] »ait, nonnullos inſolentiâ locutionum πολλοῖς παρα»σάγγαις ὑπερδραμεῖν τὸν Διονύσιον. Aſſentior autem do»ctiſſimo & de literis Graecis optime merito *Henrico* STE»PHANO, exiſtimanti [in Notis ad Anacreont. p. 78. & in Schediaſm. lib. III. num. 30.] »dictum illud Alcaei, δάκ»τυλος ἡμέρα, pridem in proverbium abiiſſe; quod Graeci

d » Paroemiographi per imperitiam corruperunt, & in Δα-
» τύλου ἡμέρα perperam commutarunt. [Vide Zenobii Cent. III. Proverb. 3. & ibi Andr. Schotti notata; Diogenian. Cent. IV. 13. Suid. in Δάκτυλοι, & Hesychii Interppr. ad voc. Δατύλλου ἡμέρα.] » Epigrammatarius poëta [in Anthol. lib. VII. pag. 485. ed. Steph. *Asclepiades*, in Analect. Brunckii, T. I. pag. 213.] » eodem sensu dixit δάκτυ-
» λος ἀώς: nam ἠὼς, inter caetera, etiam *diem* significat,
» ut observant Poëtae interpretes. Neque dubium est,
» quod primus omnium recte eruditissimus idem STEPHA-
» NUS observavit, Alcaei superiora verba respexisse eum
» poëtam epigrammatorum, cum faceret:

» Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα. δάκτυλος ἀώς.
» ἦ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;

» *Alcaei* verba, quia parum emendate scribuntur isto lo-
» co, [nempe lib. XI.] partim ex libro superiore, [nempe ex hoc loco, in quo versamur,] » partim ex coniecturâ
» emendata nobis, adscribemus:

» Πίνωμεν· τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν;
» δάκτυλος ἀμέρα. καδδ' ἀνάειρε
» κυλίχναις μεγάλαισι καὶ πυκιναῖς.
» εἶνον γὰρ ὁ Σεμέλας καὶ Διὸς
» λαθικήδε' ἀνθρώποισιν ἔδωκεν.
» ἔγχευε κίρναις ἕνα καὶ δύο πλέαις. «

Haec ibi CASAUBONUS; qui hic, ut modo dixi, nihil prorsus ad hanc eclogam adnotaverat. Casauboni versus istos, cum totâ lectione ab illo concinnatâ adoptavit Brunck, in Notis ad Analect. pag. 44. Alii viri docti, quos nos secuti sumus, metri genus probarunt longioribus versibus constans: *Asclepideum maius* s. *choriambicum Alcaicum* vocat IANI in Comment. II. de Alcaeo, cum RUTGERSIO in Lect. Venusinis; *choriambicum Sapphicum*, GROTEFEND in schedis nobiscum communicatis.

Vers. 1. Scripturam quam hic tuentur veteres libri, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; loco movere non sumus ausi, probatiorem scripturam sub contextu notasse satis habentes. Illum versum sic legit GROTEFEND cum IANI:

Πίνωμεν. τί λύχνους (vel λύχνως) ἀμμένομεν;
δάκτυλος ἀμέρα.

PORSONUS vero, ad Euripidis Medeam, vs. 494.

Πίνωμεν. τί τὰ λύχν' ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα.

Monens pluralem λύχνα reperiri apud Herodot. II. 62. &

133. (vide Athen. X. 138. b.) & apud Euripidem, in d Cycl. vs. 514. ed. Musgr. Dictionem vero δάκτυλος ἀμέρα non equidem cum Casaub. de *reliqua diei parte* intelligam: sed de *toto die*, quin & cum REINESIO (Var. Lect. pag. 105.) de universa vitae humanae brevitate; quam in partem Seneca dixit, *punctum est quod vivimus, & adhuc puncto minus.* Eamdem in sententiam, Graecum versum his duobus versiculis latinis GROTEFENDIUS reddidit:

Iam nunc bibamus: quid terimus diem
usque ad lucernas? summa brevis dies.

coll. Horat. I. 4, 15.

Versum 2. idem GROTEFENDIUS graece sic scribens: Καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεχάλαις αἵματα ποικίλα, latine sic reddidit:

Deprome nunc magnis lagenis
sanguinei latices coloris.

nempe αἵματα ποικίλα, pro eo quod hic vulgo αἱ τὰ ποικίλα, libro XI. vero αἱ τὰ ποικίλλης (ποικίλλις in cod. *A.*) scribitur. Eamdem correctionem iam publice nuper FIORILLO, in Observ. in Ath. pag. 74. proposuerat; monens »αἵματα hic esse *vina vario colore, sanguineo, fla-*»*vo*, ποικίλα.« — »Αἷμα, pro *vino*, (inquit GROTE-»FEND in Schedis msstis) »non inusitatum est. Idem vo-»cab. in fragm. Cyclopis Timothei apud Athen. XI. pag. »465. c. latere puto, ubi ἔμισγε δ' αἷμα Βακχίου resti-»tui, pro δ' ἅμα.« — Ex ista interpretatione, voces κυλίχναις μεγάλαις fuerint (id quod primâ specie profitentur) *dativi casus;* quam in partem etiam IANI acceperat, sic legens:

»Καδδ' ἄειρε κυλίχναις μέγαλαις καὶ, πάϊ, ποικίλαις.«

adiectâ hac adnotatione: »Postquam admonuit amicos »Alcaeus, ut iam nunc de die potare inciperent, statim »ipse magisterium vini capessit: *affer*, (& ministra vinum) »*puer, magnis & variis poculis. Variis*, id est, pretiose »caelatis, auro gemmisque distinctis. ἀείρειν solemne hoc »sensu vocabulum est, ut apud Homer. Iliad. ζ'. 264.« — RUTGERSIUS (ob oculos, puto, habens mendosam editionis Bas. scripturam ἀνάεινε, pro ἀνάειρε) eumdem versum in hunc modum concinnaverat:

»Καδδ' ἄντεινε κυλίχνας μεγάλας, αἴτεε ποικίλα.«

d Latine ſic vertens: *Da magnos calices, & variis poſcito poculis.* Cautior his PORSONUS, loco modo citato, contentus ſcripturae varietatem ex X. 430. d. & XI. 481. a. protuliſſe: »*Secundum verſum*, ait, qui velit & poſſit, corrigat.« — Sane, quid in poſteriore hemiſtichio de illa librorum ſcriptura αἱ (vel αἳ) τὰ ποικίλα (ſive ποικιλλης aut ποικίλλις) faciendum ſit, minime adhuc ad liquidum perductum videtur: quamvis enim ſpecioſa ſit Grotefendii & Fiorilli emendatio, diſſimulari tamen nequit duriusculi aliquid habere iſta αἵματα ποικίλα. Caeterum illud obſervari velim, κυλίχναις μεγάλαις ex Alcaei dialecto poſſe eſſe *accuſativos*, idem valentes ac κυλίχνας μεγάλας: de quo Aeoliſmo Koenius monuit ad Gregor. Corinth. pag. 94 ſq. Id ſi hîc locum habere ſtatuas, percommode deinde πλείαις *verſ.* 5. eodem modo accipietur: nempe, Ἔγχεε πλείαις, (id eſt πλέας, ſcil. κυλίχνας:) κιρναῖς vel κιρναὶς (id eſt, κιρνὰς) ἕνα καὶ δύο: ſcilicet ἕνα ὕδατος κύαθον, καὶ δύο οἴνου. *Infunde plenos calices, miſcens ſingulos aquae cyathos cum duobus vini.* Sed etiamſi pro *dativis* caſibus accipias, eadem manebit ſententia, ſubintelligendo accuſativum οἶνον.

De *tertio verſu* & *quarti* initio, nullum eſt dubium. Cum ſententia, per ſe ſatis perſpicua, tum ambo Athenaei loca inter ſe collata, ſatis oſtendebant, ſic ſcriptum oportuiſſe:

Οἶνον (ſive ϝοῖνον malueris) γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς
υἱὸς λαθικάδεα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. —

Pro ἔδωκεν, quod utroque loco vulgo legebatur, ἔδωκ' per apoſtrophen, deſiderabat metri ratio. λαθικάδεα (i. e. ληθικηδέα) οἶνον, Horatio eſſe vinum *oblivioſum*, (lib. II. Od. 7, 21.) pridem monuere interpretes. Quod ſequitur (*verſ.* 4 ſq.)

— Ἔγχεε κιρναῖς ἕνα καὶ δύο
πλείαις. —

de ſcriptura κιρναῖς vel κιρναὶς, quam hîc dedit ms. *A.* paulo ſuperius dictum ad lit. *b.* Tum ex huius loci ſcripturâ πλέαις, collatâ cum πλείους, quod altero loco legebatur, exiſtebat πλείαις, quod recepi praeeuntibus RUTGERSIO, IANI, & PORSONO. πλείους placuit GROTEFENDIO & FIORILLO. De totius ῥήσεως ſenſu paulo ante monuimus. Sed in aliam ſententiam Grotefendius noſter accepit, poſtremam eclogae partem latine ſic reddens:

Infunde miſcens munera Liberi: d
primae ſecundam iunge lagunculam:
expellat ex noſtro cerebro
iſte calix calicem priorem.

Verſ. 5. Sic ſcripſit IANI, praeeunte RUTGERSIO:
πλείαις· κἀκ κεφαλᾶς δ' ἀτέρα μὲν τὰν ἐτέραν κύλιξ
ὠθείτω.
inſertâ μὲν particulâ, quam poſcere metrum videbatur. Eamdem particulam tenentes GROTEFEND & FIORILLO, inſuper τὰν δ' ἐτέραν ſcribunt, δ' particulam neſcio qua neceſſitate quove conſilio inſerentes. PORSONUS vero, ἃ δ' ἐτέρα, pro δ' ἀτέρα ſcribens, rectius conſuluiſſe metro videtur: ſed, quod apud illum (in praedicta Adnot. ad Eurip. Med. 494.) tali verborum diſtinctione ſcribitur verſus,
πλείαις κακκεφαλᾶς· ἃ δ' ἐτέρα τὰν ἐτέραν κύλιξ
id quidem conſulto – ne a Viro doctiſſimo factum ſit, an per typothetae ſphalma in editione Lipſienſi commiſſum, definire non auſim. κακκεφαλᾶς ſane valet κατὰ κεφαλῆς: quod qua ratione hic cum ſuperioribus iungatur, haud ſatis percipio. Ex vulgata ſcribendi ratione ſenſus erit, quem in verſione expreſſimus, *alius calix alium e capite pellat:* quam in eamdem ſententiam Antiphanes apud Noſtrum, II. 44. a. dixit, Οἴνῳ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν.

AD CAP. XXXVI.

Ὁ δ' Ἀνακρέων ἔτι ζωρότερον, ἐν οἷς φησί· Καθαρῇ δ' ἐν κελέβῃ πέντε καὶ τρεῖς ἀναχείσθω. Verba iſta cum nonnullis etiam ſequentibus deeſſe ed. Ven. & Baſ. ſupra dixi. Ut ſupplevit ea Caſaub. ſic & habet ms. *A.* itemque ms. *Ep.* niſi quod in hoc ſcribitur, ζωρότερον κιρνῶν φησί: quod ſuo arbitratu ita poſuit Breviator, perſpicuitati conſulturus. Κελέβη nomen poculi eſt, de quo infra, lib. XI. pag. 475. Caeterum, quo pacto *mendacius*, quam Alcaeus, *miſcuiſſe Anacreontem* dicat Noſter, cum *quinque & tres infundi* voluit, parum percipio. Nam *unum & duo*, quae voluerat Alcaeus, intelligebam *unam partem aquae cum duabus vini:* quod ſi igitur *quinque aquae partes cum tribus partibus vini* voluit Anacreon, ſane multo dilutius hic bibit quam Alcaeus. Videndum igitur, ne quid aut deſit aut turbatum ſit in verbis: quae, qualia hic referuntur, et-

d iam cum metro Anacreontico parum congruunt. Nam quod τρὶς, non τρεῖς, hîc habet ms. *A.* id quidem quid vel ad rem faciat vel ad metrum, non video: niſi forte (quod quidem ad rem ſpectet) ſtatuas, quemadmodum & Heſiodum & Anaxilam ſupra (pag. 426. c.) τρὶς, non τρεῖς, dixiſſe vidimus, ubi de *aquae* portionibus loquebantur, ſic & hoc loco τρὶς ad *aquam*, πέντε vero ad *vinum* eſſe referendum. Caeterum, ſi integrum Anacreontis carmen haberemus, fortaſſe ſatis liqueret id quod nunc nobis obſcurum eſt. Sic, verbi cauſſa, in Alexidis verſibus pag. 426. d. ex connexione ſermonis adparet, ἕνα καὶ τέτταρας ſive ἓν καὶ τέτταρα dici ἕνα οἴνου κύαθον καὶ τέτταρας ὕδατος. Sed fere conſianter aliàs priorem numerum ad aquam, poſteriorem ad vinum referri vidimus; quemadmodum etiam apud Ariſtoph. Eq. 1184. τρία καὶ δύο ſunt τρία μέρη ὕδατος, οἴνου δύο: quod diſerte ibi vetus Interpres monuit.

Φιλέταιρος δ' ἐν Τηρεῖ. Duas voces δ' ἐν, quae deerant editis, dedit ms. *A.* Ex eodem recepimus λέγει δὲ οὕτως, pro οὗτος, quod ediderat Caſaub. Omnia iſta deeſſe ed. Ven. & Baſ. iam ſupra monuimus. PHILETAERI verba, quae ſic edidit Caſaubonus, πεπωκέναι δοκεῖ τὸν κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀκράτου: eadem prorſus exhibent & ms. *A.* & ms. *Ep.* ubi ad articulum τὸν (quem Euſtathius etiam ſervat, ad Od. ι'. pag. 349. l. 3.) videtur οἶνον ſubintelligendum: niſi αὐτὸν fortaſſe ſcriptum oportuerat; quod metro non videtur repugnare, ultimâ verbi δοκεῖ ob ſequentem in proxima voce vocalem correptâ. Pro δοκεῖ vero apud Euſtath. l. c. δεῖ ſcribitur, & metro refragante, & invitis (ut vidimus) vetuſtioribus libris.

e Ἀπόθες, ὦ γλύκη, ὕδαρὴν ἐνέχεέν σοι. »In primo ῥή»σεως Antiphaneae [immo PHERECRATEAE] verſu, ha»bent omnes etiam mssti:

»Ἀπόθες ὦ γλυκυδάρην ἐνέχεέν σοι.

»Varie poſſis concinnare:

»Ἀπόθες, ὦ Γλύκων, ὑδαρῆ γ' ἐνέχεέν σοι.

»nempe οἶνον aut πόσιν: vel, ὦ Γλαῦκε: ſive, ὦ γλυ»κύτης, *o mea dulcedo.*« CASAUBONUS. — In *Epit.* deeſt iſte verſus, ubi breviter ſic: Φερεκράτης δέ που φησὶ παντάπασιν ὕδωρ εἰργάσω. &c. Ἀπόθες, i. e. *Depone*, habent editiones omnes: quod, ut ferri utcumque poſſit, tamen haud ſatis commodum videri poterat. Quid ſit vero Ἀπό-

τες, quod ex ms. *A.* enotatum video, prorsus non percipio. In *Petri* VICTORII Var. Lect. I. 13. ubi ex Florentino codice msto corrigitur hic versus, Ἀπόθευ scribitur; nescio utrum praeeunte codice, an ex typothetae errore. Si quid hic mutandum, Ἀπώθει equidem legerem, ab ἀπωθέω, *repello, abiicio, repudio.* Dein vero, ὦ γλύκη ὕδαρὴν, ut e suo codice Victorius retulit, sic etiam in nostro vetere cod. *A.* scribitur: ὕδαρην tamen absque accentu citatur ex nostro codice. Loquitur anus, (ut intelligitur ex nomine μάμμη, quo illa a servulo compellatur vs. 4.) quae videtur fuisse nutrix aut ancilla & oeconoma puellae cuiusdam, quae & delicate edere, & meracius bibere & maiori uti poculo amabat. conf. XI. 481. a. b. item IV. 159. e. & XIV, 653. a. Ea puella videtur fuisse *Corianno* meretrix: a qua nomen isti fabulae imposuisse Pherecratem docet Athenaeus, XIII. 567. c. Hanc anus compellat nomine ὦ γλύκη, quae videtur esse compellatio ὑποκοριστικὴ, idem valens ac ὦ γλυκύτης: quo fortasse spectabat Hesychiana glossa, Γλύκκα· ἡ γλυκύτης. Sin proprium esse nomen *Glycen* statueris cum VICTORIO, non valde repugnabo. De vocabb. ὑδαρὴν & ὑδαρῆ vide not. ad pag. 426. d.

Secundus Pherecratis versus cum sic vulgo scriberetur,

παντάπασι μὲν οὖν ὕδωρ τὶ εἰργάσω:

nec metro nec sententiae ratio constabat. Verbis τί εἰργάσω (ubi τί δ' εἰργάσω fortasse praestabat) ad tertium versum reiectis, istis vero δύο ὕδατος a tertio in quartum repositis; non modo *tertius*, sed & *quartus* recte incedebat, qui & misere claudicabat, & mira mole sua laborabat, sic vulgo editus,

ὦ μάμμη. τί δ' οἶνου τέτταρας, ἔρρ' ἐς κόρακας, βατράχοις.

Nam ista omnia ad unum versum quartum referebantur: tum, veluti *quinti* versus initium, sequebantur denique ista,

οἰνοχοεῖν σε δεῖ.

Nunc vero decurtatus utique noster *secundus versus* prodibat: nempe omissâ (ab Athenaeo ipso fortasse) postremâ parte, quae nihil ad rem facere visa esset. Initio vero, ἀπαντάπασι utique pro παντατ. scribendum putavi, metro sic iubente. Verba ista tribuimus nos illi personae, quam adlocuta anus erat: VICTORIUS eiusdem personae esse, quae loqui coeperat, statuit; quae veluti

e se ipsam corrigens, non *aquosum* esse potum ait, sed *meram* propemodum *aquam*. Quidquid sit, anus dein loqui pergit, increpans puerum, qui vinum adeo dilutum dedisset. Quod in fine legebatur, οἰνοχοεῖν σε δεῖ, id cum editis tenet codex noster uterque: nempe sic ex pervulgato proverbio βατράχοις οἰνοχοεῖν (cuius & Suidas & Paroemiographi omnes meminerunt) scripsere librarii, nescio an & ipse Athenaeus; at poëta certe ita scribere non potuit: quare, quoniam levi mutatione satisfacere metro licuit, χέειν οἶνον in contextu posuimus, vulgari scripturâ in proximo adnotatâ. In superioribus verbis turbat nonnihil EUSTATHIUS, ita de hoc Pherecratis loco differens, ut existimare aliquis possit, in nonnullis sive Athenaei sive poëtae libris non οἴνου τέσσαρας, sed ὕδατος τέτταρα scriptum olim fuisse. Quam scripturam si in libro quopiam invenerat Eustathius, non is Athenaei liber fuit, nec Pherecratis; sed Lexicon Rhetoricum, e quo etiam paulo ante nonnulla super eo argumento, quod hic tractatur, citaverat. Verba docti Praesulis haec sunt, ex Comment. in Odyss. ι'. pag. 348 extr. Φερεκράτης δέ φησι πλάσας τινὰ εἰπόντα ὡς παντάπασιν ὕδωρ εἰργάσω, καὶ ἐρωτηθέντα, πῶς ὦ κατάρατε; ποιεῖ ἀποκρινάμενον τὸ, ἐνέχεας (sic) δύο ὕδατος ὦ μάμμη. πρὸς δὲ τὸ, ὕδατος τέτταρα, κατὰ δέ τινας οἴνου τέτταρα, ἐῤῥέθη τὸ, ἔῤῥ' ἐς κόρακας, βατράχοις οἰνοχοεῖν σε δεῖ. In Athenaei Epitoma, in nostro quidem codice, post ista, ὕδωρ εἰργάσω, eadem verba leguntur quae in opere pleniore, perperam quidem distincta in hunc modum: πῶς ὦ κατάρατε: ἐνέχεας δύο ὕδατος ὦ μάμμη: τί δ' οἴνου τέτταρας. ἔῤῥ' ἐς κόρακας &c. Nec in pleniore opere commode distinctae erant sermonis partes: quas nos, ut desiderare res ipsa visa erat, distribuimus.

f EPHIPPI, ex *Circe*, *versiculi* in hunc modum editi erant:

Τρεῖς πρὸς τέτταρας οἶνον πίοις ἂν ἀσφαλέστερον,
πολὺν ὑδαρῆ. μὰ τὴν γῆν, ἀλλὰ τρία καὶ τέτταρα
οὕτως ἄκρατον εἰπέ μοι πίν τί φάς.

Ad quos nihil notavit Casaub. DALECAMPIUS latine sic reddiderat:

A. *Vini duos cum tribus aquae bibes tutius.* B. *Nimis dilutum.*
A. *Haud ita per Cererem.* B. *Verum aquae tres, vini quatuor.*

A. *Tamne merum, quaeſo, bibes? quid ais?* B. *Par*
pari ſaltem.

Vides in fine huc tracta ſequentia verba ἴσον ἴσῳ; initio vero τρεῖς πρὸς τέτταρας in τρεῖς πρὸς δύο mutatum. Scilicet non magis liquebat prudenti interpreti, quam nobis, quid discriminis hîc ſtatueretur inter τρεῖς πρὸς τέτταρας & τρία καὶ τέτταρα: quarum mixtionum prior hic *tutior* eſſe adfirmatur, altera vero *meracior;* cum alioquin idem ſonare duae iſtae dictiones viderentur. Easdem tamen dictiones ſuo utramque loco tuentur ambo codices. οἶνον item tenet codex uterque: in ſolo cod. Epit. inter lineas indicatur ſcriptura οἴνου. In eodem ms. *Ep.* omiſſae dein duae voces: ſed puncto poſt πίοις ἂν poſito, iunguntur iſta, ὕδαρῆ (& inter lineas ὑδαρῆν) μὰ τὴν γῆν. In ms. *A.* ſic ſcribitur & distinguitur, πίοις ἂν ἀσφαλέστερον πολύ. ὑδαρὴν μὰ τὴν γῆν: caeterum nulla varietas. Videtur Ephippus dictionem τρεῖς πρὸς τέτταρας hac ſententiâ dixiſſe, ut *in quatuor cyathis* eſſent *tres aquae cyathi*, adeoque non niſi *unus vini:* quam temperaturam ab Heſiodo commendatam ſupra vidimus, pag. 426. c. In hanc partem ſi accipi debent iſta Ephippi verba, vera fuerit ſcriptura οἶνον: nec ferenda altera οἴνου, quae in illa connexione hanc, quam dixi, interpretationem prorſus non admittit. Gallicus interpres difficultatem huius eclogae ita levare tentavit, ut perſonarum partes in hunc modum distribueret: A. *Trois ſur quatre.* B. *Mais tu boiras avec plus de ſureté beaucoup de vin bien détrempé.* A. *Par la Terre! oh! je veux trois ſur quatre.* B. *Dis-moi donc, tu bois ainſi le vin pur?* A. *Que dis-tu là?*

AD CAP. XXXVII.

Πατάξω τ' ἴσον &c. Commode, *Feriam te*, vertit Dalec. quaſi eſſet πατάξω σε.

In *ALEXIDIS* verbis, Τῆς φιλοτησίας ἐγὼ μεστὰς προ- a
πίνω &c. »Legendum Τῇ: *Cui ego praebibo amoris pocula* »*temperata par pari.*« CASAUBONUS. — Fieri poteſt ut vere praeceperit vir doctus: nec tamen id ſatis certum, nec ſane neceſſitas ulla adparet, cur a librorum diſcedamus ſcripturâ. Caeterum de diverſa acceptione & conſtructione vocabuli φιλοτησία, Suidas conſuli poteſt.

Σώφιλος δ' ἐν Ἐγχειριδίῳ. »Citatur *SOPHILUS* comicus

» ἐν Ἐγχειριδίῳ: haud ſcio an vere. Nam Suidas olim » ſcriptum reperit in ſuo codice ἐν Χοιριδίῳ: ſicut teſtatur » ipſe in iis quae ſcripſit de *Sophilo*. Fecerat ſane & Me» nander *Enchiridium* inſcriptam fabulam; cuius mentio hoc » ipſo libro, & alibi. « CASAUBONUS. — » Utra lectio » praeferenda, dubium & incertum « iudicaverat etiam KÜSTERUS ad Suidam: qui rectius facturus erat, ſi editionem Suidae principem Mediolanenſem inſpexiſſet; ubi non χοιρίδιον, ſed χειρίδιον reperturus fuerat, capite truncatum nomen; quod correcturus librarius aliquis χοιρίδιον poſuit, quemadmodum etiam apud Eudociam legitur. Corrigendum ex Athenaeo Suidam recte monuit FABRICIUS in Bibl. Gr.

b In *ALEXIDIS*, ex *Foeneratore*, *verſu* 2. tenui ὑδαρῆ, quod dabat ed. Baſ. & Caſ. Ex ms. *A.* rurſus ὑδαρην, ut paulo ſuperius, absque accentu enotatum. ὑδαρῆν h. l. habet ed. Ven. *Verſus* 3 & 4. ſic olim ſcribebantur:

Ἡδύ γε τὸ πῶμα. ποταπὸς ὁ Βρόμιος;
τρυφῇ Θάσιος ὅμοιον, καὶ δίκαιον &c.

Ibi tum monuit CASAUBONUS: »Sic illa diſtingue:

»Ἡδύ γε τὸ πῶμα. ποταπὸς ὁ Βρόμιος; τρυφῇ.
»Θάσιος. ὅμοιον καὶ δίκαιον, τοὺς ξένους.

»Illud τρυφῇ inſertum orationi praeter rem, accipio pro »*delicias facis*, *rides*. « — At, *delicias facis*, Graece τρυφᾷς ſonuerit, non τρυφῇ. Nobis tertius caſus nominis eſſe videbatur, in eam ſententiam accipiendus, quam in latina verſione expreſſimus. *Verſu* 4. ſuſpicari aliquis poſſit oportuiſſe, Θασίῳ ὅμοιον, ſcil. πῶμα, vel ὅμοιος, ſcil. Βρόμιος. Tum, Καὶ δίκαιον &c. Sed ferendum vulgatum videtur.

c κατασείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν – – ὑποπιπτόντων. »Cau»te accipienda verba Athenaei, quibus explicat verbum κατασείειν in iſtis *MENANDRI*:

»Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
»κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοτιμούμενος.

»Subiicit his Athenaeus: Κατασείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν »τοῖς πότοις καταπιπτόντων. [immo ὑποπιπτ. libri om»nes.] Poſtremum verbum interpretes impulit, ut crede»rent κατασείειν in Menandri ſimilibusque locis de iis »dici qui *vino graves caderent*. Falluntur autem: nam con»tra de iis uſurpabant hoc verbum, qui ſobrii ipſi [ſive, qui exercitatiores ipſi] »alios cogebant bibere ad ebrie-

» tatem usque, & donec caput declinarent & pulvino ful- c
» cirent, si mensae accumberent; aut humi caderent, si
» ingredi conarentur. Caute igitur capiendum τὸ κατα-
» πιπτόντων. Nam, si volumus accurate loqui, non ἐπὶ
» τῶν καταπιπτόντων usurpabatur verbum κατασείειν, ve-
» rum de iis *qui facerent alios* καταπίπτειν. Propterea ad-
» dit, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς
» κατασειόντων. Nemo dixerit, fructus qui cadunt, κατα-
» σείειν: sed saltuarium qui pertica eos *decutit*. Etiam pro
» *invergere vas in aliquem*, κατασείειν posuerunt. Philemon
» in Phasmate: ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη κυμβίον ἀκράτου κατασέ-
» σεικεν ἡμῖν ἄνω. Vel ἐνσείειν. Philetaerus, ἐνέσεισε με-
» στὴν ἴσον ἰσῳ μεταναπτρίδα μεγάλην. Idem significat in-
» terdum & ἐπισοβεῖν. Alexis: εἶτα τετρακότυλον ἔπεσό-
» βει κώθωνά μοι. « CASAUBONUS. — De hoc Athenaei
loco in utramque partem disputans *Henr.* STEPHANUS, in
Thes. Gr. Ling. T. III. pag. 757. dubius haesĕrat. CLE-
RICUS in Menandri Fragm. pag. 5. κατασείειν *caput demit-
tere* interpretatus est, accusativum κεφαλὴν subintelligens.
At aliud est *demittere*, aliud *decutere*. Illud tamen dissimu-
lari nequit, accuratius locuturum fuisse Athenaeum, si
dixisset, κατασείεσθαι (in passivo) ἔλεγον ἐπὶ τῶν – –
ὑποπιπτόντων. In *MENANDRI* autem *versu posteriore*, vi-
de ne scriptum oportuerit κατέσεισε φιλοτιμούμενον.

Ἄλεξις δ' ἐν Ἀποκοπτομένῳ. Licet Ἀποκοπτομένη hîc
habeat ms. *A.* tenendum tamen putavi istud, quod edi-
tiones omnes dederant, & in quod ipsum lib. XII. p. 562.
idem codex cum editis consentit. In eclogâ ex illo dra-
mate adpositâ mendosum esse *tertium versum*,

ἴσον ἰσῳ πάλιν τὴν μείζον' ἤτουν:

cum pessundatum metrum, tum sermonis structura mini-
me congruens ostendebat. Nihil autem opis praestabat
vetus cod. *A.* Totum vero versum prudens omisit Brevia-
tor. Paene putares, postrema ista verba, πάλιν τὴν μείζον'
ἤτουν, ex superiore *Sophili* ecloga temere hîc repetita esse
per librarii cuiusdam hallucinationem. μείζονα exserte hoc
loco, non μείζον', scribitur in cod. *A.*

AD CAP. XXXVIII.

Ad *DIODORI Sinopensis* eclogam, cum *vers.* 2. contra d
metrum scriberetur, εἰ παρ' ἕκαστ. & *vers.* 3. τοὺς λο-

d γισμοὺς ἔξειν, nil aliud adnotavit CASAUBONUS, nisi haec: »Diodori Sinopensis versus perverse scripti editique »sunt.« — Nobis perquam probabile visum erat, ante εἰ παρ' intercidisse vocalem ε, cum ad sensum commodam, tum ad versum necessariam. Dein, quum pro ἔξειν, cui prorsus hic non erat locus, codex noster δέξαιμι dederit, ne id quidem ferri ullo pacto potuit; sed δέξεται olim scriptum fuisse suspicatus sum, eâ notione ut τοὺς λογισμοὺς δέξεται idem valeret ac λόγον ἕξει, *an rationem habiturum sit?* id est, *an non absurdum & contra rationem sit futurum?* Ac fortasse ἔξειν istud, quod habent recentiores libri, inde ortum traxit, quod doctus aliquis lector in suo codice verbum ἕξει adscripsisset, pro interpretamento verbi δέξεται. Caeterum, quum ἐπὶ vel ἐντὸς λογισμῶν εἶναι dicant etiam Graeci pro latino *mentis compotem esse*, videndum ne sensus sit, *an* (adeo assidue bibere) *admissurum sit sanam mentem? an* tali in potu *constare sibi mens possit?*

κεκραμένον ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν. »Nescierunt discri»men facere inter vinum ὑδαρὲς & κεκραμένον, qui in le»pida historia de *Lysandro* scripserunt contra librorum fi»dem, οὐ κεκραμ. ἐκελ. αὐτ. πωλεῖν. [scilicet, *minime dilutum iussit vendere*, verterat Dalec.] »Res ita habet: »*Animadverterat Lysander, caupones qui suum sequebantur ex»ercitum, vinum ὑδαρὲς vendere*, hoc est, *immixtâ aquâ cor»ruptum*, pro mero. *Ille*, ut eorum fraudi obviam iret, »*iussit temperatum vendere*, non aliter. Duo inde necessario »sequebantur: ut nemini dilutum vinum pro mero posset »obtrudi; nam lex merum emere [vendere] non sinebat: »& ut caupones cogerentur sincerum vinum emere, ut »posset ab iis vendi temperatum; nam vappa aut lora, »vel sine ulla generositate villum, cuiusmodi fuit illud »cauponeum ὑδαρὲς vinum, emtorem vix ac ne vix qui»dem inveniat, si temperatum vendendum sit. Legendum »ἵν' αὐτὸν ἀκρατέστερον ὠνοῖντο.« CASAUBONUS. — In vulgato ἵνα τὸν ἀκρατ. nil mutat ms. *A*. In *Epit.* deest tota narratiuncula.

In *ALEXIDIS*, ex *Aesopo*, *vers.* 1. pro παρ' ἡμῖν, quod erat editum, recte παρ' ὑμῖν dedit cod. ms. uterque. Recte vero verba ὦ Σόλων e fine *versus* 2. ubi ea legebantur in msstis, ad finem *versus* 1. reiecit editor Venetus, ibique tenuere editores sequentes, nisi quod perpe-

ram ὦ Σώλων scribitur in ed. Cas. Mendose quidem etiam in ms. *A.* ᾧ Σόλον (sic) scribitur; sed recte ὦ Σόλων in ms. *Ep.* *Verf.* 3. Cum sic esset editum, ἐν τοῖς συμ- e ποσίοις ἵν' οὐ πίνετε, monuit CASAUBONUS: »Me» lius est, ἐν τοῖς συμποσίοισιν οὐ πίνετε.« — Et συμποσίοισιν habent ambo nostri mssti: πίνετε etiam ms. *A.* sed πίνετ' cum apostropho ms. *Ep.* GROTIUS, in Excerpt. p. 559. πίνειν correxit. Rectius fuerit πιεῖν, postulante metro, ut sit penultima brevis. *Verf. fq.* pro ἄκρατον, idem Grotius τ' ἀκρατον scripsit. *Verf.* 6. οὐχ ἵνα τι κερδ. Quod ibi voculam τι a se ob versum adiectam GROTIUS ait, imprudens id scripsit vir praestantissimus: nam editiones omnes cum mstis pronomen illud tenuerant. *Verf.* 9. Pro vulgato χρώμενος recte χρωμένους ex coniect. correxerat idem GROTIUS: id ipsum vero nobis dedit ms. *Ep.* Idem codex *verf.* 11. recte πότος, non ποτός: sed perpe- f ram ὁ πότος, pro οὐ πότος.

AD CAP. XXXIX.

φησὶν ἐν ἕκτῳ Νόμων Πλάτων. ἐν ἕκτῃ edebatur, non male per se: sed in vetere cod. *A.* est nota illa numeralis, quae *stigma* vocatur; in ms. *Ep.* vero est ἐν ἕκτῳ, (scil. βιβλίῳ) quod convenit cum eo, quod paulo post legitur, κἀν τῷ α'. Locus exstat apud PLATONEM, de Legib. lib. VI. p. 298. T. VIII. Opp. ed. Bip. *Mox*, οὔτ' οὖν περὶ γάμους ἐσπουδακότα. οὔτ' οὖν δὴ περὶ γαμ. ἐστ. apud Plat. Ad rem quod spectat, opportune monuit BOISSONADUS noster, cum isto Platonis praecepto conferri mereri quae apud Plutarchum leguntur, DE Educat. cap. 3. Pro ἔμφρονα, habet ἔμφρονας ms. *Ep.* in contextu; sed altera scriptura inter lineas notata. *Ibid.* πρέπει μάλιστα. Sic ms. *A.* & *Ep.* *Mox*, μεταλλάττοντας recte ms. *Ep.* cum edd. μεταλλάττοντος ms. *A.* *Dein* vero, τὸ γεννώμενον recte ms. *A.* ut est apud Plat. *Porro*, γίγνηται cod. ms. uterque.

κἀν τῷ α'. δὲ τῶν Νόμων φησί. Cum editâ olim scriptu- a râ, κἀν τῷ ἑνδεκάτῳ δὲ, consentit cod. *Ep.* in quo sic, ἐν δὲ ια νόμων ὁ αὐτὸς φησί. Sed legitur hodieque iste locus in *primo Legum libro*; pag. 31. ed. Bip. Erroris fontem notavit VALCKENAER ad Phoeniss. pag. 743. Nempe in vetere codice (& sic in ipso nostro cod. *A.*)

a ſcribebatur ἐν τωῖ (pro τῷ) α. id eſt, ἐν τῷ πρώτῳ. Literam iota, quae ad ω pertinebat, perperam nonnulli ad ſequentem α literam traxerunt.

Initio *Eclogae Platonicae*, verba nonnulla ex ipſo Platone uncis incluſa adieci, quae apud Athenaeum vulgo omiſſa ſunt. Quod pro ἀκρατοποσίαις, quod habent editi, ἀκρατοπῶται in ms. *A.* ſcribitur, idem vocabulum etiam Breviator in ſuo exemplari plenioris operis reperiſſe videtur, qui hunc locum ſic contraxit: φησὶ Λυδοὺς Πέρσας Καρχηδονίους Ἴβηρας Κελτοὺς Θρᾷκας, πάνυ ἀκρατοπότας· οἱ κατὰ τῶν ἱματίων χέομενοι τὸν οἶνον, καλὸν &c. Ipſumque vocab. ἀκρατοπῶται ſive ἀκρατοπόται (quamquam aliud vulgo apud Platonem legitur) haud fere dubito quin reſtituendum Athenaeo ſit: quumque dein deſideretur dativus caſus a verbo χρώμενοι rectus, fuerit ille αὐτῇ, ſcil. τῇ μέθῃ. Illud αὐτῇ haud obſcure in αὐτοὶ latere videtur, quod paulo poſt legitur. Quod ait κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, eumdem morem Thracum tetigit Xenophon, loco ſupra citato apud Noſtrum, IV. 151. d. Quo ſpectat, quod Suidas habet in Κατασκεδάζειν. Ἔθος ἦν Θρᾳκῶν, inquit, ἐν τοῖς συμποσίοις, ἵνα, ὅταν πίωσι τοῦ οἴνου οἱ συμπόται ὅσον δύνωνται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνου καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν.

AD CAP. XL.

b Ἔπινον δ' οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ. Cum iſtis verbis perperam iungebantur vulgo nonnulla ex praecedentibus: quaſi Platonica ecloga terminaretur in verbis ὡς ὑμεῖς ἀποβάλλετε, & deinde ſuo nomine Athenaeus ſic loqui pergeret. Ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων ἔπινον οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα &c. Quare hunc locum ita vertit Dalec. *His profecto moderatius bibebant multi, polentamque inſiciebant potioni* &c. Nec aliter acceperat CASAUBONUS, qui in Animadverſionibus ſuis absque ullâ dubitationis ſignificatione initium huius capitis his verbis repetiit: »Ait »Deipnoſophiſta, Ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων ἔπινον οἱ »πολλοὶ &c.« Neque ex ms. *A.* diverſitas ulla ſcripturae ad hunc locum enotata eſt. (In *Epit.* vero ecloga Platonica terminatur in verbis ἐπιτηδεύειν νενομίκασι.) Quodſi tamen Platonem inſpicias, vides partem ſermonis Philo-

ſophi eſſe iſta verba, ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων: poſt b
quae ad aliud argumentum progrediens Athenaeus ait, ut quidem edd. cum ms. *A.* habent, Ἔπινον οἱ πολλοὶ &c. ſive, ut ab ipſo auctore ſcriptum probabile eſt, Ἔπινον δ' οἱ πολλοὶ, adiectâ (ut conſtanter conſuevit) coniunctivâ particulâ; aut, quod probabilius etiam videtur, collatâ praeſertim ſcripturâ Epitomae, Ἔπινον δὲ πολλοὶ (abſque οἱ articulo: ut ſint, *multi*; non *plerique*, vel *vulgo homines*) καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ. De re quae hîc agitur, haec adnotavit CASAUBONUS: »Libri primi capite octavo [ad lib. I. pag. 10. d.] mentionem vini faciebamus, cui eſſet aliquid σιτῶδες admixtum: idque plus »virium habere, quam ſimplex & plane merum, dicebamus. An ii de quibus hîc ſcribitur eo reſpexerint, non »facile dixerim. In Excerptis [nempe in Epitoma] ſcriptum eſt ex hoc loco: Ὅτι πολλοὶ [ſic, non οἱ πολλοὶ] »ἀπαλφιτίζοντες τὸν οἶνον ἔπινον. Non ineptum verbum finxit ἀπαλφιτίζειν, pro, *farinâ hordaceâ vinum reſpergere.* »Athenaeus mox ἀπαλφιτοῦν. « — Non finxit iſtud verbum Epitomator, ſed ab ipſo Athenaeo accepit: ſane mox (lit. *b.*) non ἀπηλφίτωσε, ut erat editum, ſed ἀπηλφίτισε dedit noſter codex *A.* Caeterum, quod ex lib. I. hîc commemoravit Caſaubonus, id nihil huc facere recte quidem monuit Villebrunius; quid ſit vero quod nunc dicat Athenaeus, *multos vinum bibere cui ſit polenta iniecta*, declarare nobis ſuperſedit. Nec mihi quidquam, quod huc ſpectet, alibi reperire contigit, niſi pauca verba, quae apud Plinium leguntur, initio libri XXIV. ubi ait: *Nitroſae aut amarae aquae polentâ additâ mitigantur, ut intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſſa & in ſaccos vinarios additur polenta. Saccos* autem *vinarios* dicit, quibus vinum ſaccatur ſive colatur, ut ex libro XIV. ſect. 28. monuit ibidem Harduinus.

Ἐπ' ἀλφίτου. »In primo *Mneſimachi* verſu, Ἐπαλφίτου [ſic unâ voce olim edebatur] πίνοντα τοῦ θέρους »ποτὲ &c. non abeſt quin ſit mendum. Forte, ἐπ' ἀλφίτοις. « CASAUBONUS. — At, primum, nulli ſunt hîc *Mneſimachi* verſus; ne *Mneſiptolemi* quidem, qui Hiſtorias ſcripſerat, ſed *EPINICI* comici ſunt verſus, ut clare docuit Athenaeus. Sic & diſerte Epitomator: Ἐπίνικος γοῦν που φησί· Γέροντα Θάσιον &c. (nam priores quinque verſus ille praetermiſit.) Deinde, Ἐπ' ἀλφίτου quidem,

duabus vocibus, dedit codex *A.* ſed & illud haud dubie mendoſum. Nec vero Ἐπ' ἀλφίτοις placet: verum non dubito, quin aut Ἀπ' ἀλφίτου ſcripſerit Epinicus: unde verbum ἀπαλφιτίζειν, quemadmodum ἀπαρθρακίζειν a dictione ἀπ' ἀνθράκων: aut Ἐξ ἀλφίτου, quomodo paulo poſt ſcribitur ταύτην τὴν πόσιν καλλίονα τῆς ἐξ ἀλφίτου.

c *Verſ.* 7. »In ſeptimo verſu,

»Ἔσμὸν μελίσσης τῆς ἀκρολόχου γλυκὺ,

»non concoquo vocem ἔσμόν: non enim *apes*, ſed *mel*, »videtur intelligere. Eâ voce ſervatâ, γλυκὺν ſcribendum, »non γλυκύ: & ita Excerpta: ubi eſt ἀκραχόλου, pro »ἀκρολόχου.« CASAUBONUS. — Et γλυκὺν & ἀκρολόχου & ἔσμὸν habent ambo noſtri codices. Iam, pro ἀκρολόχου, ἀκρολόγου ſcriptum oportuiſſe, docere Caſaubonum ſocer H. STEPHANUS potuerat, a quo in Indice Theſ. perſpecte monitum eſt: »Ἀκρολόγος, *qui ſumma tantum colligit & manu carpit.* Epinicus apud Athen. lib. 10. »μελίσσης τῆς ἀκρολόγου. Sic enim repono pro ἀκρολόχου. Conſtat enim, apem ſummis inſidentem floribus, [ſive floribus inſidentem, qui ſunt in arborum & aliarum plantarum ſummitate] »melleos inde elicere & colligere »ſuccos.« — Simillime ſane compoſita nomina ſunt σπερμολόγος, σπερματολόγος, ῥιζολόγος, χρυσολόγος, & id genus alia. Quod vocabulum non hic modo, ſed etiam infra lib. XIII. pag. 608. e. reſtituendum Athenaeo & poëtis ab eo citatis, acute vidit FIORILLO, in Obſerv. in Athen. pag. 97. Eiusdem viri ſive ingenio ſive diligentiae debemus feliciſſimam vocabuli nullo modo hic ferendi, ἐσμὸν, correctionem; quam quidem a nemine ante eum propoſitam reperimus. De *melle* hic agi quis dubitare poſſit? Atqui νασμὸν μελίσσης γλυκὺν poëtico ſtylo (utique non hiſtorico) percommode *mel* dici, perfacile autem a librariis νασμὸν in ἔσμὸν detorqueri potuiſſe, nemo non videt.

Verſ. 8. *Scyphum ex fuſo lapide, vitreum* dici monuit DALECAMP. *Verſ.* 9. »In penultimo,

»Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γε φυρώσας ὑγρόν:

»non damno penitus γεφυρώσας: ſed neque displicet con»iectura noſtra, γὲ φυράσας. Eſt autem Δήμητρος ἀκτὴ »periphraſis *farinae*, poëtis familiaris, ut iam alio loco di»ximus.« CASAUBONUS. — Nobis γεφυρώσας iſtud, quamvis ei utriusque noſtri codicis patrocinetur auctoritas, ta-

men prorsus non ferendum videbatur: igitur memor quam c saepe α & ω literae, ob similitudinem quam in vetustioribus codicibus inter se habebant, confusae permutataeque essent a librariis, non dubitavi, φυράσας verum esse, & sic olim scriptum hîc fuisse. Nec vero γε particulam probavi, a Casaubono propositam, cui non erat hîc locus. Coniunctiva desiderabatur particula, quae duo ista participia, συγκυρνανήσας & φυράσας, inter se copularet. Ea erat τε vocula, quae, postquam φυράσας in φυρώσας corruptum erat, in γε mutata est.

Vers. 10. »In ultimo,

»κατησίμωσα πῶμα καύματος λύσιν,

»nove καταισιμοῦν pro *conficere*, *parare*. Nam αἰσιμοῦν est »*consumere*.« CASAUBONUS. — Nempe sic *Dalecampius* interpretatus erat, *paravi*. Commode vero PALMERIUS monuit, Exercit. pag. 515. cum αἰσιμοῦν sit *consumere*, adeoque καταισιμοῦν, *omnino consumere*; vertendum fuisse *exhausi poculum*, vel *consumsi poculum*. Sane cognatum verbum ἀναισιμοῦν, Herodoto familiare, similiter usurpatum videmus; non ut *parare* denotet, sed *consumere*, *usu consumere*, *uti*: verbi caussa apud eumdem Herodot. II. 60. καὶ οἶνος ἀμπέλινος ἀναισιμοῦται πλέον ἐν τῇ ὁρτῇ ταύτῃ ἢ ἐν τῷ ἄπαντι ἐνιαυτῷ: *plus vini absumitur*, *usu consumitur*. Sed *primae* verbi *personae* quo pacto hîc locus esset, non vidi: necessarioque verbum *in tertiâ personâ* ponendum existimavi.

Ὁ δ' αὐτὸς (nempe ὁ Δελφὸς Ἡγήσανδρος) ἱστορεῖ κἀν &c. »Nemo cui in literis cor sapiat dubitabit corrupta »esse quae sequuntur: Ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ κἀν Θηράσι »ταῖς νήσοις ἐπιτάττοντα λέκυθον ἀντὶ ἀλφίτου »πίνειν. Deest nempe proprium alicuius viri nomen, si»quidem recte scriptum ἐπιτάττοντα. Legebam, ἱστορεῖ »καὶ Ἀνθέαν τὸν ταῖς νήσοις ἐπιτάττοντα: id est, *Narrat* »*idem de Anthea*, *qui a Seleuco rege fuerat insulis praefectus*.« [At in eam sententiam oportebat τὸν ἐπὶ ταῖς νήσοις τατόμενον, non ταῖς νήσοις ἐπιτάττοντα.] »Sed reperi post»ea in Excerptis ita scriptum: [Ὁ δ' αὐτὸς] ἱστορεῖ τι»νὰς ἐπιπάττοντας λέκιθον ἀντὶ ἀλφίτου πίνειν. [Sic & noster ms. *Ep.* nisi quod ibi ἀντ' ἀλφίτου, per apostrophum.] »Quare ita forte locus concipiendus: Ὁ δ' »αὐτὸς ἱστορεῖ καί τινας τοῖς οἴνοις ἐπιπάττοντας »λέκιθον. Id est: *Narrat idem*, *quosdam farinae loco vinum*

» *aſpergere vitello ovi, & ita bibere.* « CASAUBONUS. — Vitioſa manifeſte ſcriptura fuerat λέκυθον, pro quo recte uterque codex mſtus λέκιθον dedit. In ἐπιτάττοντα quidem nil mutat ms. *A.* ſed haud dubie verum eſt ἐπιπάττοντας, id eſt, *inſpergentes, adſpergentes;* quod opportune ſervavit *Epitoma.* Quum vero *inſpergi* non tam commode de *vitello ovi*, quam de *farinae* quodam genere dicatur; λέκιθος h. l. de *piſi* ſive *lentis farinâ* accipi rectius videtur. Confer omnino Foeſii Oeconom. Hippocr. pag. 379. Iam, quid ſit quod ἐν Θηράσι ταῖς νήσοις dicat, mirum utique videri poteſt; quum Θηράδες νῆσοι nusquam commemorentur. Probabile vero eſt quod DALECAMPIUS ait, *Theram* & *Theraſiam*, Cyclades inſulas, communi iſto nomine comprehendi. Sed articulo ταῖς nullus hîc locus eſt: quare κἀν Θηρασίαις (ſive Θηραστίαις) νήσοις, vel κἀν ταῖς Θηρασίαις νήσοις olim ſcriptum fuiſſe ſuſpicatus ſum. Simili quadam ratione Aeoliae ſive Vulcaniae quae vocantur inſulae, apud Polybium (l. 25, 4. & XXXIV. 11, 19.) ab earum unâ Liparâ, αἱ Λιπαραῖαι νῆσοι & αἱ Λιπάραι nominantur.

AD CAP. XLI.

e In *CRITIAE* (Callaeſchri filii, ut docet Athen. XV. 666. b.) *verſ.* 4. cum ſic legeretur,

μηδ' ἐπὶ δεξιτέραν χεῖρα κυκλοῦν Θιάσου,

monuit CASAUBONUS: » Melius Θίασον. Eſt autem κυκλοῦν Θίασον, *in orbem per ſingulos convivas poculum ducere.* Reſpicit enim ad morem τοῦ περιφέρειν τὸ ποτήριον: » quod a dextris fieri incipiebat. « — At quum κύκλῳ, non κυκλοῦν, dederit noſter cod. *A.* tenendum hoc putavi, & Θιάσου in Θιασοῦν mutandum; ignotum quidem Lexicis verbum, ſed legitime & ex analogia a nomine Θίασος formatum, ut ſonet *thiaſum agere, bacchari.* Ab illo verbo derivatum eſt nomen ſatis frequentatum, ὁ Θιασώτης. Saepe in fine verborum omiſſam a ſequioribus librariis ν literam novimus, non adrendentibus ad ſubtilem lineolam ſuperne impoſitam, qua illa litera in vetuſtioribus libris indicata erat. Epitomator iſtum verſum cum nonnullis ſequentibus conſulto praetermiſit, poſt verba ὀνομαστὶ λέγοντα ſtatim illa (ex *vs.* 9.) ponens, ᾧ προπιεῖν ἐθέλει.

Quid lateat ſub monſtris, quae *verſus quintus* exhibet, e ingenioſioribus divinandum relinquimus. Nos ita eum ſcripſimus, ut dedit ms. *A*. In fine ſic edebatur γένης καὶ † † & defectus *ſexti verſus* vacuo ſpatio punctis distincto indicabatur. Et deſideratur utique ſextus verſus: ſed in vetere codice nullum lacunae comparet indicium, & καὶ particula nonniſi ſemel ponitur, hoc modo: γενης· καὶ προπόσεις &c. ut in γενης deſiiſſe olim videatur quintus verſus. Sextum fortaſſe ipſe omiſerat Athenaeus.

Quod *verſ.* 8. a Caſaubono poſitum eſt, προπίνειν, id non ferebat menſura verſus. Commodum videri debebat προπιεῖν, quod habet ms. *Ep.* Sed interpretationi Breviatoris deberi iſtud, fidem facit id quod vetus cod. *A.* dedit, προπολεῖν, id eſt, *miniſtrare, famulari.* Qui propinabat, is nominatim deſignabat eum, *cui dein miniſtrare* (i. e. cui poculum dein porrigere) *vellet.* *Verſ.* 9. Recte γλώσσας τε λύουσι edd. niſi quod adiectâ ν literâ λύουσιν oportuit.

Verſ. 12. »Scripſimus λῆστις δ' ἐκτήκει μνημοσύνην »πραπίδων. *Oblivio delet memoriam ex animo.* λῆστις idem »eſt ac λήθη: ſic Epitome, recte. Prius erat λῆσις, quod »non probo.« Casaubonus. — Nempe λῆσις alioqui, quoad novimus, non aliud niſi τὴν βούλησιν vel αἵρεσιν ſonat: λῆστις vero *memoria* eſt. Videndum tamen, ne etiam poſtremâ hac notione vera ſit ſcriptura λῆσις, quae ſane antiqua eſt: nam uterque codex eam in contextu habet: in ms. *Ep.* λῆστις nonniſi inter lineas ſuperne adſcriptum. Multa olim in uſu fuerunt vocabula, quae nec adnotata ſunt a Gloſſographis, & per librariorum hallucinationem, partim etiam nonniſi per Editorum ſive temeritatem ſive imperitiam, hodie obliterata. *Verſ.* 19. Recte καλῶς δ' εἰς &c. dedit codex *ms.* uterque. *Verſ.* 21. recte ὑγίειαν dedere edd.

Verſus 23. cum tribus ſeqq. & priori hemiſtichio verſus 27. deſunt in Epitoma. Ad *verſ.* 24. notavit Casaubonus: »Scribi debet:

»Τέρψασί σε λυποῦσ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.«

At pronomen σε, quod ignorant libri, nec res poſcit & metrum reſpuit; ut monuit Dorville ad Charit. p. 359. Nam λυποῦσι primam producit. Pergit Casaubonus: »Poſtea lege ac diſtingue:

»Ἡ Λακεδαιμονίων δὲ δίαιθ' ὁμαλῶς διάκειται.

b » ἔσθειν καὶ πίνειν σύμμετρα πρὸς τὸ φανὲν,
» καὶ τὸ πονεῖν εἶναι δυνατούς. ὡς ἔστ' ἀπόταικτον
» ἢ μέρᾳ οἰνῶσαι σῶμ' ἀμέτροισι πότοις.

» In ſecundo verſu negotium faceſſunt poſtrema verba. » Quid ſi ita ſcribamus? σύμμετρα πρὸς τὸ φαγεῖν καὶ » τὸ πιεῖν εἶναι δυνατούς. *Spartanorum diaeta eſt, ſic edere* » *& bibere, ut, cum recedunt de menſa, adhuc poſſint edere &* » *bibere.* Sapientum eſt praeceptum, fugiendam eſſe πλησ- » μονὴν, & nunquam ad ſatietatem usque bibendum aut » edendum. Etiam magnus Medicorum Apollo iubet ἀσκεῖν » ἀκορίην τροφῆς.« — Nobis nec ſententia iſta hoc loco ſatis placuit: nec, ſi id dicere voluiſſet poëta, illâ loquendi formâ uſurus fuiſſe videbatur. Poteſt ſub ſcriptura φανὲν, quam cum editis vetus codex tenet, aliud neſcio quid latere: quod donec a feliciori ingenio in lucem producatur, interim nos πρὸς τὸ φέρειν legebamus, orationis conſtructionem in hunc modum concipientes, πρὸς τὸ εἶναι δυνατοὺς φέρειν καὶ τὸ ποτεῖν, id eſt, πρὸς τὸ εἶναι δυνατοὺς καὶ τὸν πόνον φέρειν. Quid ſit vero quod pro vulgato olim ο ὐ κ ἔστ' ἀπόταικτον doctus Animadverſor ὡς ἔστ' ἀπόταικτον ſcribi iuſſerit, aut quo pacto intelligi ſcripturam iſtam voluerit, plane neſciturus eram, niſi poſtremam eclogae partem a DALECAMPIO ſic converſam vidiſſem: *Eſt enim inſolentis ac incompoſiti, potione immoderatâ & vinolentiâ corpus ſuum obruere.* Nempe iſtam interpretationem probans Caſaubonus, ἀπόταικτον intellexerat *incompoſitum, incondituin, contra ordinem:* eâque cauſſâ negativam particulam tollens, ut Dalecampius *enim*, ſic ille ὡς poſuit; quod etiam a PURSANO factum video, qui omnia Dalecampii inventa ad verbum de Latino in Graecum converrere conſueverat. Quo pacto vero vocem ἡμέρᾳ (prudenter a Dalecampio omiſſam) intellexerit Caſaubonus, difficile dictu; niſi forte pro eo accepit quod latine *de die* dicimus: at id Graece ἀφ' ἡμέρας, non ἡμέρα, ſonabat. PURSANUS quidem & ſibi conſtans & fideliter Dalecampii veſtigia premens, ἡμέρᾳ in ἡμῶν mutaverat. Neſcio an & illud aliquatenus forſaſſe turbaverit Caſaubonum, quod in Epitoma hoc loco ὡς particula legitur: qui tamen, ſi paulo diligentius Epitomam inſpexiſſet, longe aliud, quam quod ipſe nobis obtrudere voluit, in ea reperturus fuerat. Nam, omiſſis ſuperioribus verſibus, ſic ſcripſit Breviator: καὶ ἑξῆς δὲ φησὶν ὡς οὐκ

ἔστιν αὐτοῖς ἀποτακτὸς ἡμέρα οἰνῶσαι σῶμα ἀμέ- b
τροισι πότοις. Vides, illam ὡς particulam, non poëtae esse, sed Breviatoris, & idem ac ὅτι valere. Negationem οὐκ ἔστι tenet Epitomator, sicut codex *A.* & editi. Iam ad editam olim scripturam ἀπότακτον & ἡμέρᾳ nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum: sed unice verum est quod habet Epitoma. Hoc dicit poëta, *non esse apud Lacedaemonios dies certos statutosque, quibus licitum ac minime indecorum habeatur immodico vino sese onerare.* Aliud est ἄτακτος, quod in animo habuerat Casaubonus; nempe *inordinatus, inconditus, immodestus:* aliud ἀπότακτος sive ἀποτακτός: nam utroque modo scribi potest; *acute*, si a verbo ἀποτάσσω proxime derivatum intelligas; *antepenacute*, si ex simplici adiectivo verbali τακτὸς compositum cogites: utrolibet autem modo scriptum, significat *certum, statutum, constitutum.* Illud quidem in huiusmodi adiectivis verbalibus constanter observasse mihi videor; si acute scribantur, formari foemininum genus per η; si antepenacute, foemininum simile esse masculino. Quare non usquequaque rectum est quod Epitoma habet, ἀποτακτὸς ἡμέρα: sed aut ἀποτακτὴ oportebat; aut ἀπότακτος, quod praetuli. Valet autem ἀπότακτος idem ac ἀποτεταγμένος, de quo verbo videsis Lexicon nostrum Polybianum. Initio *versus* 26. pro eo quod ms. *A.* habet ἐσθίειν, recte ἔσθειν editum erat: quâ formâ verbi plerumque etiam aliàs usos esse Atticos poëtas observavimus.

AD CAP. XLII.

φιλοκωθωνιστὴς agnoscit quidem ms. *A.* cum edd. sed suspicor duas primores syllabas per incogitantiam e superioribus verbis a librario repetitas esse. Vera scriptura videtur esse κωθωνιστὴς, quam habet ms. *Ep.* quod vocabulum significat eum qui φιλεῖ κωθωνίζεσθαι. Si nomine a φιλο incipiente uti voluisset auctor, φιλοκώθων (puto) dicturus fuerat. Sic πολυκώθων, p. 436. d. *Ibid.* ὃν ὡς πολυπότην ἐπιπλήσσει ὁ Ἀχιλλεύς. » Respicit hunc poëtae ver- » sum, οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων &c. « Casaub. — Iliad. α'. 221. Qui mox citatur Poëtae versus, est Iliad. ξ'. c vs. 1. *Descriptionem poculi Nestoris* habes Iliad. λ'. 631 sqq. *scuti Herculis* vero, Iliad. σ'. 478 sqq.

» Ait de *Nestore* & *eius poculo illo nobili*, ἐστρατεύετο

c »γὰρ μετ' αὐτοῦ. Interpretes, *ſiquidem cum poculo is proe-*
»*liabatur.* Confundunt στρατεύεσθαι & μάχεσθαι, res di-
»verſiſſimas. Nusquam in Homero leges Neſtorem cum
»poculo pugnantem: ſed facit eum poëta in *expeditionem*
»*profectum cum ſuo poculo:* id autem eſt στρατεύεσθαι, *obi-*
»*re militiam.*« CASAUB. — ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιὸς, ait Poëta, Iliad. λ'. 631. Quod vero ſic dein legebatur, καθάπερ καὶ μετὰ τῆς ἀσπίδος ἐκεῖνος, ἧς φησὶν ὁ Ἕκτωρ καὶ μέχρις οὐρανοῦ ἥκειν τὸ κλέος: iſtud ἐκεῖνος, non ab Athenaei manu eſt, ſed ex ingenio Baſileenſis editoris, qui & in exemplo editionis Ven. quod ipſius olim fuerat, ſua manu ita correxit, & dein eodem modo in ſua editione excudendum curavit; nempe ad *Achillem* referens. At ſi recordatus eſſet eorum quae Hectorem dicentem facit poëta Iliad. θ'. 192. vidiſſet recte ἐκείνης ſcriptum fuiſſe in ed. Ven. Nempe de *Neſtoris ſcuto*, non de Achillis, loquitur Hector. Et ἐκείνης habet etiam ms. *A.* Praepoſitionem vero μετὰ, ante τῆς ἀσπίδος haud ſane incommode repetitam in editis, ignorat mstus. In *Epit.* tota ῥῆσις deeſt, καθάπερ καὶ — — κλέος.

Οὐκ ἂν ἁμάρτοι δέ τις &c. »Non abſurde dicit Athe-
»naeus, *Neſtoreum illud poculum* Ἄρεως φιάλην poſſe dici
»κατὰ τὸν Ἀντιφάνους Καινέα. Unde diſcimus, *ANTIPHA-*
»*NEM* Comicum in *Caeneo* ita locutum eſſe: ſed, quid ap-
»pellaverit poëta *phialam Martis*, neſcimus: quia corru-
»pta ſunt illius verba, quae deſcripſerat auctor hoc lo-
»co. Ariſtoteles libro De Poëtica: [cap. 22. ſect. 9. ed. Buhl.] »Ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον καὶ ἀσπὶς πρὸς
»Ἄρην. ἐρεῖ τοίνυν καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην Ἄρεως, καὶ τὴν
»φιάλην ἀσπίδα Διονύσου. Eadem fere verba in Rhetori-
»ca ad Theodectem, non uno loco, ſine ulla Antiphanis
»aut alius poëtae mentione.« CASAUBONUS. — De *Caeneo*, ex puella in virum mutato, qui nomen dedit Antiphaneo dramati, vide Ovidii Metam. lib. XII. fab. IV. & V. De metaphorica dictione, φιάλη Ἄρεως, conf. Schneiderum ad Demetr. de Elocut. p. 140. *ANTIPHANIS* verba repraeſentavimus qualia conſentiente ms. *A.* (nam in *Epit.* deſunt) edita erant: niſi quod in duo cola utcumque diſtribuimus. Verſiculos olim fuiſſe anapaeſticos, ex ipſis ruderibus adhuc ſatis intelligitur. Corruptum locum varie tentarunt viri docti. *Poſcebat timidus phialam* in verſione poſuit DALECAMP. quod Graece ſonat ἤτει δειλός,

Samuelis PETITI inventa (Miſcell. VI. 13.) conſulto omitto; cum, ſicut fere eiusdem in hoc genere omnia, nihil ſint niſi luxuriantis ingenii commenta. KOPPIERS, in Obſervatis Philol. pag. 40 ſq. acute ſuſpicatus eſt, vocabulum τὸ ὅπλον ex interpretamento irrepſiſſe: nempe τὸ ὅπλον (id eſt, τὴν ἀσπίδα) *Timotheus*, poëta dithyrambicus, φιάλην Ἄρεως dixerat. Sic igitur ille *ANTIPHANIS* verba conſtituenda cenſuit: c

ἤτει κεῖνος φιάλην Ἄρεως
κατὰ Τιμόθεον, ξυστόν τε βέλος.

At nimium quantum κεῖνος illud a librorum ſcripturâ δῆλος recedit: cuius ſcripturae veſtigiis preſſius aliquanto inhaerens TYRWHITT, ad Ariſtot. Poëtic. l. c. (cuius integram Adnotationem *Buhlius* etiam in ſuis ad eumdem libellum Notis transſcripſit) ſic fortaſſe ſcripſiſſe *Antiphanem* coniectaverat:

— ἤτει δ' ἥρως Σ' ὅπλον
(φιάλην Ἄρεως, κατὰ Τιμόθεον)
ξυστόν τε βέλος. —

Ingenioſe IACOBS (in *Notulis msstis*) vocem ὅπλον ex alia quadam, quae hîc olim ſcripta fuiſſet, natam ſuſpicatus, eam propoſuit emendationem, quam in verſione Latina ſecuti ſumus: ἔστη δ' ἥρως φιάλην πάλλων Ἄρεως, κατὰ Τιμόθεον.

οὐχ ὅτι καὶ οὐχὶ τῷ νικηθέντι &c. »Sequitur de alio d »Neſtoris poculo, quod dono datum eſt ei ab Achille: »Ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὴν φιλοποσίαν ὁ Νέστωρ καὶ παρ' »Ἀχιλλέως λαμβάνει δῶρον φιάλην ἐν τῷ ἐπὶ Πατρόκλῳ »ἐπιτελουμένῳ ἀγῶνι. οὐχ ὅτι καὶ οὐχὶ τῷ νικηθέντι »ἔδωκε δέπας ὁ Ἀχιλλεύς· τοῖς γὰρ φιλοπόταις οὐ παρέ»πεται τὸ νικᾶν διὰ τὸ ῥάθυμον. Leviter corrupta eſt penul»tima periodus, mens tamen clara, ſi vel mediocriter at»tendiſſent interpretes. Cauſſam affert dati poculi ab »Achille Neſtori. *Fortaſſe*, ait, *ratio fuit, quod id munus erat »ſymbolum ἀδρανείας & effoetarum virium. Quare etiam alii »qui victus* in eo funebri ſpectaculo *fuerat, datur itidem po»culum* ab Achille agonothetâ. Reſpicit illum verſum eius»dem libri, Τῷ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμφικύπελλον. [Iliad. ψ'. 656. Conf. ib. 615 ſqq.] »Auctoris verba fingi »varie & reformari poſſunt: ſimpliciſſimum fuerit, ὅτε καὶ »τῷ νικηθέντι &c.« CASAUBONUS. — Haud ſane admodum commoda loquendi formula, quam Noſter (quemadmo-

d dum totam hanc de Neſtore disputationem) a neſcio quo parum diſerto Grammatico accepit: nec vero, ſi dicere licet quod ſentio, magis commoda videtur emendatio a docto Animadverſore propoſita; ac vereor, ne aliud ille quam ὁτὲ ſcribere voluerit. Interim vulgatam ſcripturam, in qua nihil mutat vetus noſter codex, ferendam putavi, eâ notione quam in verſione expreſſi, *non quin* &c. quod idem fere valere videtur, ac ſi dixiſſet, *in quo eum ſimilem quodammodo fecit victo, & eodem loco habuit.* Omiſit iſta Epitomator, οὐχ ὅτι καὶ &c. usque ἀνατείνοντες.

ὁ δὲ Εὔμηλος λαμβάνει θώρακα &c. »Quod autem ad»dit, Ὁ δὲ Εὔμηλος λαμβάνει θώρακα δραμὼν ἆθλον ἐπι»σφαλῶς καὶ ἀμοχθεὶ ἀσφαλείας ὅπλον: id eo ſpectat, »ut probetur Achillem apud principem vatem iudicio di»viſiſſe munera, & id cuique attribuiſſe quod ei erat »convenientiſſimum. *Eumelo* igitur, *qui in curruli certami»ne periculoſe cucurrerat non ſine labore, dat thoracem; quod »armorum genus tutamen corpori praeſtat.* Sententia auctoris »haec eſt. Sed pro καὶ ἀμοχθεὶ ſcribendum omnino καὶ »οὐκ ἀμοχθεί: vel ita potius, ἐπισφαλῶς καὶ ἀμυ»χθείς: nam Excerpta optima habent καὶ εὐμυχθείς: »quod quia Graecum non eſt, ſcribendum ἀμυχθεὶς, id »eſt, *periculoſe, & leviter etiam laeſus.* Homeri de *Eumelo* »verſus iſtos reſpicit: [Iliad. Ψ. 394 ſqq.]

»Λύτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη,
»ἀγκῶνάς τε περιδρύφθη, στόμα τε, ῥῖνάς τε,
»Ἰρυλλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι.« CASAUBONUS.

Etiam noſter codex *Epit.* εὐμυχθεὶς habet, perperam inter ſe permutatis ευ & α: quod frequenter factum ab imperitis librariis, ob ſimilitudinem quam cum formâ literae α habet compendioſa illa nota, qua diphthongus ευ in vetuſtis libris pingi ſolet. Perſpicue vero ἀμυχθεὶς ſcribitur in cod. *A.*

AD CAP. XLIII.

e Τῆς δὲ δίψης &c. »Cum ſcribit, Τῆς δὲ δίψης οὐδέν »ἐστι πολυποθητότερον, ſignificat, *nullum eſſe affectum qui »acriora aut plura deſideria in nobis excitet, quam ſitis faciat:* »deſiderium, intellige, liquoris. Vocem πολυπόθητον acti»ve accipit; quae proprie paſſive ſonat, atque ita ſumi»tur ſtatim in proximis verbis, quae contra auctoris men-

» tem capiunt interpretes: διόπερ καὶ τὸ Ἄργος πολυδίψιον ε
» ὁ ποιητὴς ἔφη, πολυπόθητον διὰ τὸν χρόνον. Hoc est, *pro-*
» *pterea poëta appellat Argos* πολυδίψιον, *multum desideratum,*
» *propter longi temporis absentiam.* Frequens est apud Home-
» rum, πολυδίψιον Ἄργος ἰκοίμην. Sed id epithetum va-
» rie antiquì sunt interpretati.« CASAUBONUS. — Vide Interpp. ad Iliad. δ'. 171. Recte vero τὸ πολυπόθ. *cum articulo* dedit codex ms. uterque: quod idem valet ac si dixisset auctor »*id est* πολυπόθητον.« *Mox* deinde, e ms. *Ep.* adoptavimus scripturam ἐπιθυμίαν ἐμποιεῖ τῆς περιττῆς ἀπολαύσεως, ubi τὴν περὶ τῆς ἀπολαύσεως dabat ms. *A.* cum edd.

ἢ πιεῖν δίδούς. »In posteriore *SOPHOCLIS* senariorum,

» Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ,
» οὐκ ἂν πλέον τέρψειας μὴ πιεῖν δίδούς.

» scribendum, suadente metro, τέρψειας ἢ πιεῖν δίδούς: » *sitientem nullâ orationis elegantiâ ita oblectaveris, ac si dederis* » *quod bibat*: vel, τέρψειας, οὐ πιεῖν δίδούς: *frustra tentes* » *sitientem eruditis sermonibus oblectare, si potum non dederis.*« CASAUBONUS. — Utique vulgatum non fert metri ratio: licet teneat μὴ codex uterque mstus. Priorem Casauboni emendationem, ἢ, adoptavimus cum BRUNCKIO, in Sophoclis Fragm. ex Incertis Tragoed. num. 44.

ὡς ἐρέω. »Ἐρέω an Graecum sit, pro *amo* aut *cupio*, » admodum dubito. Sic tamen in subiectis hisce *ARCHI-* » *LOCHI*: Μάχης δὲ τῆς σῆς ὥστε διψέων πιεῖν, ὡς ἐρέω. » Sed arbitror scribendum ἐράω.« CASAUBONUS. — At sicut διψέων Ionico more pro διψάων scripsit *Archilochus*, quidni perinde & ἐρέω pro ἐράω dicere ei licuerit?

καὶ Ἀνακρέων· φίλη γὰρ εἶ σὺ ξείνοις. Hoc, quod f perapte convenit cum *Anacreonteo* metro, haud obscure latere nobis videbatur in mendosa scriptura veteris codicis, εἰς ξείνεις, ex qua εἶ ξένοις fecerunt editores. Deinde vero cur ἔασσον & πίνειν BARNESIUS scripserit (pag. 244.) pro ἔασον & πιεῖν, (quae commode tuetur ms. *A.* cum editis) exputare equidem non potui. In *Epit.* deest *ANACREONTIS* fragmentum.

Ξενοφῶν δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Παιδείας. ἐν τῷ τετάρτῳ oportebat. Leguntur ista sane in *XENOPHONTIS* de *Institut. Cyri libro quarto*, cap. 6. sect. 15.

κακῶν οἰνοχόων προστατούντων. »*PLATONIS* lo- » cus extat in *octavo De Republica*, [versus finem libri,

p. 221. Opp. T. VII. ed. Bip.] » Inde reſcribe προστατούντων » τῇ πόλει: etſi iterum aliquanto poſt [apud Athen. p. 444. a.] » προσταττόντων. « CASAUBONUS. — Recte προστατούντων nobis dedit uterque cod. mſtus. Verba τῇ πόλει nec apud Plat. nec apud Athen. adiiciuntur; neque omnino deſiderantur.

AD CAP. XLIV.

a Ἔπινε δὲ καὶ Πρωτέας ὁ Μακεδὼν πλεῖστον. Huius *Proteae* iam ſupra mentio facta, lib. IV. p. 129. a. *Ibid.* Ἔφιππος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος ταφῆς. Eodem titulo is liber citatur apud Noſtrum, III. 120. e. ſed pro ταφῆς, eſt μεταλλαγῆς IV. 146. c. τελευτῆς vero XII. 537. d.

b οὐ μὴν ὑπήνεγκεν. Sic recte ms. *Ep.* Ex ms. *A.* quidem ad editum ἐπήνεγκεν nil adnotatum: ſed ſatis notum eſt, in vetuſtis codicibus initio verborum in praepoſitionibus ἐπ & ὑπ vocalem ita cum conſona connecti ſolere, ut ſaepe vix & ne vix quidem discernere valeas, utrum επ, an υπ, voluerit debueritve librarius. Spiritus autem ſaepe vel omiſſus vel ipſe quoque ambigue pictus eſt. Niſi ὑπήνεγκεν dediſſet codex Epitomae, ἔτι ἤνεγκεν correcturus eram: & vel ſic fortaſſe veriſſimum hoc fuerit. *Ibid.* ἀλλ' ἀπέκλινεν. Sic, non ἐπέκλινεν, dedit mstus uterque. *Paulo poſt*, recte μυνίσαντος non modo uterque codex dedit, ſed & editio Ven.

δηλοῦται δὲ τοῦτο ἐν ταῖς Ἐφημερίσιν αὐτοῦ, ὡς ἀνέγραψαν Εὐμένης τε &c. » De *Alexandri M. temulentiâ* & » *Ephemeridibus*, in queis dies fuerant adnotati per quos » ille crapulam edormiebat, Plutarchus quoque facit men- » tionem, & Aelianus Ποικίλης libro III. cap. 23. In ex- » tremo huius capitis ſcribe, ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς » καὶ ἐκεῖνός ἐστι. Clarum & certum ex hoc Athenaei lo- » co. In omnibus [vetuſtis Aeliani] editionibus, ὧν καὶ » εὖ μὲν ὁ Καρδ. Simili errore ſoluta & corrupta nomina » propria invenias plurima. In Ancyroto Epiphanii, ὁ δ' ἐφ' » ἡμῶν ἕτερος κωμικὸς φησὶν, οἱ ἕνα θεὸν σεβοντες, ἐλπίδας » ἔχουσι καλὰς εἰς σωτηρίαν: ineptiſſime. Scribe, ὁ δὲ Φι- » λήμων ἕτερος κωμ. Theophilus ad Autolycum, lib. III. » τίνι οὖν αὐτῶν πιστεύσωμεν; Φιλήμονι τῷ κωμικῷ, λέ- » γοντι·

» — Οἱ γὰρ θεὸν b
» σέβοντες, ἐλπίδας καλὰς ἔχουσιν εἰς
» σωτηρίαν. —

» Sed poteſt unus Aelianus plura exempla ſimilium erro» rum nobis ſuggerere. Ut cum libro eodem [III.] c. 20. » ita ſcribitur: ὁ δὲ Λύσανδρος, Ἀλλὰ τοῦτο μέν, εἶπε, » δότε τοῖς εἰδόσιν· ἐλεύθερου γὰρ οὐκ ἔστι βρῶμα. Legen» dum eſt, τοῖς Εἰλωσι. *Liberis hominibus*, ait, *non convenit* » *hic delicatus cibus: date igitur Eilotibus.* Nota eſt hiſtoria. » Item, cum libro II. [cap. 41.] ubi vinoſos enumerat, » poſtquam in id album Agronem regem Illyriorum retu» lit, ſubiicit: καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς γενναῖος » πίνειν καὶ οὗτος † ἑαυτῷ ἀκρατῶς. Reſtituendum: καὶ » ἕτερος Ἰλλυρ. βασ. Γέντιος, πίνειν καὶ οὗτος ἔσχεν » ἀκρατῶς. Hic eſt *Gentius*, Perſei compotor; qui bello » Macedonico implicitus, mox Anicio Romano impera» tori triumphum de ſe peperit. Athenaeus quoque ali» quando poſt [pag. 440. a.] inter πολυπότας iſtum recen» ſuit, *Gentionem* nominans, ut dicemus. Libro eodem [Ae» liani, III.] cap. 33. Ψωφίλιοι Arcadiae populus nomi» nantur, qui Ψωφίδιοι erant dicendi ex libris Geographo» rum. Ibi etiam ſcribitur, Χερρονήσιοι δὲ οἱ ἀπὸ Κνίδου » καὶ αὐτοὶ τὸν αὐτὸν ποταμὸν ὁμοίως, *humanâ* videlicet » *formâ effingunt.* Quis ille αὐτὸς *fluvius?* Interpretes Al» pheum ſignificari putarunt, cuius proxime facta ibi men» tio. Non videtur recta haec ſententia: & omnino falſa » eſt. Lego, καὶ αὐτοὶ τὸν Κνίδον ποταμόν. Cnidus fluvius » inter nobiliſſimos nominatur etiam Ariſtidi, in laudatiun» cula putei Aeſculapii. Capite autem 31. inter antiquos » atheos clari nominis *Soſias* quidam recenſetur: qui in » rerum natura nunquam fuit: ſed vel Ἱππίας vel Γορ» γίας ſcribendum, inducto ſervili nomine. Libro VI. cap. » 13. memoratur ἡ Λευκανίων περὶ Βόσπορον τυραννίς: cum » Λευκωνίων ſit verum nomen. Leuconem tyrannum & eius » poſteros intelligit: quorum nota ex hiſtoria Graeca & » oratoribus tyrannis. Similia his ſexcenta in eo ſcripto» re aliisque nobis pridem obſervata. « CASAUBONUS.

MENANDRI ecloga neglecto prorſus metro ſcripta c erat: quumque vitioſe κόνδυλον χρισοῦν legeretur in editis, & στρουθία minuscula litera initiali tamquam ad» pellativum nomen ſcriptum eſſet, monuit CASAUBONUS: » Scribe, κόνδυ χρυσοῦν Στρουθία. De *condy* poculo

c » adi librum ſequentem, unde haec correximus. « — Nempe ibi, (XI. 477. f.) ubi pars huius eclogae repetitur, recte κόνδυ edebatur: quam ſcripturam hic eamdem nobis ambo noſtri codices exhibebant. Sed rectius fortaſſe fuerit nomen Στρουθίον, quod libro XI. habent mssti cum edd. In *tertio verſu*, pro ſimplici verbo ἔπιον, compoſitum ἐξέπιον ipſe verſus deſiderabat; de quo monuit BENTLEY, in Emendat. in Menand. p. 37. ubi etiam verſus rectius, quam a Clerico factum erat, digeſti.

Νικοβούλη δὲ, ἢ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ &c. » Verte iſta ſic: » *Nicobula, aut is qui huius nomine ſcripta illa edidit. Ni-* » *COBULAM* hanc & libro XII. [pag. 537. d.] in ſimili » ſermone laudat. « CASAUB. — Conf. Fabricii Bibl. Gr. T. II. pag. 223. Recte ταύτῃ edd. Sane, quid huc faciat ταυτὶ, quod ex ms. *A.* enotatum, non video. In *Epit.* verba iſta non leguntur. Sed παρὰ Μηδείῳ habet utercque codex cum editis. Μήδιος abſque diphthongo ſcribitur id nomen apud Arrianum & Plutarchum.

d εἰπόντος τινὸς αὐτῷ. Sic recte edd. Nec enim locus hic eſſe videtur particulae, quam interſerit ms. *A.* In *Epit.* tota omiſſa narratio de *Calliſthene.* *Ibid.* Ἀλεξάνδρου πιὸν, &c. » *Circumferebatur in Alexandri convivio meri po-* » *culum*, omnibus convivis educendum. *Cum ad Calliſthe-* » *nem id perveniſſet*, homo triſtis & liberi ſpiritus *accipere* » *recuſavit. Quaerenti deinde cur non biberet, reſpondit*: Οὐ- » δὲν δέομαι, Ἀλεξάνδρου πιὸν, τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. » *Faciendum non eſt, ut ego cum Alexandri* poculum *bibero,* » *Aeſculapio opus habeam.* Ita emendaveramus hunc locum » e membranis. Quid profuit? [nempe, non paruerant operae, ſed ἔφη Ἀλέξανδρος poſuerant.] » Ἀλεξάνδρου πιὸν, » pro τὸν Ἀλεξάνδρου πιόν. « CASAUBONUS. — At locum iſtum non modo *emendare* e membranis voluerat Caſaubonus, ſed totum *ſupplere*: nam univerſum Calliſthenis reſponſum deerat ed. Ven. & Baſ. Quae autem in his deſiderabantur verba, ea ex Aegiano & ex aliis Italicis codicibus enotata ille habuerat: eademque verba (& in his, Ἀλεξάνδρου πιὸν, non Ἀλέξανδρος) tuetur noſter cod. *A.* Graecarum editionum defectum iam ante Caſaub. in latina verſione DALECAMPIUS ſic ſuppleverat: *reſpondit, nolle ſe, dum Alexandri poculum ebiberet, Aeſculapio indige-re.* Monueratque in ora: » Mutilus hic locus reſtitutus eſt » & expletus e Plutarcho, libro DE cohibenda Ira. « —

Nempe ibi (T. II. Opp. edit. Francof. pag. 454. b.) eam- d
dem rem tetigerat Plutarchus, ubi Graeca quidem vulgo
ſic legebantur, Οὐ βούλομαι πιὼν, Ἀλέξανδρε, Ἀσκλεπιοῦ
δεῖσθαι: ſed perſpecte Guil. Xylander monuerat, πιὼν
Ἀλεξάνδρου ſcriptum oportuiſſe; &, *poculo Alexandri hau-
ſto*, in verſione poſuerat; ablegans lectorem ad eiusdem
Plutarchi Sympoſiac. I. 6. ubi paulo etiam planius, ἐπεὶ
καὶ κύλικα, inquit, λεγομένην Ἀλεξάνδρου, μεγάλην,
ἐλθοῦσαν ἐπ' αὐτὸν ἀπεώσατο, φήσας οὐκ ἐθέλειν Ἀλεξάν-
δρου πιὼν, Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Pro verbo ἐθέλω, quod
initio poſuit Plutarchus, eâdem notione haud inſcite Athe-
naeus idem verbum δέομαι poſuit, quod in fine reſponſi
repetitur. Quod vero iſtam dictionem, τοῦ Ἀσκληπιοῦ
δεῖσθαι, omnes quos dixi interpretes ſic interpretantur,
Aesculapio opus habere vel *indigere*: rectius factum mi-
hi viſum erat, ſi, ut ad genitivum Ἀλεξάνδρου, ſic & ad
Ἀσκληπιοῦ nomen κύλικα ſubintelligeremus. *Aeſculapii au-
tem poculum* quid dixerit Calliſthenes, ſatis perſpicuum vi-
detur.

AD CAP. XLV.

Ἡ δυνάμην καὶ οἶνον πίνειν &c. » Loco eorum
» verborum, quae referuntur ex *epitaphio Darii*, apud
» Strabonem lib. XV. [pag. 730. e.] hoc tantum: ΠΑΝ-
» ΤΑ ΠΟΙΕΙΝ Ἡ ΔΥΝΑΜΗΝ. « CASAUBONUS.

οὐκ εἶναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι. » *Cteſias narrat*, inquit, e
» παρ' Ἰνδοῖς οὐκ εἶναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι. Vel τὸ εἶ-
» ναι poſitum pro ἐξεῖναι: vel deeſt vox νόμιμον: aut
» ſcribendum ἐφίεσθαι, ut ſtatim, παρὰ τοῖς Πέρσαις τῷ βα-
» σιλεῖ ἐφίεται μεθύσκεσθαι. « CASAUBONUS. — Nil mu-
tant libri: nihil vero frequentius, quam ſimplex verbum
εἶναι pro compoſito ἐξεῖναι poſitum. *Mox*, ζώουσι τῷ
Μίθρᾳ dedit codex ms. uterque. Et paulo poſt, Μίθρᾳ te-
nuerunt etiam editi cum msstis.

» De *impotentiâ temulentorum ad generationem* ait: Ἐξυ- f
» δροῦσθαι γάρ φησιν Ἀριστοτέλης - - - τῶν τοιούτων τὴν
» γονήν. Scribe ἐξυδαροῦσθαι: familiare philoſophis
» verbum: quo tamen non utitur *ARISTOTELES* hanc
» quaeſtionem tractans, in iis quidem *Problematis* quae ho-
» die extant. « CASAUBONUS. — Verbum ἐξυδαροῦσθαι,
quo alibi paſſim utitur Ariſtoteles, hic nobis dedit ms. *Ep.*

De re vero quae hîc agitur, vide *Problem. Phyſic.* Sect. III. quaeſt. 11. (al. 12.) & 33. (al. 34.) Scripturam Φυσικοῖς Προβλήμασι praeiverunt ambo noſtri mssti; non inverſe, Προβλ. Φυσ.

a Ἱερώνυμός τε ἐν ταῖς Ἐπιστ. Fortaſſe Ἱερώνυμός γε ſcripſerat auctor; id eſt, *Hieronymus certe, Hieronymus ſane.* *Mox*, commodum quidem eſt, πρὸς τὰ ἀφροδίσια, quod habet ms. *Ep.* Sed quoniam paullo ante praemiſſus eidem nomini articulus erat, nullo incommodo nunc omitti potuit: & ignorat eum cod. *A.* cum edd.

μὴ γύννις εἴη. Sic edd. nec aliud e ms. *A.* enotatum. Sic & apud Suidam: Γύννις· ἀνδρόγυνος, μαλακός. Singulari vero ν literâ cum alibi ſcripta vox occurrit, tum apud Etymol. pag. 243. Sic & ex Athenaei Epitoma Euſtathius, ad Od. λ'. pag. 429. l. 18 & 21. ubi hunc locum recitavit.

AD CAP. XLVI.

b »Ait de *Philippo Macedone*, Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει »μανικὸς, καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ »μέθην. ἦν γὰρ πολυπότης, καὶ πολλάκις μεθύων ἐξεβοή»θει. Non diſpliceat ἐπὶ τὸν κίνδυνον. [nempe ad *ſubeunda pericula* vertit Dalec. ἐπὶ τῶν κινδύνων proprie ſonat, *in periculis;* ſive, *quod ad pericula ſpectat.*] »At, qui »ſcribunt ἐξεβόησε, [nempe, *vociferaretur*, Dalec.] non »ſunt ferendi: minus, cum neglectis vocibus τὰ μὲν & »τὰ δὲ ſententiam philoſopho dignam meſſore indignam »reddunt. Eſt autem haec: *Philippus partim naturâ furio»ſus erat, & temerarius in obeundis periculis, partim ob te»mulentiam: plurimum enim bibebat: ac ſaepe vino madidus ut »ſuis opem ferret in hoſtes ivit.* « Casaubonus. — Haud paulo rectius utique doctus Animadverſor, quam illi hac parte longe inferior Interpres: nec tamen opus erat ut in interpretatione verbi ἐξεβοήθει ponerentur illa verba, *ut ſuis opem ferret:* perſaepe enim apud Graecos ſcriptores, ἐκβοηθεῖν nihil aliud valet, niſi *ire in hoſtes, in proelium proficiſci.* Sic frequenter utitur Xenophon, ſic Polybius, ſic alii: nec aliter hîc Theopompus. Scilicet proprie ſonat id verbum, μετὰ βοῆς ἐξελθεῖν, ut interpretatur Thucydidis Scholiaſtes ad I. 105 extr. ubi non dubitare debuerant editores quin pro mendoſo ἐκβοήσαντες meliorem codicum

ſcripturam ἐκβαιθήσαντες adoptarent. In noſtro cod. *Epit.* mendoſe hic ſcriptum ἐξεωήθει: ſed de menda ipſe monuit ſcriba, duobus punctis (ut ſolet) ſuperne impoſitis. De ſcriptura πολυπώτης & φιλοπώτης, ſimiliumque nominum, in quibus conſtanter vocali ω longâ vetus noſter codex utitur, iam ſupra dictum: quam ſcripturam etiamſi ferendam concedas, tamen multum abeſſe ut unice vera haberi debeat, probant poëtarum teſtimonia; veluti Nicocharis apud Noſtrum, X. 426. f. & Callimachi, X. 436. e. ubi in συμπόται & in οἰνοπότην brevem vocalem ipſa metri ratio neceſſario poſtulabat.

καὶ μεθυσθεὶς πολὺ καὶ πατάξας. » Lege cum Hoe- c
» ſchelianis Excerptis, πολλὰ καὶ παίξας: *cum mul-*
» *tum luſiſſet.* « CASAUBONUS. — Placet utique μεθυσθεὶς πολλὰ, quod & noſter cod. *Ep.* habet. Speciosum item eſt παίξας: ſed ſpecioſius mihi viſum erat, quam verius. Et πατάξας quidem, nullo incommodo dicere potuiſſe *Theopompum* putavi, pro eo quod latine *tumultuatus* dicimus. Heſychius: Πατάσσει· πηδᾷ, ἅλλεται. Idem, Πατάσσω· ἠχῶ: ubi vide Interpp. Inde & nomen πάταγος, idem fere ac ὁ ψόφος valens. Quod in eadem narratione, paulo ſuperius, πιὼν δέ ποτε habet *Epitoma*: vocem illam, quam ignorat cod. *A.* cum editis, de ſuo adieciſſe Breviator videtur; ſcilicet nimis flagitioſe factum ratus, ſi *eâdem* etiamnum *nocte*, quam fere iam totam potando abſumſiſſet, *comiſſatum exiſſet* Philippus.

In *CARYSTII* verbis, pro edito ἐπὶ τὴν κλίνην, recte d
ὑπὸ τ. κλ. dedere ambo codices mssti.

AD CAP. XLVII.

Φιλοπότας δὲ καὶ μεθύσους καταλέγει Θεόπομπος. » Con-
» fer hunc *vinoſorum catalogum* cum eo qui apud Aelianum,
» libro ſecundo Variae Hiſtoriae, cap. 41. & diſce hinc,
» unde ille habeat. « CASAUB.

Θεόφραστος δέ φησι. Sic uterque mstus; non δὲ ἔφη- e
σε. *Ibid.* δὶς κληθῆναι Διονυσοκόλακας. » De *adulatori-*
» *bus Dionyſii iunioris* tyranni, ſatis libro ſexto. [p. 249 ſq. & pag. 254. b.] » Scribendum, ut alibi monebamus, Διο-
» νυσιοκόλακας: non autem Διονυσοκολ. « CASAUBONUS. — Vide Not. ad VI. 249. f. Habet hic quidem Διονυσιο-

κολ. codex *Epit.* sed vetus cod. *A.* cum editis in Διονυσοκολ. consentit.

Συρακοσίων. Sic bis deinceps, paucis interiectis ms. *A.* Quam scripturam in gentili hoc nomine plerumque tenet idem codex, & nos tenendam putavimus. Paulo superius tamen tenuimus Συρακουσίων Πολιτ. consentiente (quod quidem sciam) eodem codice: nec enim opus est, ut in opere ex diversissimorum auctorum fragmentis consarcinato, eadem ubique scribendorum nominum norma
f teneatur. *Mox deinde*, γράφει δὲ οὕτως idem codex *A.* commode dedit. *Porro*, qui hic Νυσαῖος vocatur, apud Aelianum est Νισαῖος: sed scripturam per υ constanter tenent mssti nostri cum editis. *Ibid.* ὥσπερ ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένος. Sic recte scripti & editi omnes, excepta ed. Cas. 2. in qua vitiose ὥσπερ τὴν θανάτῳ. Quo spectat, quod Wesselingius, tamquam e coniectura corrigens hunc locum, (cum nempe vitiosam illam scripturam ob oculos haberet) ait, ἐπὶ θανάτῳ legendum videri.

a καὶ Ἱππαρῖνον δὲ &c. » *Hipparinus* in nostris libris recte,
» qui *Hipparion* in Aeliano. « Casaub. — Vide Aeliani In-
b terpp. ad II. 41. Quae *dein* leguntur, καὶ τὴν τῶν ἄλλων &c. ea omisit Breviator. Recte autem ibi συντελεῖν edebatur; ubi (neglecta in fine ν litera, quae lineola supernе adponenda indicari debuerat) συντελεῖ habet ms. *A.* Recte vero idem ms. *A.* τὴν δίαιταν διῆγεν, ubi artic. derat editis. Sed parum emendata aut integra oratio in illis verbis est, καὶ τὴν τῶν ἄλλων: nam si τὴν τῶν ἄλλων ὕβριν intelligas, non amplius habebit sequens pronomen ὅσα quo referatur. Planissima foret oratio, si dixisset, καὶ τἆλλα ὅσα &c. Sed sub eo, quod nunc hic legitur, aliud quid latere videtur; aut intercidisse nonnihil necesse est. Ad accusativos autem istos, τὴν ὀψοφαγίαν, οἰνοφλυγίαν, ὕβριν, e superiori oratione ex communi referendum verbum ἀνέλαβε. Perperam vero ibi ἀνέβαλεν scribitur in ed. Ven. & Bas. quod tenens Pursanus, dein post ὀψοφαγίαν verbum ἤσκησε inseruit. ἀνέλαβεν tacite correxit Casaubonus, consentientibus nostris mssts: recte. Conf. V. 193. e. & X. 439. b. Adde Lexic. Polyb. pag. 35 sq. num. 3.

περὶ Χαριδήμου τοῦ Ὠρείτου. » Qui in hoc albo sextus
» nominatur tam Athenaeo quam Aeliano, *Charidemus* est
» *Orita*, Euboeensis, Scellii filius, Cotyis Thraciae regis

» gener, & ducum Cherſobleptae regis unus. *Civitate do-*
» *natum* eſſe favente & adnitente Demoſthene, calumniatur
» Dinarchus. Extat tamen Demoſthenis oratio quam con-
» tra eos ſcripſit, qui nimiis honoribus eum publice affici
» ſtudebant. De hoc etiam accipiendum quod narrat Po-
» lyaenus libro tertio. Nam fuiſſe ab Orita Charidemo
» Ilium captam, teſtis etiam Demoſthenes, in ea contra
» Ariſtocratem. An haec ſit tertia Ilii ἅλωσις, quam apud
» Lycophronem deflet Caſſandra; imo an ita debeat ille
» verſus accipi, alibi disputamus. « CASAUBONUS.

μετὰ Δέρδου τοῦ Μακεδ. Cum Derdo Macedone, Dalec. c
At ὁ Δέρδας, non Δέρδος, nomen fuit Macedonicum. Vide Thucyd. I. 57. & ibi Schol.

AD CAP. XLVIII.

ἄδηλον δ' εἰ ὁ Φιλίππῳ διεχθρεύσας. De illo *Arcadione*, d ad quem hoc pertinet, dixerat Noſter ſupra, lib. VI. pag. 249. c. d.

Τοῦ πολυκώθωνος &c. » *Epigramma*, quod narrat Deipno-
» ſophiſta *tumulo potatoris Arcadionis fuiſſe inſculptum* qua-
» tuor verſibus, Excerptorum auctor in duo contraxit,
» hoc modo:

» Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος,
» ὃς ἔδανεν ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

» Non eſt autem χανδὴ κύλιξ, *poculum ore hiante hauſtum*,
» ut fingit vir doctus: ſed *magnum & capax*. Heſychius
» χανδὸν explicat πολύν. Eidem, χανδὸν πιεῖν dicitur eſ-
» ſe, *bibere ἀθρόως ὅλῳ τῷ στόματι, uno ſpiritu ore toto.* «
CASAUBONUS. — Eodem modo contractum epigramma in noſtro ms. *Ep.* In opere pleniore, *verſ.* 2. pro ὤρθωσαν, quod edidit Caſaubonus, ὄρθωσαν habebant ed. Ven. & Baſ. cum msto *A.* quod teneri potuerat. Caſaubono praeiverat H. STEPHANUS, qui hoc epigramma in Appendice Anthologiae a ſe editae poſuit pag. 510. Quod *verſ.* 3. editum erat ἔσβη, id ſatis per ſe probabile erat, nec incommode notione τοῦ τέθνηκε vel ἀπέθανε poſitum videri poterat; (conf. IACOBS Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 36.) quamquam aliâs non ſimplex verbum ἔσβη, ſed compoſitum ἀπέσβη iſta notione frequentatum reperitur; de quo conſulendus Valckenarius in Diatr. Euripid. pag. 57. & Ruhnkenius ad Timaei Lexic. Plat. p. 40.

Sed quod adiiciebatur in ed. Ven. & Baſ. ἔσβη ὅδ' ὠνὴρ, (id eſt, ὅδε ὁ ἀνὴρ) id hoc incommodi habebat, quod deſiderabatur coniunctiva particula, quam non omiſſurus erat epigrammatis auctor. Illam particulam exprimere voluiſſe videtur CASAUBONUS, ſic edens, ἔσβη ὁ δ' ὠνὴρ, quod valet ἔσβη ὁ δὲ ὠνήρ. At hoc quidem minus etiam ferendum: nam quum ὠνὴρ valeat ὁ ἀνὴρ, Graece dici non poterat ἔσβη ὁ δὲ ὁ ἀνήρ: ſed nude oportebat ἔσβη δ' ὠνὴρ, quod quidem verſui non ſatisfaciebat. Quare, quum non ἔσβη, ſed ἔφθη habeat vetus noſter codex, non dubitandum duxi, quin ἔφθη ὁ ex ἔφθιτο fuiſſet corruptum. Nil frequentius poëtis, inde a patre poëtarum, quam ἔφθιτο ponere, pro ἐφθάρη vel ἐτελεύτησε, ut interpretatur Heſychius.

Ἐρασίξενον δέ τινα &c. »Octavus in albo polypotarum & Aeliano & Athenaeo eſt *Eraſixenus*; vel, ut »habent mssti, *Eryſixenus*; de quo recitatur hîc Epigramma iſtud:

e »Οὐ βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἑφεξῆς
»ἀκρήτου φανερῶς ὤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

»Dalecampius legit, Τὸν βαθὺν οἰνοπότην: & habet haec »emendatio manifeſtam rationem. Quia tamen omnes libri »habent Οὐ βαθὺν, poſſumus ex ea lectione hanc ſententiam »elicere: *Eryſixenum, qui non erat ſtrenuus potator, neque »altus vini gurges, rapuit alterum meri poculum.*« CASAUBONUS. — Ἐρυσίξενον nullus, quem ſciam, liber habet. Ἐρισίξενον mendoſe ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. indeque in H. Stephani Append. Anthol. p. 570. Ἐρασίξενον, ut edidit Caſaub. ſic habet uterque noſter codex mstus: pariterque Aelianus, & codex Vaticanus Anthologiae, qui in *CALLIMACHI* Epigrammatis hoc ipſum exhibet, unde & in Callimachi edit. Erneſtina habes p. 304. & in Analectis Brunckii, T. I. p. 471. Pro Οὐ βαθὺν, quod apud Athenaeum tuentur ambo noſtri mssti, iam ante *Dalecampium* H. STEPHANUS ex coniectura Τὸν βαθὺν correxerat: quae vera utique videtur ſcriptura eſſe, quam eamdem tenet Vaticanus Anthologiae codex. Per ſe quidem haud improbabilis eſt ratio, qua ſcripturam Οὐ βαθὺν defenſam expoſitamque a Caſaubono vidimus: ſed, ſi ita Athenaeus ſcripſit, parum commode in famoſorum potatorum recenſu hunc *Eraſixenum* poſuit, & ſecum ipſe pugnavit cum ait, notari in hoc Epigrammate hunc homi-

nem, ut *qui plurimum biberit*, id est, *bibere consueverit*. Nisi e fortasse ita defendi Deipnosophista noster potuerit, ut observemus, de Erasixeno eum non, ut de aliis qui *plurimum bibere consueverant*, dixisse ἔπινε δὲ πλεῖστον, verbo in imperfecto tempore posito; sed πεπώκεναι πλεῖστον, in tempore perfecto, quo significaret, *semel huic accidisse ut plus, quam ferre posset, biberet.* Quod (*vers.* 2.) in ed. Cas. 2. & 3. legitur φανερῶν, operarum erratum est: φανερῶς tenent mssti ambo cum superioribus editionibus. Sed haud dubie praestat participium προποθεῖσα, ad quod necessario refertur adverbium δίς. *Ibid.* Pro ὤχετ' ἔχουσα elegantius fore monuit CORAY, (in *Notis msstis*) si ὤχετ' ἐλοῦσα legeretur.

Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν, ὥς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος· καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. Dalecampii errorem, qui ambigua orationis distinctione deceptus ex *Diotimo* scriptorem fecerat, & *Infundibuli* cognomen ad *Alcetam* retulerat, notavit PERIZONIUS ad Aelian. II. 41. De *ARISTO Salaminio* consule Vossium, libro I. De Historic. Graec. p. 62.

ἔπινεν ἐπιχεομένου οἴνου. Sic ms. *A.* & *Ep. Mox* dein, προείρηται, non εἴρηται πρότερον, dedit ms. *A.* Dixerat de *Cleomene* Noster, pag. 427. c. d. Herodotum vero vide, lib. VI. cap. 75.

καὶ Ἀλκαῖος δὲ ὁ ποιητὴς φιλοπότης ἦν. Verbum ἦν, f quo carebant editi, dedit ms. *A.* De *Alcaeo* vide supra, pag. 430.

Ξέναρχος – – Μετρητὴς ἐπεκαλεῖτο. Confer Aelian. Var. Hist. XII. 26. & ibi Interpp. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Εὐφορίων ὁ ἐποποιὸς ἐν Χιλιάσι. Lubens tenui δὲ particulam, ex Athenaei more ab Editoribus aut iunioribus librariis insertam: quam ignorat quidem h. l. vetus noster codex. Χιλιάδι, pro Χιλιάσι, legendum censuerat MEURSIUS, ad Hellad. cap. 42. p. 55. suffragante KÜSTERO, ad Suidam voc. Εὐφορίων. Sed vulgatum h. l. merito defendit TOUPIUS, Epist. Crit. p. m. 133.

AD CAP. XLIX.

Χάρης – – ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστορίαις. »Scribe »ἐν ταῖς τῶν περὶ Ἀλεξάνδρον Ἱστορίαις.« CASAUB. — At non opus erat illo τῶν articulo, quem nec hic nec alibi agnoscunt Athenaei libri. Vide III. 93. c. & 124. c.

a *Mox*, εἰς πυρὰν νεννημένην dedit vetus cod. *A.* quod praeter neceſſitatem in ἐνημμένην mutarunt iuniores. Ipſum unum verbum omiſit Breviator. *Ibid.* γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκωμίων. »Poſtremam vocem praeter alio»rum conſuetudinem adiecit ſive Chares ſive Athenaeus. »Aelianus ſic narrat ex eodem, ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἱπ»πικῶν καὶ ἀθλητῶν διεθηκε.« CASAUBONUS. — Ἀγῶνα γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν ait Arrianus, de Exped. Alexandri, VII. 14 extr.

ἐτελεύτησαν ὑπὸ τοῦ ψύχους. Suſpecta nobis fuerat illa *frigoris* apud Indos mentio. Sed ſimiliter Plutarchus in Alex. (p. 703. e. ed. Franc.) eumdem *Cratetem* auctorem ſecutus, ait: ἰσχυροῦ τῇ μέθῃ κρύους ἐπιγενομένης. Et, *media hyeme* rem actam eſſe, docet Arrianus, VII. 15. *Mox dein-*
b *de*, inter verba χόας τέσσαρας, & ἐκαλεῖτο δὲ, deerant editis verba octo, quae ex ambobus noſtris codicibus ſupplevimus.

Τίμαιος δέ φησιν, &c. »Narrat Deipnoſophiſta ex *Ti»maeo*, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος - - - καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε »Ξενοκράτης &c. Meminere huius hiſtoriae duo ſcriptores »alii, Aelianus, [II. 41.] & Diogenes Laërtius. [IV. »8.] Omnes ex *Timaeo* ſumſerunt dubio procul: etſi ſo»lus Athenaeus auctorem illum laudat. Eſt vero quod in »utriusque illorum narratione lectorem moneam ὁδοῦ »πάρεργον. Ait enim Aelianus: Καὶ ἐν Διονύσου δὲ τῇ τῶν »χόων [immo Χοῶν] ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον τῷ πιόντι: »nullâ factâ mentione Dionyſii tyranni, apud quem iſta »acciderunt. Sed videtur ſcripſiſſe Aelianus: καὶ ἐν Διο»νυσίου δὲ τῇ τῶν Χόων ἑορτῇ: id eſt, *Etiam apud Diony»ſium in feſto Choum.* Corrupere illius verba qui purabant »Athenis hoc factum; quod ſcirent, eo nomine feſtum »Baccho ſacrum in ea urbe celebrari. Diogenis autem »Laërtii verba ſunt libro quarto: Καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τι»μηθέντα ἐπ' ἄθλῳ πολυτοσίας, τοῖς κατασκεύσι παρὰ »Διονυσίῳ, ἐξιόντα θεῖναι πρὸς τὸν ἱδρυμένον Ἑρμῆν. Non »video quid ſibi illa velint, τοῖς κατασκεύσι. Ex ipſo »argumento hiſtoriae lego, τοῖς χοεῦσι: [immo, τοῖς Χου»σί:] *feſto Choum.* Quod autem dicitur *Xenocrates, disce»dens e convivio, coronam ibi acceptam Diis conſecraſſe*: nar»rat ſimile factum legatorum Romanorum apud Ptole»maeum Aegypti regem Iuſtinus, libro XVIII. *Miſſi a Se»natu in Aegyptum legati, cum ingentia ſibi a Ptolemaeo re-*

»ge *miſſa munera ſpreviſſent, interiectis diebus ad coenam in-*
»*vitatis aureae coronae miſſae ſunt: quas illi honoris cauſſa*
»*receptas, poſtera die ſtatuis regis impoſuerunt.* Moris autem
»fuit veteribus, habere pro foribus aedium ſuarum ali-
»cuius numinis ſimulacrum; utplurimum *Mercurii:* quem
»poſitum fuiſſe ait Athenaeus ἐπὶ τῆς αὐλῆς, id eſt, *in*
»*primo domus aditu ſub dio.* Aelianus ſimpliciter, πρὸ τῶν
»θυρῶν. « CASAUBONUS. — τῇ τῶν Χόων ἑορτῇ etiam in contextu penacutâ voce ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ. pro quo prorſus vitioſe Χόαν ſcribebatur in ed. Ven. Recte vero Χοῶν ultimâ circumflexâ ſcriptum dedit ms. *Ep.* Pariter, paulo inferius, τὴν δὲ τῶν Χόων ſcribebatur in omnibus editionibus, ubi iterum Χοῶν correximus.

Τὴν δὲ τῶν Χοῶν ἑορτὴν τὴν Ἀθήνησιν ἐπιτελουμένην (perpe- c
ram ἐπιτελουμένων ed. Ven. & Baſ.) Φανόδημός φησι Δημο-
φῶντα τὸν βασιλέα, βουλόμενον ὑποδέξασθαι παραγενόμενον
τὸν Ὀρέστην Ἀθήναζε. πρὸς δὲ τὰ ἱερὰ οὐ θέλων αὐτὸν προσιέ-
ναι, &c. » Manifeſtum eſt anacoluthum, cum de ſolennita-
»tis Choum inſtitutione ſcribit, πρὸς δὲ τὰ ἱερὰ οὐ θέλων αὐ-
»τὰ [immo αὐτὸν habent libri omnes; nec aliter hîc ſcri-
bere Animadverſor voluerat] »προσιέναι: nam erat di-
»cendum οὐ θέλοντα, ut ſuperioribus congrueret. Sic au-
»tem Homerus ſaepe: ſic optimi quique auctores. « CA-
SAUBONUS. — Atqui, ſi vel maxime οὐ θέλοντα ſcripſiſ-
ſet Athenaeus, non idcirco ſermonis conſtructioni ratio
conſtaret, ſed ſuſpenſa ac defecta foret oratio. Nam ver-
bum deſideratur ad τὸν βασιλέα pertinens, a quo regan-
tur accuſativi τὴν ἑορτὴν τὴν Ἀθήνησιν ἐπιτελουμένην: ver-
bum, inquam, quo declaretur regem hunc primum *inſti-*
tuiſſe illam ſolennitatem. Pulcre id olim ipſe CASAUBO-
NUS intellexerat: qui propria manu in ora libri olim ſui
hoc loco monuit » verbum δεῖξαι aut aliquod tale deeſ-
»ſe. « Poteras & ἀναδεῖξαι aut quodcumque aliud in
eamdem ſententiam coniectare: ſed, quod certum eſſet,
nullum nobis occurrebat: ſuſpicari etiam licuerat, plura
nonnulla verba intercidiſſe. Sed, quod ſi tale aliquod ver-
bum hic poſuerat auctor: tum in progreſſu narrationis
(quod frequentiſſime ab eo factum videmus) nullo incom-
modo ab oratione infinita, interpoſito puncto, ac veluti
novo initio capto, ad orationem rectam progredi po-
tuit: ita quidem ut in illa dein dictione, οὐ θέλων, nulla
ἀνακολουθία inſit. Eodem in errore cum editis hoc loco

c verſatur codex *A*. Breviator vero diverſam conſtructionis formam ſuo more adhibens, ſic ſcripſit: Ὅτι Δημοφῶν ὁ βασιλεὺς βουλόμενος ὑποδέξασθαι Ὀρέστην - - - ἐκέλευσε συγκλεισθῆναι τὰ ἱερὰ, &c. qua in oratione recte congruunt omnia. Quem nos in proximis verbis ſecuti, delevimus τε particulam, cum vulgo τά τε ἱερὰ legeretur. Potuerat tamen illa fortaſſe teneri, ita ut συγκλεισθῆναι τά τε ἱερὰ idem valere intelligeretur ac ſi dixiſſet συγκλεισθῆναί τε τὰ ἱερά: cuiusmodi traiectionem illius particulae in optimis ſcriptoribus & in probatiſſimis libris haud infrequenter obſervaſſe mihi videor. Quem in ſuperiori oratione notavimus defectum, eum ita ſupplendum Pursanus cenſuerat, ut in ipſo narrationis initio, pro Τὴν δὲ τῶν Χοῶν ἑορτὴν, legeretur Κατὰ δὲ τὴν τῶν &c. Ad rem quod ſpectat, conferenda cum hoc Athenaei loco ſunt quae leguntur apud veterem Ariſtophanis Interpretem, ad Equit. vs. 95. & ad Acharn. vs. 960. ubi quidem, quod de *Demophonte* Athenaeus narrat, id *Pandioni* regi Athenarum adſcribitur.

τοῦ πότου παυσαμένους. Haud dubie rectius hoc nobis viſum erat, quod cum ed. Ven. & Baſ. tuetur codex *A*. quam παυσαμένου, quod tacite hîc poſuit Casaubonus, conſentientem quidem habens Epitomam. *Mox*, ἐστεφάνωντο rectius idem cod. *A*. quam ἐστεφανοῦντο, quod erat editum. ἐστεφανώσαντο habet cod.
d *Ep*. Deinde vero ὁμωροφίους ex *Epit*. recipiendum putavi, quod ſignificat *contubernales, qui ſub eodem tecto vivunt*. Vide Heſychium in voc. & Polluc. VI. 155. Quod editi hîc conſentiente ms. *A*. habebant, ὁμορρόφους, id Dalecampius latine reddiderat, *quoniam unà cum Oreſte vinum hauſiſſent*: recte, nam ſi geminatâ ρ literâ ſcribitur id nomen, fuerit a verbo ῥοφεῖν derivandum. At, (ne dicam, nusquam alibi occurrere id vocabulum) verum ſi quaeris, *non biberant illi cum Oreſte*, ſed conſulto iuſſerat rex, ut e ſuo quisque congio ſeparatim biberet, nec ulla hactenus aliis cum Oreſte communio eſſet: quare illi vocabulo iſtâ notione non erat hîc locus. Sed ὁμορόφους ſimplici ρ literâ, eadem notione ac ὁμωροφίους, dici ſcribique potuerat. Sic quidem apud Heſychium pariter habes Ὁμόροφος, σύνοικος: niſi ibi ὁμορόφιος ſcriptum oportuit, ut apud Suidam, & apud Polluc. III. 61.

τῇ ἱερείᾳ - - πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος. » *Limnae* [id ve-

» ro latine *Paludes* ſonat] loci nomen fuit Athenis, ubi d
» in honorem Bacchi Lenaea agitabant, ut libro ſexto di-
» ctum, cap. XV. [ad VI. 253. d. Animadv. T. III. pag. 498.] » Sacra etiam ibi fiebant a mulieribus XIV. Bacchi » ſacerdotibus: quas vocabant γεραράς. Heſychius: Γερα-
» ραί· ἱέρειαι κοινῶς, ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις
» τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ δεκατέσσαρες. Interpres,
» qui in hac hiſtoria vertit iſta, πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμε-
» νος, *in eo nemore quod lacus ambit*, pluribus caſtigandus non » eſt.« Haec CASAUBONUS; ad cuius animadverſionem nonnihil (nec tamen illud praecipui cuiusdam momenti) de Lenaeis monuit PALMERIUS, Exercitat. pag. 815. Sed conſuluiſſe neminem poenitebit quae ad Heſychii T. I. p. 999. l. 10. monuit RUHNKENIUS, in Auctario, quod poſteriori Tomo Heſychii Albertini in fine adiectum eſt.

Εὐβουλίδης ὁ διαλεκτικὸς ἐν δράματι Κωμασταῖς. *EUBULIDEM Dialecticum* (cuius ſcripta adverſus Ariſtotelem memoravit Noſter lib. VIII. p. 354. c. & Diogenes Laërt. II. 109.) *fabulas* etiam *docuiſſe*, a nemine alio (quod ſciam) praeter Athenaeum obſervatum eſt. Cuius duo verſus quum hîc recitentur in hunc modum:

Σοφιστιᾷς, κάκιστε, καὶ Χοῶν δέῃ
τῶν μισθοδώρων, οὐκ ἀδείπνων ἐν τρυφῇ. e

quid ſit iſtud, οὐκ ἀδείπνων ἐν τρυφῇ, exputare non potui. Nil mutat codex *A*. Totum teſtimonium omiſit Breviator: nec Caſaubonus unum verbum adnotavit. DALECAMPIUS verterat, *& coenam interea lautam non paras:* quae Latina ſuo more Graece reddens PURSANUS, ſic ſcripſit: οὐδὲ δειπνῶν ἐντρυφᾷς.

AD CAP. L.

Διονυσίου – – τοῦ ἐπικληθέντος Μεταθεμένου. » Interpres: » *Heracleotis Dionyſii, quem Transpoſitorem cognominabant:* » pro, *Heracleotae Dionyſii, qui appellatus eſt Metatheme-* » *nus;* hoc eſt, *immutatus.* Fuit enim repens huius moro- » ſophi mutatio, & a virtute ad vitia inclinatio. Fuſe » Diogenes Laërtius. [VII. 166. ubi vide Menag. Conf. Athenaeum noſtrum, VII. 281. d. e.] » Refert auctor, » hunc *Dionyſium, cum in ſumma ſenectute die feſto oblata eſ-* » *ſet illi meretrix, alicui ſodalium* [ſic commode hîc reddi- » tur vocab. οἰκέται] *eam tradidiſſe, ac dixiſſe,* Οὐ δύναμαι

» ταυύσαι· λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. Non animadverterunt » interpretes, ineſſe hîc elegantem parodiam Homerici ver- » ſus, Ὀδυσσ. φ'. [152.] ubi Leodes fruſtra conatus ar- » cum Ulyſſis tendere, Ὦ φίλοι, ait, οὗ μὲν ἐγὼ ταύω· » λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. « CASAUBONUS.

f πρὸς τὰς δημοσίας εἰσῄει παιδίσκας. » Non ſunt δημό- » σιαι παιδίσκαι, *plebeiae ancillae:* ſed infelices *puellae pu-* » *blicae libidinis victimae:* neque παιδισκεῖον recte expo- » nunt *ancillarum aedes.* Sic appellat *lupanar* aut pergulam » in qua proſtabant apud lenonem, quae corpore mere- » bant. « CASAUB.

a Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης – – – ὡς ὄντος τέλους τούτου καὶ τῆς ἐν τῷ πότῳ νίκης, ὥσπερ καὶ τῆς ἐν τῷ τρέχειν. » Conſentiunt omnes codices in iſta ſcriptura. Atqui ſen- » tentia eſt imperfecta, niſi aliquid adiicias, ut vidit eru- » ditiſſimus Dalecampius. Puto tamen non aliter ſcripſiſſe » Athenaeum: nam & facile eſt, quod deſideratur, in- » telligere; &, ut dixi, ſic omnes libri veteres. Deeſt au- » tem tale quid, τὸ πρῶτον διαδραμεῖν τὸ στάδιον. *Ut in* » *curſus certamine praemium refert is qui primus ad metam per-* » *venit: ſic, cum poculis certamen inſtituitur,* victorem re- » nunciari voluit Anacharſis eum *qui primus* fieret *ebrius:* » non eum qui plurimo vino cutem intenderet; quod ta- » men vulgo apud Graecos habebatur τέλος νίκης. « CA- SAUBONUS. — Et noſter codex uterque vulgatam pertinaciter tuetur; quam tamen ſatis ſanam eſſe aegre mihi perſuadeo.

In hiſtoriola de *Lacyde* & *Timone*, cum ait auctor ἐπιπολάσαντος αὐτῷ τοῦ ποτοῦ, verbum ἐπιπολάζειν idem ac πλεονάζειν valet. Duorum *Homericorum verſuum*, prior eſt ex Iliad. χ'. 393. poſteriorem habes Iliad. ζ'. 127. & φ'. 151. Quod edebatur, προπιόντος τοῦ Τίμωνος, ad id ex ms. *A.* nihil adnotatum: ſed certiſſimâ coniecturâ iam correxeram προαπιόντος, quum hoc ipſum in ms. *Ep.* perſpicue ſic ſcriptum deprehendi.

AD CAP. LI.

b De *Mycerino*, Aegypti rege, vide *HERODOT.* II. 133. Pro eo quod edidimus ὅτι ὀλιγοχρ. non male διότι edebatur, ſed contra veterum librorum fidem. ὅτι dedit ms. *A.* ὡς habet codex *Ep.* *Mox*, pro νεμόμενον, quod ha-

bet uterque codex ms. cum editis, commodius utique vi- b
deri debet πλανώμενον, quod legitur apud Herodotum; nec tamen fortaſſe ſpernendum iſtud: quod proprie valet *habitans*, vel *habitatum conceſſit*. De vocab. ἀβυτήρια nonnihil dictum eſt ad p. 425. e. Conſulendi porro Valckenar. & Weſſeling. ad Herodot. l. c.

Καὶ Ἄμασιν δὲ, τὸν καὶ αὐτὸν Αἰγυπτίων βασιλέα. Sic commode ms. *A.* id eſt, *qui & ipſe* (*pariter* atque Mycerinus) *rex fuerat Aegyptiorum*. Quam loquendi formam qui parum perceperant, ex ea τῶν αὐτῶν Αἰγυπτίων fecerunt. In *Epit.* brevius, τῶν Αἰγυπτίων βασ. pro quo τὸν Αἰγυπτίων βασ. malebam.

Σκόπαν φησὶ τὸν Κρέοντος μὲν υἱὸν, Σκόπα δὲ τοῦ c
παλαιοῦ ὑϊδοῦν. »Pro Σκότταν & Σκόττα legendum eſſe »Σκόπαν & Σκόπα pridem a doctis obſervatum eſt. *Sco-* »*padae* in Theſſalia diu floruerunt, ut inter alios docet »Theocritus, Idyllio XVII. [immo XVI. 36.] In mem- »branis tamen Σκόττας: in Excerptis Κόττας.« CASAUBONUS. — Eodem errore noſtri libri tenentur: de quo corrigendo primus monuerat *Paul.* LEOPARDUS, Emendat. lib. III. cap. 14. (in Gruteri Theſauro Crit. T. III. pag. 14 ſq.) Vide Theocriti Interpretes ad l. c. & Perizonium ad Aeliani Var. Hiſt. XII. 1. *Vetuſtior* vel *maior Scopas*, qui hîc nominatur, dives ille avarus eſt, cum aliis, tum Ciceroni memoratus DE Orat. II. 86.

Ἀντίοχον, φησὶ, τὸν βασιλέα &c. *Antiochus* primus videtur deſignari; is qui Soter cognominatus eſt. *Ibid.* Ἄριστος καὶ Θεμίστων. Perperam Ἀριστεὺς καὶ Θεμί- d
στων olim apud Aelianum II. 41. legebatur. De *Themiſone* confer Noſtrum lib. VII. pag. 289 ſq.

AD CAP. LII.

Πολυπότης δὲ ἦν καὶ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, ὁ κληθεὶς Ἐπιφανής. »Quare petulantiam & laſciviam *Antiochi* re- »gis furioſi, deſcriptam ubertim libro quinto, hîc iterum »totidem verbis commemorandam auctor cenſuerit, ipſe »viderit. At nos, ſi quid ibi adnotavimus, hoc loco non »repetemus.« CASAUBONUS. — Vide lib. V. cap. 21. & ſeqq. noſtrae editionis.

ἔλεγε, τίνι ἢ τύχῃ δίδωσι, λαβέτω. »Scribas non e »male, ᾧ τινι ἢ τύχῃ δίδ. Tamen etiam Excerpta, τίνι ἢ

» τύχῃ δίδωσι; λαβέτω. « CASAUBONUS. — In noſtro etiam ms. *Ep.* τίνι ἢ τύχῃ ſcribitur, ut in opere pleniore: poſt δίδωσι autem non eſt interrogandi ſignum; nec id magnopere deſiderari videtur: ſed τίνι intelligi debet eâdem notione, ac ᾧ τινι, poſitum. Pro λέγειν, quod editum erat, recte ἔλεγε dedere ambo mssti; quemadmodum & ἔξέχει in imperfecto poſitum eſt. Ab oratione obliqua & infinita, πολλὰ ἀναλίσκειν, auctor pro more ſuo mox ad orationem rectam & finitam transiit. *Mox*, bene Graecum erat ἑλοῦτο, quod habebant editi: ſed
f ἑλούετο dedere veteres libri noſtri. Iidem, deinde, ἐκέλευσεν: non ἐκέλευεν.

a Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν. Vide Polybium lib. XXVI. cap. 10. noſtrae edit. & Athenaeum lib. V. pag. 193. d. usque pag. 194. b. κεραμίου tenet vetus cod. *A.* cum edd.

AD CAP. LIII.

b Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ καὶ τριακοστῇ. Sic idem cod. *A.* Ex Athenaeo haec inſerta dedimus olim in *Polybii* Reliquiis *libri XXXI.* cap. 3 ſqq.

κιννα μωμίνῳ. Sic ſcriptam vocem h. l. ut pag. 195. d. dedit codex ms. uterque. *Dein*, καὶ κρινίνῳ omiſit *Ep.* καὶ κλιϊρίνῳ (ſic) ſcribitur in cod. *A.* quae ſcriptura ex duabus vel tribus, κρινίτῳ, λιρίνῳ, & ἱρίνῳ imperite contracta videtur. Confer ſuperiorem locum, modo citatum.

c μετὰ πολυτελεστάτης κατασκευῆς. Etiam hoc ambo noſtri dedere codices: & magis hoc placet quam διασκευῆς, quod erat lib. V. pag. 196. d. *Mox*, ex eisdem codicibus recepi ἐγίνετο, in imperfecto: quemadmodum etiam ſuperiori loco legitur. Rurſus, iidem libri recte hic, ut ſupra, ἐφιστάμενος, non ὑφιστάμενος. *Dein*, περιήει τὸν τόπον ms. *A.* cum edd. ſicut V. 196. e. Ut vero h. l. τὸν τόπον habet ms. *Ep.* ſic & ſaepe aliàs eadem vocabula inter ſe permutata a librariis deprehendun-
d tur. *Denique*, ad vulgatum προσκαλουμένης nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum: ſed perſpicuum erat, προκαλουμένης ſcriptum oportuiſſe, ut pag. 196. f. Et ſic h. l. dedit ms. *Epit.*

Ἀντίοχος ἐν Μηδείᾳ (rectius Μ η δ ί α ms. *Ep.*) πρὸς Ἀρσάκην πολεμήσας. *Antiochus* hic eſt, cui *Sidetes* cognomen fuit:

ut monuit PERIZONIUS ad Aelian. II. 41. Confer quae de eodem ſupra memoravit Noſter, lib. V. pag. 210. d. & ibi conſule notata. Sicut autem hîc Athenaeus ait, cum *Arſace, Parthorum rege, bellum geſſiſſe hunc Antiochum*, ſic & Aelianus l. c. At *Phraatem*, pro *Arſace*, (ut monuit ad Aelianum PERIZONIUS) nominavit Iuſtinus XXXVIII. 10. cum quo Appianus conſentit, in Rebus Syriacis cap. 68. Quae ad ſpeciem diverſae narrationes quo pacto inter ſe amice conciliari poſſint, idem Perizonius l. c. docuit.

AD CAP. LIV.

'Αντίοχος δὲ ὁ Μέγας ἐπικαλούμενος &c. Videſis quae e olim notavimus ad Reliquias *libri XX. Hiſtoriarum* POLYBII, cap. 8. In illis verbis, ἐφιλοτιμήσατο γῆμαι αὐτὴν, f pronomen αὐτὴν, quod deerat editis, adiectum dedit uterque noſter codex Athenaei mstus: quare & in *Polybii editione* reliquae narrationi fuerit inſerendum.

Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ὁ αὐτὸς Πολύβιος ἱστορεῖ. Pronomen αὐτὸς, quod ignorabant editi, recepimus ex ms. *A*. Vide POLYBIUM, *libri II.* cap. 4. *Mox*, pro τῶν Ἰλλυριῶν a βασιλέα, quod erat editum, τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα ex coniect. correxi: licet enim ad editam ſcripturam nulla ex ms. *A*. diſſenſio adnotata ſit, tamen aut ſic ſcripſiſſe Athenaeum mihi perſuaſi, aut τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασ. Sed ſatis erat τὸν Ἰλλ. βασ. Ad eamdem normam Breviator, omiſſâ Polybii auctoris mentione, Ἄγρων ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ſcripſit. CASAUBONI ad hunc locum eſt Animadverſio haec: »Inter vino deditos, de quibus ex veteri »hiſtoriâ verba faciunt docti convivae, duo ſunt *Illyrici* »*reges. Agron* horum prior: quem referunt, ex Polybio, »*inſigni clade affeciſſe* τοὺς μέγα φρονοῦντας Αἰτωλούς. Ex »missis ſunt illa per nos adiecta, τοὺς μέγα φρονοῦντας. »Aetoli ferox populus fuerunt, & invictos ſeſe appellare »ſoliti, ut teſtimoniis Livii & Iuſtini cognoſcimus. Prae»terea apud Polybium, unde mutuatur Athenaeus, ſic »eſt, περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν Αἰτωλοὺς, τοὺς »μέγιστον ἔχοντας τὸ φρόνημα, νενικηκέναι. « — Eadem verba noſter etiam vetus codex *A*. agnoſcit: ſed in proxime praecedentibus, quae ſic in editis legebantur, ἡσθέντα μέγα ἐπὶ τῷ νενικηκέναι, vocem μέγα idem codex, fons reliquorum, ignorat; quare huius auctoritate eam

a delevimus. Breviter in *Epit.* ſcribitur, ὁ τοὺς Αἰτωλοὺς νενικηκώς.

ἐν δὲ τῇ ἑνάτῃ καὶ εἰκοστῇ (ſic ms. *A.* non εἰκοστῇ ἑνάτῃ) ὁ αὐτὸς Γενθίωνά φησι &c. »De altero rege »ſcribitur, ὁ αὐτὸς Γενθίωνά φησι τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασι»λέα, διὰ τὴν πολυποσίαν πολλὰ ποιεῖν ἀσελγῆ κατὰ τὸν »βίον. Hic eſt *Gentius* rex, de quo capite nono. [in Anim»adv. ad X. 434. b.] Etiam Athenaeus lib. XIV. [p. 615. »a.] Γέντιον vocat, non *Genthionem:* quidam Graecorum »Γένθιον: [ſic Polybius alibi paſſim; item Appianus, in Rebus Macedon. cap. 16. noſtrae edit. & in Illyricis cap. »9.] & ita fortaſſe hic fuerat ſcribendum. Vulgo tamen, »etiam in membranis, Τενθιωνα. « CASAUBONUS. — Huius regis mentionem prorſus praetermiſit Epitomator. Vetus codex *A.* in mendo cubat cum ed. Ven. & Baſ. Nos tenendam putavimus ſcripturam Γενθίωνα, a Caſaubono ſic quoad primam ſaltem literam emendatius editam. Vide Polybium noſtrum, lib. XXIX. cap. 5. & quae cum ad hunc, tum ad Appianum notavimus.

b Καὶ Δημήτριον δέ φησι – – πολυπότην ὄντα. Confer quae notavimus ad Polyb. XXXIII. 14, 1. Perperam πολυπότον ſcribebatur in ed. Caſ. Recte πολυπότην ed. Ven. & Baſ. cum ms. *Ep.* πολυπώτην ſuo more ms. *A.*

Ὀροφέρνην τε &c. »Qui Ὀροφέρνης hic dicitur, in codi»ce Excerptorum eſt Ὀλοφέρνης, ut in Apocryphâ hiſto»riâ. In Aeliano Ὀρροφέρης, non recte. Dicitur autem hic »ſatrapa *in Cappadociam*, quae fuit illius provincia, εἰσα»γαγεῖν τὴν Ἰακὴν καὶ τεχνιτικὴν ἀσωτίαν. Dalecam»pius ſcripſit Ἰακχικήν. [Nempe ſic interpretatus ille erat: *Iacchi myſticos turbulentosque cantus invexiſſe, & artificum Bacchicorum inſolentiam.*] »Id enim non ſine ratione vi»debatur ſequenti voci melius convenire. Libri chirogra»phi omnes τὴν Ἰακήν: & nota eſt *mollities Ionum* vel ex »Latinis poëtis: ut, *Motus doceri gaudet Ionicos Matura vir»go.* Nihil ergo mutandum. « CASAUBONUS. — Breviator brevitati ſtudens nil aliud haber, niſi, Καὶ Ὀλοφέρνης (& inter lineas Ὀροφέρνης) δὲ, ὁ Καππαδοκίας βασιλεὺς, τοιοῦτος ἦν. Sed ms. *A.* cum reliqua habet ſicut editi, tum vocem Ἰακὴν, quam merito defendit recteque interpretatus Caſaubonus eſt. Quare in noſtra Polybii verſione Latina, lib. XXXII. cap. 20, 9. pro *bacchicam*, quod ibi poſuimus, *Ionicam* repoſitum velim. De *Ionum* mollitie

& luxuriâ fuſe agit Athenaeus lib. XII. pag. 523 extr. & ſeqq. Etiam lib. XIV. pag. 629. e. *ſaltationem* quamdam *Ionicam* commemorat, quam παροίνιον eſſe ait.

AD CAP. LV.

Διόπερ ὁ θειότατος Πλάτων &c. PLATONEM vide, *Legum lib.* II. pag. 66. Opp. T. VIII. edit. Bip. & deinde pag. 99. Quod apud Athenaeum in vetuſtis libris ſcribitur, τελετὴν ἅμα καὶ παιδείαν: id per ſe ſpeciem habebat nonnullam, hac notione, ut convivia & compotationes quaſi quamdam *inſtitutionem* & *diſciplinam* diceret philoſophus *ſeniorum*; qua nimirum corrigantur & mollantur moroſi illorum triſtesque mores. Sed verum eſt, quod ex Platonicis libris Athenaeo editor Baſileenſis reſtituit παιδιάν. Sic rurſus apud eumdem Platonem, pag. 98. Οὐκοῦν εἰ γε εἴη τοιαύτη μὲν μέθη, τοιαύτη δὲ παιδιὰ &c. c

AD CAP. LVI.

Φάλαικος – – γυναῖκά τινα ἀναγράφει πολυπότιν. Sic pro πολυπότην corrigendum monuit CASAUB. Et ſic recte ſcribitur in ms. *Ep.* *Ibid.* Κλεὼ ὄνομα. Eadem haec videtur eſſe cum illâ Κλειὼ, quam ut ὀψοφάγον notatam ſupra vidimus, VIII. 345. a. b. d

PHALAECI Epigramma in Analectis ſuis poſuit BRUNCK, T. II. pag. 525. adoptatis emendationibus a TOUPIO propoſitis, in Curis Noviſſ. pag. 234 ſq. *Verſ.* 1. Pro Χρυσωτὸν, probabiliter Κροσσωτὸν (id eſt, *fimbriatam*, *cirratam*) corrigebat TOUP: cuius vocabuli uſum multis exemplis illuſtravit IACOBS, in Animadv. ad Anthol. T. I. P. II. pag. 251. *Verſ.* 2. Pro τῷδε Διονύσῳ, CASAUBONUS τόνδε Διονύσσῳ ſcribi iuſſit. Prius recte: & ſic etiam mssti noſtri. In alterâ voce, cur geminatam ſibilantem literam vellet, nulla cauſſa erat; quum νυ ſyllaba in Διόνυσος etiam alioqui longa ſit. Igitur adoptata priori emendatione, poſteriori repudiatâ, verſum illum ſic ſcripſit *Brunck* cum *Toupio:*

τόνδε Διονύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ.

Ubi ſcire velim quo pacto iuſtam ineſſe verſui menſuram cenſuerint doctiſſimi duumviri; quove pacto duae ſyllabae σιν pedem efficere ſpondeum poſſint, qui eo loci

requiritur. Cui incommodo medetur ſcriptura Διωνύσῳ, quam nobis praeivit optimus codex *Epit.*

e *Verſ.* 4. οὐδ' ἅμα πω. »Cum ait poëta:

» —— ἶσα δὲ πίνειν
» οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν, οὐδ' ἅμα πω:

»videtur eſſe ſenſus, *neque ſingulos, neque plures unà auſos* »*eſſe in* πολυποσίας *certamen cum Cleone deſcendere.*« CASAUBONUS. — TOUPIUS οὐδαμά πω omnino ſcribendum cenſuit; quem *Brunckius* ſecutus eſt. Quidni ſaltem οὐδαμᾶ πω? cum οὐδαμὰ acute ſcriptum nusquam reperiatur, οὐδαμᾶ vero paſſim; valens *nequaquam*, perinde ac οὐδαμῶς. At quum ſcripturam οὐδ' ἅμα πω cum editis tueatur uterque noſter codex mstus, tenendam eam duxi: non quidem eamdem vim, quam Caſaubonus, illi tribuens; ſed idem valere οὐδ' ἅμα atque οὐδαμᾶ ſtatuens, atque ipſum etiam οὐδαμᾶ ex οὐδ' ἅμα ortum coniectans.

Οὐκ ἀχαρίστως. Confer quae notavimus ad VII. 288. a. Animadv. T. IV. p. 139. *Ibid.* φρικτότατον ὅρκον ὀμνύουσαν. »*Iusiurandum* illud φρικτότατον, quod apud XENAR»CHUM iurat multibiba quaedam anicula, expoſuimus »libro III. cap. XXXIV.« CASAUBONUS. — Vide Animadv. ad III. 123. c. Confer paulo inferius, pag. 441. e.

Παρὰ Ῥωμαίοις δὲ, ὥς φησι Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ, &c. Vide *POLYBIUM* noſtrum, lib. VI. cap. 2. ſect. 3–8. & ibi notata. »Romanas matronas vino abſtinuiſſe olim, vul»go notum eſt. Ea autem de re ſcribit Athenaeus ex *Po»lybii* ſexta hiſtoria: Παρὰ Ῥωμαίοις ἀπείρηται γυναιξὶ πί»νειν οἶνον, τὸν δὲ καλούμενον πάσσον πίνουσι. Ex quibus »verbis intelligimus, non prorſus abſtemias fuiſſe Roma»norum mulieres: non enim ab omni vino abſtinebant, »ſed tantum a *temeto*: quam vocem in antiqua Romuli »lege ea de re lata poſitam fuiſſe coniicimus ex A. Gel»lii lib. X. cap. 24. *Paſſum* inter vinorum dulcium genera »cenſeri, dubitare non poſſumus; cum auctorem habea»mus Plinium, libro XIV. cap. 9. Varro, DE VITA POPULI »Romani, libro primo: *Paſſum nominabant, ſi in vindemia* »*uvam diutius coctam legerent, eamque paſſi eſſent in ſole ad*»*uri.* Quare etiam Ulpianus Iurisconſultus in Lege no»na Digeſt. DE TRITICO, VINO, VEL OLEO LEGATO, *vini* ap»pellatione & *paſſum* poſſe intelligi docet diſerte. Unde »fieret paſſum ita explicat Deipnoſophiſta: [ſive ipſe, ut nobis videbatur, *POLYBIUS:*] »Τοῦτο δὲ ποιεῖται μὲν ἐκ

» τῆς ἀσταφίδος, καὶ ἔστι παραπλήσιος πινόμενος τῷ Αἰ-
» γοσθενεῖ τῷ γλυκεῖ, καὶ τῷ Κρητικῷ. Scribe, τῷ Αἰ-
» γοσθενείῳ γλυκεῖ. Gloſſarium: *Paſſum*, σταφυλίτης.
» Lege σταφιδίτης, vel σταφίτης. Ait amplius de matro-
» nis Romanis: οὐδ' ἔχει οἴνου κυρίαν ἡ γυνή. Libri ve- f
» teres & Suidas, κυρείαν: recte, pro ἐξουσίαν, *poteſta-*
» *tem & liberam adminiſtrationem.* Claves cellae vinariae non
» habebant matresfamiliarum. Nota hiſtoria eius matronae,
» quae, ut refert Plinius ex Fabio Pictore, *quod loculos in*
» *quibus erant claves vinariae cellae reſignaviſſet, a ſuis inediâ*
» *eſt mori coacta.* Addit: τὸ πρᾶγμα, κἂν γεύσηται μόνον,
» οὐ προσδεῖ διαβολῆς. Id eſt: *ſi qua foemina vel guſtaverit*
» *vinum, nulla opus criminatione:* quippe cum ipſum crimen
» inter oſculandum ſe prodat.« CASAUBONUS. — Nomen
Αἰγοσθενεῖ omiſit Epitomator, ſic ſcribens: ἔστι δὲ πα-
ραπλήσιος τῷ Κρητικῷ πινόμενος τῷ γλυκεῖ. In Αἰγοσθε-
νεῖ τῷ γλυκεῖ cum editis conſentit ms. *A.* quod vitioſum
iudicavi cum Caſaubono; nec tamen cum eo in Αἰγοσθε-
νείῳ mutandum cenſui, ſed in Αἰγοσθενίτῃ, ob eas
rationes quas in Notis ad Polybium expoſui. Nam & pa-
rum legitime ab Αἰγόσθενα formatur gentile Αἰγοσθένειος:
&, gentili Αἰγοσθενίτης uſum eſſe Polybium, diſerte do-
cet Stephanus Byzant. Deinde κυρείαν habet quidem
ms. *Ep.* ſed κυρίαν cum editis tuetur ms. *A.* quae legi-
tima forma eſt, ut in Notis ad Polybium docuimus.

φησὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ γυν. Sic ambo mssti, recte. a
Mox, cum τὴν Κροτωνιάτιν penacute ſcriptum darent edi-
ti, *circumflexo accentu* notavi penultimam. *Ibid.* ὃν καὶ b
ἐκέλευσεν &c. »In iſtis, ὃν ἐκέλευσεν αὐτὸν παρελθόντα εἰ-
» σω σκοπεῖν τὸν πίθον, libri habent ὃν καὶ ἐκέλευσε παρελθ.
» Sed retinendum eſt τὸ αὐτὸν, poſitâ ſubdiſtinctione poſt
» ἐκέλευσε, *eum iuſſit, ut ipſe ingrederetur.*« CASAUBONUS.
— Libri, quos dicit, ſunt codices Epitomae; quod e no-
ſtro ms. *Ep.* intellexi, e quo lubens illam καὶ particulam
adoptavi: αὐτὸν vero, (id eſt, *ipſum,*) quod cum edi-
tis codex *A.* agnoſcit, utique tenendum fuit.

AD CAP. LVII.

In *ANTIPHANIS* eclogâ, cum *verſ.* 2. ἐλθὼν legere- c
tur, *verſ.* 3. vero μόνος οἶδεν, utrobique quidem cum
editis facit ms. *A.* in Epit. autem tota omiſſa eſt.

c Recte vero CASAUBONUS in Animadv. monuit, ἔλθω & οἶδ' ſcriptum oportuiſſe. Tum pro ὥς γε μοὶ (vel, ut nobis dividere voces placuit, ὥς γ' ἐμοὶ) κεράννυται, idem CASAUB. ὅς γε μοι ſcribi iuſſit; nempe verbum κεράννυται activâ notione accipiens cum Dalecampio, qui, *& ſtatim miſcet*, in verſione poſuerat. Eodem modo accepiſſe etiam doctiſſimus IACOBS videtur, cum ad hunc locum (in *Notis mſstis*) adnotavit: »Οὗτος εὐθὺς, ὅταν ἔλθω ποτὲ διψῶσα, μ' οἶδεν. *Statim me, cum advenio, intelligit quid velim; tam perite enim poculum miſcet.*« — At ille paſſivi verbi uſus activâ notione (praeſertim ubi de eo agitur, qui *alteri vinum miſcet*) nec in communi Graecorum ſermone, nec in Atticorum, quod equidem ſciam, habuit locum: & expeditiſſima verbis poëtae ſententia ineſſe haec nobis viſa erat, *is unus novit quo pacto mihi temperetur* (id eſt, *temperandum ſit*) *vinum*. Iſta verba, (*verſ.* 4.) Οἶδα δ' ἐγὼ videri poſſint eſſe alterius mulieris, quae reſpondiſſet, *etiam ſe meminiſſe cum aliquando apud eumdem cauponem bibiſſet commodiſſime mixtum vinum*. Sed in eam ſententiam neceſſario adiici debuerat καὶ particula, Οἶδα δὲ καὶ ἐγὼ &c. Nunc fuerint eiusdem mulieris, quae loqui coeperat, verba: ſed ab iis quae apud poëtam olim ſequebantur, & cum his connexa erant, abrupta.

καὶ ἐν Μύστιδι. »*Myſtidem* ANTIPHANIS reperies Pol»luci laudatam lib. X. cap. XIX. [ſect. 67.] ubi non diſſi»milis ſententiae locus: καὶ τὸ ἐν Ἀντιφάνους Μύστιδι, ἐξ »ὀξυβαφίων κεραμίων ἐπίνομεν.« CASAUBONUS. — In *primo verſiculo*, particulam δὲ deſiderare nobis viſa erat metri ratio, ut eſſet iambicus pes δὲ καὶ in quarta ſenarii ſede. *Verſum tertium*, nec talem qualis editus erat,

μέχρι γὰρ καὶ τριῶν φασι τιμᾶν τοὺς θεούς:

ferebat metrica lex; nec qualem habent ambo noſtri mſsti,

μέχρι γὰρ τριῶν φασι τιμᾶν τοὺς θεούς.

Utraque vero particula, & γὰρ & καὶ, ad ſententiam peropportuna erat: quare cum metro tum ſententiae conſultum fore putavi, ſi ſic ſcriberetur,

μέχρι καὶ τριῶν γάρ φασι τιμᾶν τοὺς θεούς.

Tria pocula ſufficere ei cui cor ſapiat, ipſum Bacchum dicentem fecit Eubulus comicus apud Noſtrum, II. 36. b.

d In *ALEXIDIS*, ex *Saltatrice*, *verſu* 2. τὼ θεὼ, numina per quae iurat mulier, ſunt Δημήτηρ καὶ Κόρη. Vide Heſychii Interpp. ad Μὰ τὼ θεώ. *Verſ.* 3. ἔσται γ' ὅσον

ἂν βουλ. Sic ms. *Ep.* cum edd. Quod ms. *A.* habet ὅς ἂν, d id ſic defendi poſſit, ut ὅσ' ἂν (pro ὅσα ἂν) ſcriptum ſtatuamus: *aderunt quaecumque voluerimus.* Sic demum ad ſequentia adiectiva ſubſtantivum οἶνος ſubintelligetur.

Verſ. 4 *ſqq.* ἥδύς γ', ὀδόντας οὐκ ἔχων, ἤδη σαπρὸς,
λέγω, γέρων γε δαιμονίως. Α. Ἀσπάζομαι
γραῦν σφίγγα. ——

»Non caret mendâ *quintus Alexidis verſus*, λέγων γέρων »γε. [ut quidem vulgo legebatur.] Poteſt ſcribi ἄγαν »γέρων γε: vel,

»Οἶνον γέροντα δαιμονίως ἀσπάζομαι. α CASAUBONUS. — *ALEXIDIS* teſtimonium illud citans Euſtathius ad Od. β'. p. 100 ſub finem, pro ἥδύς γε (*verſ.* 4.) legit πολύς γε: quod ex πολιός γε (id eſt, *canum, vetuſtum*) corruptum eſſe acute PIERSONUS coniecit ad Moer. pag. 353. aut tenendo *verſ.* 4. ἥδύς γέ, deinde *verſu* 5. πολιὸς, γέρων γε δαιμονίως legendum cenſuit. Similiter quidem & Archeſtratus, apud Noſtrum I. 29. b. *vetuſtum* vinum feſtive πολιὸν σφόδρα κρᾶτα φοροῦντα dixit. At de ſcripturâ quae apud Euſtathium reperitur, dubitationem utique movere debet, quod in Athenaei Epitoma, e qua ſua haurire ille ſolet, hoc loco nec πολὺς nec πολιὸς legitur, ſed ἥδύς γε, ſicut in editis exemplis operis plenioris, cum quibus conſentit verus codex *A.* In noſtro igitur ms. *Ep. Alexidis* verba, de quibus quaerimus, ſic concepta leguntur: ἔσται καὶ μάλα ἥδύς γε· ὀδόντας οὐκ ἔχων· ἤδη σαπρός· γέρων δαιμονίως ἀσπάζομαι γραῦν σφίγγα. Cum quibus quo commodius conferri poſſint quae habet Euſtathius huc facientia, paulo altius quae ille loco citato ſcripſit hîc repetere iuvabit. Sic igitur Euſtathius: Οἶνον δὲ παλαιὸν Ὁμήρου εἰπόντος, οἱ ὕστερον ἀστεῖος μεταλαβόντες, γέροντα τὸν τοιοῦτον εἶπον. οἷον· γέρων Θάσιος οἶνος. [apud Athen. I. 28. f. & X. 432. e.] ὅτερ ἥδύτερον ὁ κωμικὸς Ἀλεξις φράζων, φησίν· Οἶνος καὶ μάλα πολύς γε· ὀδόντας οὐκ ἔχων· ἤδη σαπρός· γέρων δαιμονίως. —— Εἰκὸς δὲ, τὸν εἰρημένον γέροντα καὶ σαπρὸν οἶνον, καὶ σαπρίαν ἀρσενικῷ γένει λεχθῆναι, οὗ χρῆσις ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου &c. nunc adponuntur Hermippi verba, quae apud Athenaeum leguntur lib. I. pag. 29. e. Quod ſi igitur in *Alexidis* verbis ſcripturam illam πολύς γε (quam nec Hoeſchelianum exemplum Epitomae agnoſcebat, nec noſter optimus codex) in vetere quodam codice repererat Euſtathius; non

d fuerit ille codex Athenaei, ſed alterius cuiusdam Grammatici, qui eadem verba citaſſet. De quo ſi conſtaret, facile credi poſſet, πολιόν γε quidem ſcripſiſſe poëtam, ſed id ab aliis iam olim in πολύν γε, ab aliis in ἡδύν γε fuiſſe transformatum. Caeterum nihil magnopere habet illa conſtans librorum Athenaei ſcriptura ἡδυς γε, quod ſuſpectam eam reddere poſſit; niſi hoc fortaſſe, quod ex alterius perſonae reſponſo intelligi videatur, verba omnia, quibus haec mulier vinum ſuum laudans utitur, *aenigmaticum* quiddam atque *inſolens* debere habere. Et hactenus quidem haud improbabiliter ſuſpicari aliquis poſſit, pro ἡδὺς apud poëtam fortaſſe illud vocabulum ſcriptum fuiſſe, λαρὸς, quod tam ingenioſe quam docte *verſu ſeq.* in locum verbi λέγων ſubſtituendum IACOBS propoſuit, in Animadv. in Euripidis Tragoedias pag. 192. Cum enim λαρὸν veteres poëtae pro ἡδὺ, γλυκὺ, uſurparint; (conf. Heſych. in voc. & ibi Interpp. & Hemſterh. ad Luciani Schol. in Timon. cap. 12.) facile accidere potuit, ut in locum vocis λαρὸς, interpretamentum ἡδὺς ſuccederet. De vocab. σαπρὸς vide notata ad I. 29. e. Ibi quum hunc locum, in quo verſamur citare vellem, perperam operae noſtrae XII. 441. d. pro X. 441. poſuerunt. *Verſ.* 5. Pro vulgato λέγων, minori molitione quam quâ uſos Viros doctiſſimos vidimus, nobis viſum erat λέγω reponendum: *aio, dico, confirmo tibi.* De vocab. γέρων, a *ſenectute* hominis ad *vini vetuſtatem* translato, differentem Euſtathium paulo ante vidimus. In γέρων γε proba-ne ſit γε particula, an in τε mutanda, disceptari in utramque partem poteſt: interim tenendum vulgatum putavi. Etiam de adverbio δαιμονίως, utrum ad γέρων γε, an ad ἀσπάζομαι ſit referendum, haud ſatis conſtat. In libris, cum msstis, tum impreſſis, nec ante nec poſt δαιμονίως distinguitur oratio. Dalecampius ad ſequentia traxit: *Hoc mirifice mihi placet:* nec ita male.

Quod *verſ.* 6. γραῦν σφίγγα ait poëta, in ſimili re alius σφίγγ' ἄρρενα dixit apud Noſtrum, IX. 382. b. c. In fine eclogae, pro λέγε, recte λέγει corrigebat DALECAMPIUS: *ut aenigmata loquitur!* Ante καὶ τὰ λοιπὰ recte interpungunt edd. In vetuſtis codicibus aberat distinctio: inde natus videtur error, ut λέγε ſcriberent librarii, quaſi iſta cohaererent, & verba etiamnunc poëtae eſſent, λέγε καὶ τὰ λοιπά. Sic quidem etiam in *Epit.* ſcriptum.

Cum dein ita legeretur in editis: Ἐν δὲ Διὶ πεν- d
θοῦντι Ζωπύρου φησὶ καὶ ζωπύρα οἰνηρὸν ἀγγεῖον: haec adnotavit CASAUBONUS: »Dubitabam, quo perti- »nerent iſta verba, donec inſpectâ Epitome reperi ſic ibi »ſcriptum: Ὁ αὐτὸς Ζωπύρας τινὸς μνησθεὶς, λέγει, Ζω- »πύρα οἰνηρὸν ἀγγεῖον. Id eſt, *Antiphanes idem Zopyrae* »*cuiusdam multibibae facit mentionem, his verbis, Zopyra* »*vas vino plenum.* Ita ergo ſcribamus in Athenaeo: Ἐν δὲ »Διὶ πενθοῦντι, Ζωπύρας τινὸς μνημονεύει, καὶ φησί· Ζω- »πύρα, οἰνηρὸν ἀγγεῖον. *Zopyram* melius legi quam *Zopy-* »*rum* ex praecedentibus certum: nam de *foeminis* hîc agit. »Venuſte autem multibibam & merobibam appellat *vas* »οἰνηρόν: ſicut alii potores dicti *Cotylae*, aut *Chonae*, aut »*Choës*. « — Nos editorum librorum defectum ex noſtro cod. *A.* ſupplevimus, cum quo conſentit Epitoma, ut do- cuit Caſaub. Pro Διὶ πενθοῦντι vero probabiliter admo- dum REINESIUS, Var. Lect. III. 3. p. 384. ſuſpicatus erat, Διὶ τὴ πενθοῦντι legendum videri. Simili certe titulo Plato- nis comici ſatis nota fabula eſt, Ζεὺς κακούμενος, *Iupiter male adfectus*, vel *adflictus:* nec quid ſibi velit Διὶ πεν- θῶν, *Bis lugens*, ſatis adparet.

XENARCHI verſus iſte, e

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω:

iungendus cum illis, quos paulo ante, pag. 440. e. cita- verat Noſter. Eumdem verſum recitavit Helladius, in Chreſtom. pag. 4. conferens cum ſimili Sophocleo:

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω:

quem feſtive nonnihil immutavit comicus poëta. Vide Brunckii Fragm. Sophoclis ex incertis Tragoed. num. 36.

AD CAP. LVIII.

Πλάτων, Φάωνι. Ad intelligendam eclogam quae ex iſta *PLATONIS fabula* hîc adponitur, nonnihil conferet, ſi me- minerimus, *Phaonem*, a quo ea nomen habet, perhiberi a Venere hoc eſſe conſecutum, ut virorum eſſet formo- ſiſſimus, cuius amore captae fuerint mulieres omnes. De eo vide Perizonium ad Aeliani Var. Hiſt. XII. 18 & 19. Meminit eiusdem Athenaeus, II. 69. d. & XIII. 596. e.

»*PLATONIS* Comici ῥῆσις, multifariam eſt corrupta. »*Primo verſui* deeſt pes unus. Εἶεν γυναῖκες ὡς ὑμῖν πάλαι. »Puto, ὡς ὑμῖν ἔφην πάλαι. *Secundus*,

e » Οἶνον γενέσθαι τὴν ἄνοιαν εὔχομαι,
» quem ſenſum habeat, non video. Dalecampius, ἔννοιαν:
» quam emendationem ſi ſequamur, vertendum, *Pridem*
» *eſt cum cupio vos de vino cogitare.* Sed aliò nos vocat me-
» trica lex. Quid ſi,
» γεύεσθαι οἴνου τὴν ἄνοιαν εὔχομαι?
» Videtur enim ad *temulentiam* foeminas hortari. *Tertio &*
» *ſeq. verſu*,
» ὑμῖν γὰρ οὐθὲν, καθάτερ ἡ παροιμία,
» ἐν τῷ καπήλῳ νοῦς ἐνεῖναί μοι δοκεῖ:
» ſignificari videtur, fuiſſe apud Graecos proverbium,
» Γυναιξὶν ὁ νοῦς ἐν τῷ καπηλείῳ: *Mulieribus mens eſt in*
» *cauponâ.* Eo obiicitur vinoſitas ſequiori ſexui, notata
» etiam latinâ paroemiâ, *Anus ad armillum.* Sed ἐν τῷ κα-
» πήλῳ, pro ἐν τῷ καπηλείῳ aut καπηλίῳ, vix putem
» Graecam eſſe orationem. Nihil autem vetat καπηλίῳ ſcri-
» bi, coaleſcentibus duabus ſyllabis in unam, ut paſſim
» apud poëtas: vel ἐν τῷ καπήλου, ut ἐν ᾅδου. « CASAU-
BONUS. — In *Epit.* deeſt tota ecloga. Codex *A.* nihil fere diſſentit ab editâ ſcripturâ. Ad complendum *primum verſum* quidvis potius, quam quod docto Animadverſori placuit, deſiderari nobis viſum erat. Sed ad ſententiam quidem nihil admodum deſideratur. *Secundo verſu*, teneri poſſe exiſtimavi οἶνον γενέσθαι τὴν ἄνοιαν, nempe ὑμῖν vel ὑμῶν: *vinum eſſe veſtram amentiam:* nempe, ut amentia veſtra potius in vini ſtudio (*ut vulgo* de mulieribus *in proverbio aiunt*) ſe prodat, quam ſtolido illo & inſano Phaonis amore. *Verſ.* 3. Pro ἡ παροιμία, operarum ſphalma οἱ παροιμία ex ed. Baſ. imperite in ed. Caſ. 1. 2. & 3. derivatum erat. *Verſu* 4. verum putavi, quod propoſuit Caſaubonus, ἐν τῷ καπήλου. Gallicus interpres, Dalecampium fere ſecutus, quatuor priores verſus in hunc modum convertit: *Femmes, plût au ciel que le vin fût à préſent votre vice, comme il l'étoit autrefois! car il me paroit que votre eſprit n'eſt plus chez le tavernier, comme le diſoit le proverbe.*

Verſu 5. Cum *poſt* vocem προτέλεια (non ante) *inciſa* eſſet *oratio;* de rectâ verborum diſtinctione, qua iungerentur verba προτέλεια δεῖ &c. monuit CASAUB. De ipſo vocab. προτέλεια vide notata ad IX. 376. a. & quem ibi laudavimus RUHNKENIUM, ad Timaei Lexic. Plat. pag. 224 ſq. *Verſ.* 7. ἐμοὶ γὰρ κουροτρόφῳ. Quaenam ſit κου-

ροτρόφος, quae hîc loquens inducitur, haud satis scio. *Hecate* sive *Ceres* praesertim eo nomine insignitur; ut apud Hesiodum, Theogon. 450. cf. Hesych. & eius Interpp. in voce: sed & aliae divae; velut Latona, apud Theocrit. XVIII. 50. Denique vero & *Venus* eodem nomine compellatur a Sophocle apud Athen. XIII. 592. e. A Venere autem nactus formae praestantiam & ab ipsa etiam amatus fuisse perhibebatur Phaon. Confer Nostrum, II. 69. d.

Vers. 8. πλακοῦς ἐνόρχης videtur ludens poëta dicere *opus pistorium in formam binorum testiculorum effictum. Ibid.* ἄμυλος ἐγκύμων. *Adrianus* HERINGA in Observationibus Crit. cap. 24. pag. 205 sq. eclogam istam tractans & passim emendans, vocem ἄμυλος in μύλλος mutandam censuerat: »quo ad μύλλειν (inquit) alludit comicus.« At μύλλος, piscis nomen est parum in vulgus notum, (conf. III. 118. c.) quod nullo modo huc trahendum videtur. ἄμυλος est *placentae* genus quoddam: quod vocabulum recte hîc defendit TOUP, Emendat. in Suid. P. I. pag. 37. Vide notata ad IV. 134. e. Quibus autem rebus *praegnans* (i. e. refertum) voluerit hoc opus pistorium, nescio: fortasse *turdis*: a quibus dein (*vers.* 9.) distinguuntur illi *sedecim turdi integri*. At ego ineptus; qui has ineptias meis illustrare coniecturis coner! Video tamen etiam gravissimum virum CASAUBONUM operam in hos lusus nonnullam conferentem. »In *octavo* (inquit) scribit interpres, ἄμυλος »ἐγκύμων κίχλαις. Sed respuit eam correctionem sequens »versus. Scribe ἄμυλος, ἔγχυτος, κίχλαι. *Nonus*:

»ἑκκαίδεχ' ὁλόκληροι μέλιτι διαμεμιγμέναι,

»est hypermeter. Scribe, ἕνδεχ' ὁλόκληροι.« [Nos ἑκκαίδεχ' tenentes, simplex verbum μεμιγμέναι posuimus cum HERINGA.] Pergit CASAUBONUS: »In *decimo*, »λαγῷα δώδεκα, sunt *duodecim frusta carnis leporinae*: ex»posuimus eam vocem libro nono. [ad IX. 400. d.] Sed »cur addit ἐπὶ σελήνᾳ? Vix tamen probem ἐπὶ σέλινα?« — Unâ voce ἐπισέλινα scriptum oportuisse, intelligendaque *liba in lunae formam efficta*, docuere HERINGA & TOUP l. c. Hesychius: Ἐπισέλινα, πόπανα μηνοειδῆ. Idem vero doctissimi viri cum iungunt ista, δώδεκα λαγῷα ἐπισέλινα, & λαγῷα tamquam adiectivum referunt ad subst antivum ἐπισέλινα, praeter necessitatem difficultati sese implicuisse videntur.

»Claudicat *undecimus versus*,

f » ἤδη ταῦτ' εὐτελέστατ'. ἄκουε δή.

» Potest impleri, ἤδη τοιαῦτά γ' εὐτελέστατα. « CASAUBONUS. — Magis placet HERINGAE emendatio: ἤδη 'στι ταῦτά γ' εὐτελεστ. Possis etiam: ἤδη τάδ' ἐστί γ' εὐτ.

Pro τριμιξκτα, quod unâ voce scribebatur, (*vers.* 12.) divisis vocibus τρὶ ἡμιεκτέα oportuisse docuit rursus CASAUBONUS; ad *versum* 13. etiam haec monens: » παραστάται vel *testiculi* sunt, vel de eorum nomine [a lascivo poëta] » sic appellata numina. « — Vide lib. IX. pag. 395. f. De *bulbis* vide lib. II. pag. 63 sq. De *Orthanne* & *Conisalo*, Priapi administris, unà cum illo coli solitis, consuli Hesychius potest, & qui ad eum laudantur ab Interpp. Conf. Animadv. ad Athen. III. 108. d. Perperam Κονισάλλῳ scribitur h. l. im ms. *A*. Recte Κονισάλῳ edd.

a *Vers.* 14. μύρτων πινακίσκος &c. τὸ μύρτον, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον: Suidas, Hesychius, & alii. Caeterum vide PALMERII Exercitat. pag. 515. *Vers.* 16. πύργης τετάρτης. » Interpretes: πυροῦ τετάρτη. « CASAUB. — Nempe, *tritici quartarius*, Dalecamp. — » Forsan legendum » πύρνου τέταρτον. πύρνος est panis πύρινος, quae vox re» peritur apud Lycophronem. « HERINGA l. c. — πύρνον, pro πύρινον ἄρτον, vel simpliciter pro ἄρτον, habes etiam apud Homerum Odyss. ο'. 311. & ρ'. 12. Sed πύργης ex πύρνης potius, quam ex πύρνου, corruptum. Et videri poterat huc facere quod apud Hesychium legitur, πυρίη, ubi literarum ordo docet πύριη scriptum oportuisse: nec tamen satis convenire videtur interpretatio, nam de una *offa* exponitur.

Vers. 17. Olim sic editi cum Msto:

Δόρδωνι δραχμὴ κύβδασοι τριώβολον.

Ibi CASAUBONUS, praeeunte Dalecampio, Κυβδάσῳ τριώβολον scribendum censens: » *Cybdasus* (inquit) sive *Cib*» *dasus* contumeliae caussa nomen inditum videtur: nam » κίβδης est homo vafer & sceleris plenus. Et fortasse Λόρ» δωνι initio versus praestat quam Δόρδωνι: nam λορδοῦν » & λορδὸς Graeca sunt vocabula: Δόρδων, quod sciam, » Graecam originem habet nullam. « — Verbum λορδοῦν supra notavimus, ad IX. 403. d. Ex illo verbo, quod ad schemata Venerea pertinet, numen foeminei generis fingit petulans comicus, cui Λορδὼ nomen facit. Sic & ex

κύβδα, adverbio, quod eodem pertinet, fecit Κυβδασώ: a
unde in tertio casu Κυβδασοῖ fuit scribendum. (Conf. Athen. X. 447. b. & XIII. 580. d. tum PALMERII Exercit. pag. 515 sq. HERINGAM l. c. p. 207. & TOUPIUM, Emend. in Suid. P. II. pag. 230 sq. quemve is laudat MEURSIUM, in Athenis Atticis. Denique *vers.* 18. ἀπὸ τοῦ κελητίζειν fecit *heroëm* Κέλητα: nam ἥρωϊ, pro ἥρῳ, scriptum oportuit. Sunt qui putent (in his Eustathius, ad Od. ε'. p. 229. l. 38.) ipsum *pudendum muliebre* κέλητα a comicis dici: quod tamen, quoniam *masculum* numen fingit poëta, parum convenire huic loco videtur. *Eodem vers.* δέρμα in θέρμα mutandum DALECAMPIUS censuerat, deletâ καὶ particulâ, *calentia thelymata* reddens: quod hactenus probavit HERINGA, ut sustentandi versus caussâ θερμὰ βουθυλεύματα corrigeret. Quibus novationibus minime opus esse, recte vidit doctissimus IACOBS; monens in *Notis msstis*, δέρμα de *pene coriaceo* esse accipiendum. Θυλήματα, Hesychio interprete, sunt βεβρεγμένα μέλιτι ἄλφιτα ἢ ζυμιάματα ἐπὶ βωμῶν. Ibi confer quae doctus Editor adnotavit.

Vers. 21. recte ἔξεστιν ὑμῖν dedit vetus codex mstus. κινητιᾷν vero tenet idem codex: pro quo in promtu quidem erat βινητιᾷν corrigere: quam eamdem emendationem prorsus necessariam iudicavit HERINGA l. c. At, sicut haud dubie κινεῖν subinde dixerunt Graeci, (puto, ubi paulo urbanius aut honestius loqui volebant) pro βινεῖν: sic forsan & κινητιᾷν nunc comicus noster paulo honestius dicere voluerat, pro βινητιᾷν. Caeterum in κινεῖν & βινεῖν saepe etiam variant libri: veluti nostri apud Athen. IX. 403. d. Vide Aristophanis loca, in Brunckii Indice citata, ad vocem κινεῖν.

Ἀξιόνικος δ' ἐν Φιλίννῃ. Sic ms. *A.* non Φιλίνῃ. Recte. Sane eodem nomine etiam ab Hegemone editam fabulam ait Noster, XV. 669. a. & III. 108. c. ubi in scripturam per geminam ν literam consentiunt edd. cum Msto. Et fuit Φιλίννα nomen concubinae Philippi regis, e qua natus Aridaeus; ut docet idem auctor noster, XIII. 578. a. Huius autem fabulae mentio cur omissa fuerit in Fabricii & Harlesii recensu *fabularum Axionici*, nescio: non oblitus quidem Dalecampius erat, quin eam in Indice Auctorum nominaret. Versiculus hic citatus quum sic scriptus esset in editis,

Γυναικὶ δὲ πίστευε μὴ πίνειν ὕδωρ:
recte monuit CASAUBONUS, Γυναικὶ δὴ scriptum oportuisse. Commode facturus erat, si simul docuisset, scribi ita in vetustis libris. Nostri quidem codices ambo id ipsum tenent.

AD CAP. LIX.

Καὶ ὅλα δὲ ἔθνη &c. »Postquam de singulis vinosis egit,
b »*de populis integris vino deditis* quaedam commemorat. *Ta-*
»*pyri* in his principem locum obtinent: cuius gentis φιλοι-
»νίαν commemorans Aelianus, Variar. lib. III. [cap. 13.]
»non solum, ait, ad potum vino abutuntur, sed & un-
»gunt se vino sic, ut alii oleo. Οὐ μόνον εἰς πόμα κατα-
»χρῶνται αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ χρίσματά ἐστιν ὁ οἶνος, ὥσπερ
»ἄλλοις τὸ ἔλαιον. Eadem Athenaeus, indicatis auctoribus
»primis eius historiae. Βαίτων, inquit, ὁ Ἀλεξάνδρου βη-
»ματιστὴς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου
»πορείας. Vox est Macedonicae dialecti βηματίζειν, signi-
»ficans *pedibus metiri*. Inde βηματιστὴς, *metator itinerum*.
»Affine ministerium in iisdem castris Alexandri, eius quem
»σταθμοδότην vocat Plutarchus: sed huius opera ad mili-
»tiae usum spectavit; illius ad locorum & geographiae
»cognitionem. Multos autem e veteribus libros eius ar-
»gumenti edidisse ex Strabone scimus & Plinio. Athenaeus
»*Baetoni* adiungit *Amyntam*, qui Σταθμοὺς conscripserat.
»Eusebius quoque, libro nono Praeparationis Evangelicae,
»inter caeteros auctores laudat τὸν τῆς Συρίας σχοινομέτρην,
»id est, eum qui Syriae per schoenos dimensionem fecerat
»& ediderat.« CASAUBONUS. — Βηματίζειν, verbum esse Macedonicae dialecti adnotaverat Hesychius; sic tamen, ut dicat, *Macedonibus fere* (vel, *maxime*) *in usu fuisse*. ἔστι δέ πως ἡ λέξις Μακεδονική. Eo verbo Polybius usus est, ὁδὸς βεβηματισμένη κατὰ μίλιον, κατὰ σταδίους, III. 39, 8. XXXIV. 12, 3.

Cum *Phigalenses* ait auctor Μεσσηνίοις ἀστυγείτονας ὄντας καὶ ἀποδημεῖν ἐθισθέντας, quid dicat ἀποδημεῖν ἐθισθέντας, haud satis liquet. Si de eo *exsilio* loquitur, cuius Pausanias lib. VIII. cap. 39. meminit, haud adparet cur illius exsilii hic fiat mentio. Suspicatus eram, hoc dici: Phigalenses, vino deditos, cuius in ipsorum agro copia non est, frequenter *apud Messenios peregrinari*, quorum in regione ge-

nio poſſint indulgere. Caeterum cum hoc loco confer quae leguntur XI. 465. d.

Φύλαρχος ἐν ἕκτῳ. Sic ms. *A.* non ἕκτῳ. PHYLARCHI c *Hiſtorias* intellige, iam ſaepe citatas a Noſtro.

Μένανδρος δ' ἐν Ἀρρηφόρῳ &c. » Phigalenſes ſequuntur » *Byzantii*: quorum vinoſitas etiam Aeliano deſcripta, li» bro tertio Ποικίλης, cap. 14. ex iisdem ſcriptoribus. *Me*» *NANDRI* Ἀρρηφόρου laudat Pollux lib. X. cap. 45. [iterumque Athenaeus, XIII. 559. e.] » & Aelianus dicto loco, ſed » non adiecto fabulae nomine. Verſus qui inde recitantur » hoc loco, ita ſcribas rectius:

» Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ Βυζάντιον. d
» ὅλην ἐπίνομέν γε τὴν νύκτα διά σε,
» καὶ σφόδρ' ἀκρατον οἶνον ὥς γε μοι δοκῶ.
» ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων. «

Sic CASAUBONUS. — Verſus, quos ille praedicto modo corrigendos cenſuit, ita editi legebantur:

Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ, τὸ Βυζάντιον,
ὅλην ἐπίνομεν τὴν νύκτα διὰ σέ,
καὶ σφόδρ' ἀκρατόν μοι δοκῶ.
ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων.

Totidemque verbis, nullâ literâ mutatâ, legitur eadem ecloga in utroque noſtro msto codice. GROTIUS, parum feliciter Caſaubono ceſſiſſe emendationem intelligens, in Excerptis pag. 711. in hunc modum concinnavit verſus:

— Πάντας σὺ μεθύσους, Βυζάντιον,
τοὺς ἐμπόρους ποιεῖς· ὅλην ἐπίνομεν
τὴν νύκτα διὰ σέ· καὶ σφόδρ' ἀκρατον μοι δοκῶ.
ἀνίσταμαι γοῦν &c.

Grotii rationem adoptavit CLERICUS, in Menandri Fragm. pag. 22. At, fruſtra laboraſſe doctiſſimos viros, perſpecte BENTLEIUS monuit, in Emendationib. in Menandr. p. 12. docuitque, ne literâ quidem vel mutatâ vel inverſâ ita digeſtos oportuiſſe verſus, ut a nobis ex illius praeſcripto factum. Ad argumentum quod ſpectat, haec monuit idem vir κριτικώτατος: » Nimirum hic, quicumque eſt, alloquitur » alium neſcio quem: *Tu*, inquit, *qui Byzantium negotia*» *tum iveras, ebrioſitatem ibi didiciſti, ut ceteri mercatores ſo*» *lent. Tuâ quidem cauſſâ totam noctem potavimus, qui citius* » *discedere noluiſti.* « — De *quatuor capitibus*, quae habere ſibi ebrius videtur, conf. IV. 168. c. & ibi not.

Ἀργεῖοι μὲν καὶ Τιρύνθιοι ὑπὸ &c. Quod in ms. *A.* καὶ

Τιρύνθιοί θ' ὑπὸ scribitur, nescio an aliud quid eâ sub scripturâ lateat. In *Ephippi vers.* 2. αἰεὶ, ut correxerat Grotius, sic nobis scriptum dedit cod. *A.* αἰὲν scribitur apud Macrob. Saturn. V. 21. ubi iidem versus recitantur. Latinam versionem a Grotio mutuati sumus, ex Excerptis pag. 674.

e Πολέμων — — περὶ Ἠλείων λέγων. Postremum verbum, quod deerat editis, adiectum exhibebat noster cod. *A. Epigramma in Elcos* ex Athenaeo H. Stephanus Adpendici Anthologiae inseruit, pag. 533. & Brunckius Analectis T. III. pag. 234. *Vers.* 2. Commode δ' ἡ particulam, quam desiderabat metrum, adiecerunt Athenaei editores. Sed συνάπασα, quod tenet uterque mstus codex, nil opus fuerat ut in ξυνάπασα mutaretur.

AD CAP. LX.

f ἐπὶ δὲ τοὺς πότους — — ὡρμηκότες ἐπιεικῶς. τὸ δ' εἰσὶ πάντες οἱ Θρᾷκες, πολυπόται. » Lege ἐπὶ δὲ — — ὡρμηκότες. ἐπιεικῶς δ' εἰσὶ πάντες οἱ Θρᾷκες πολυπόται.« Casaubonus. — Concise ista expedivit Breviator. Cum editis autem adcurate consentit ms. *A.* nisi quod suo more πολυπῶται scribit. Nec vero praecise equidem improbem Casauboni emendationem: sed, an omnino necessaria esset, dubitavi. Sane citra incommodum ἐπιεικῶς ad praecedentia referri posse videtur. Haud dissimili quidem ratione etiam de potatore Lucianus dixit, πίνει δ' ἐπιεικῶς. Dial. Mort. VII. 1. Tum vero nihil impedire videtur, quin credamus, τὸ δὲ (i. e. τοῦτο δὲ) in neutro genere, pro τοιοῦτοι, (*hoc sunt;* pro, *tales sunt*) dicere Theopompum potuisse: cuius stylum in multis proprium quemdam & singularem colorem habuisse novimus. Nec vero desunt exempla probatissimorum etiam auctorum, qui pronomine neutrius generis similiter usi sint: veluti, cum Menander comicus apud Nostrum VI. 247. e. ait, Τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως, idem recte valet τοῦτο, ac τοιοῦτος.

Callimachi duos versus, Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην &c. tertio etiam versu & quarti initio auctos repetit Noster, nec tamen absque varietate scripturae, XI. 477. c. ubi pro ἀπέστυγε, scribitur ἀπήνατο: & pro οἰνοποτεῖν, ζωροπα-

τεῖν. Eosdem versus Macrobius citavit, (ab Athenaeo, ut multa alia, mutuatus) Saturnal. V. 21. Indidem etiam *Thraeciam amyſtidem* Horatius expreſſit, lib. I. Od. XXXVI. 14. In Fragmentis *Callimachi* a Bentleio collectis, habes hoc, num. 109. pag. 481. edit. Ern.

In THEOPOMPI verbis, de *Cleomene*, *Methymnaeorum tyranno*, τὰς μαστροποὺς recte tenet ms. *A.* cum editis. μαστροπὰς ſcribitur in ms. *Ep.* calligraphi errore neſcio, an Epitomatoris iudicio. *Mox*, cum ibidem ſic vulgo legeretur, τὰς εἰθισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας τρεῖς ἢ τέτταρας τὰς ἐπιφανεστάτας πορευομένας, &c. haec adnotavit CASAUBONUS: »Lege ἐμπορευομένας: ut ſit ſenſus, non omnes lenas a Cleomene »fuiſſe ſublatas, ſed eas ſolum fuiſſe in maris profundum »coniectas, quarum extiterat notabilior in lenocinio operara & induſtria. Cleomenis egregium adeo facinus longo poſt tempore renovavit Caius princeps, ut narrat »Tranquillus.« CASAUBONUS. — At longe diverſum eſt quod de Caio Caeſare Suetonius (cap. 40.) narrat. Longe item diverſum, ni prorſus fallor, id quod hoc loco ex Theopompo referre Athenaeus voluerat. Pro πορευομένας haud dubie & Deipnoſophiſta noſter & Theopompus πορνευομένας ſcripſerant: de quo perſpecte CORAY in *Notis mſstis* monuit. Tum vero, poſt γυναῖκας, ſimillima poſtremae huius vocabuli ſyllabae vocula καὶ interciderat: quâ adiectâ, commodiſſima illa ſententia prodibat, quam in latina verſione expreſſimus. Vetus autem uterque error fuit: qui & optimum noſtrum codicem *A.* occupavit, & illud exemplum plenioris operis occuparat quo Epitomae auctor uſus eſt. Itaque mendoſum eſſe verbum πορευομένας intelligens Breviator, prorſus omiſit: quo omiſſo, eadem prodibat ſententia quam Caſaubonus voluerat. Nam verbum ἐμπορευομένας, quod ille hic ponendum cenſuerat, ad ſententiae ſummam nihil conferebat. *Mox*, pro καταποντίσαι, perperam κᾆτα ποντίσαι ſcribitur in ms. *Ep.* Quod dein continuo ſequitur, τισὶν (ſive, ut eſt in Epitoma noſtra, τισὶ) προστάξας: pronomen iſtud e duabus poſterioribus ſyllabis verbi καταποντίσαι ortum temereque inſertum ſuſpicatus erat CORAY. Sed tenent illud ambo noſtri mssti: nec raro pronomen illud verbis *iubendi* ſimiliter adiectum reperias, ſive pleonaſticâ quâdam ratione, ut nullam praecipuam

a vim habeat; ſive eâ notione, quam latine his verbis exprimas, *certis quibusdam hominibus mandatum dedit.*

Καὶ Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἑπτὰ Σοφῶν. Ἕρμιππος Καλλιμάχειος (id eſt, *Callimachi diſcipulus*) vocatur apud Noſtrum, II. 56. f. ubi vide notata.

Ἐν δὲ τῇ δευτερᾷ τῶν Φιλιππικῶν· Ἰλλυριοὶ, φησὶ, &c. »In hoc vinoſorum albo leges hîc *Argivos*, *Corinthios*, »*Thraces*, & *Illyrios:* de quibus omnibus ſimul Aelianus »lib. III. cap. XV. *Illyriis* ſubiunguntur ſtatim *Ariaei*. De »utrisque agit Athenaeus ex eodem ſcriptore, THEO»POMPO nempe Hiſtorico. Nam falluntur interpretes, qui »iſta verba, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Φιλιππικῶν, Ἰλλυριοί »φησιν, accipiunt de *Hermippo*, quem Philippicas fingunt »ſcripſiſſe inſtar Demoſthenis & Ciceronis: nugae. Au»ctor loquitur de *Theopompo*, cuius facta mentio paullo »ante. Quis neſcit editum a Theopompo Hiſtoriae cor»pus ingens, *Philippica* inſcriptum? De eo Suidas: ἔγρα»ψε Φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις οβ'. Librum quinquageſimum »modo laudavit Athenaeus. Ex iis libris deſumta ſunt, »quae de *Illyriis* & *Ariaeis* hîc recitantur. « CASAUBONUS. — De THEOPOMPI *Philippicis* conſulendus omnino VOSSIUS lib. I. DE Hiſtoricis Graec. cap. 7. Quod mox

b editum erat, μέτρια ποιοῦσιν, ferendum videri poterat: quamquam haud facile ita locuturus erat Hiſtoriarum ſcriptor. Sed quidquid de hoc ſtatuatur, ſequi nos debuimus veteris codicis auctoritatem, qui μετρίως dedit. In *Epit.* omiſſa ſunt ſex verba, καὶ τοῦτο-- ποιοῦσιν.

Ἀριαῖοι δὲ, φησὶ, κέκτηνται προσπελατῶν &c. »*Ariaeos* »populum nusquam in libris veterum Geographorum in»venias. Neque enim aſſentiendum eſt doctiſſimo illi vi»ro, qui Ariae, regionis in Aſia celeberrimi nominis, »incolas putavit intelligi. Nam ab *Aria* hac deductum »gentile Ἄριος eſt vel Ἀριεύς, ut diſertim Hermolaus »Byzantius docet, [in Stephani Byzantini Epitoma:] pro»batque uſus omnium ſcriptorum. « [Tamen, & Ἀριηνοὺς dictos fuiſſe, adnotavit Holſtenius ad Steph. Byzant.] »Quis vero ferat Theopompum, ſi de eo populo ſentie»bat, *bella Gallorum & Ariaeorum* nobis commemorantem? »Mirum ſane, quid potuerit populos ita diſſitos commit»tere? Non eſt dubitandum, iudicio meo, corruptos hîc »eſſe omnes codices, cum & Theopompus & Athenaeus »Ἀρδιαῖοι ſcripſiſſent. Inter Illyridis barbaras & agre-

» ſtes nationes *Ardiaeos* nominant Geographi omnes, & » Ariſtoteles etiam DE Miraculis auditis. Hi igitur *poſſe-* » *diſſe* aliquando dicuntur προσπελατῶν ὥσπερ εἰλώτων [εἱλότων ſcribitur in ms. *Ep.*] » τριάκοντα μυριάδας. Athe- » nienſes πελάτας & προσπελάτας vocabant, quos fere » Romani veteres dicebant *clientes*: & προστάτης iisdem » eſt *patronus*. Ardiaeorum πελάται iſti [ſive προσπελάται] ſimiles videntur fuiſſe Gallorum *ſolduriis*. « CASAUBONUS. — Scripturam Ἀριαῖοι tenet uterque noſter codex ms. quam tamen vitioſam eſſe, & cum Caſaub. in Ἀρδιαῖοι mutandam, vix dubitari poteſt. Supra, VI. pag. 271. e. idem populus, alio errore, Ἀρκάδιοι nominabatur: ad quem locum vide quae notavimus.

Poſt verba γενομένου δὲ τούτου, haud dubie narrave- c rat THEOPOMPUS, *ſimulatâ fugâ caſtra ſua deſeruiſſe Gallos*, aut aliquid in eam ſententiam, *& occupata mox ea fuiſſe ab Illyriis*, &c. Et potuerat quidem iſta *ipſe Athenaeus* conſulto omittere, ut parum ad ſummam rei facientia, & per ſe facile intelligenda: ſed quoniam, quae hîc apud Theopompum legebantur, ab his verbis, οἱ μὲν Κελτοὶ videntur initium cepiſſe, facile etiam *librarius* a verbis οἱ μὲν Κελτοὶ, ad ea quae paulo inferius ſequebantur, οἱ μὲν αὐτῶν, potuit aberrare. *Deinde*, quum nude εἰς τοὺς ποταμοὺς ἐῤῥίψαν, absque pronomine reciproco, in ed. Ven. & Baſ. legeretur, tacite ἐῤῥίψαν ἑαυτοὺς praeeunte Ep. edidit Caſaub. Sed id ſuo arbitratu ita poſuerat Breviator. αὐτοὺς ἔῤῥιψαν nobis dedit vetus codex *A*. Iam, quod mox ait auctor, ἀκράτορες τῶν γαστέρων γενόμενοι, videtur utique id ipſum proprie ſonare, quod Dalecampius dixit, *qui alvum ſolutam cohibere non potuerunt*. Mirum tamen, cur eâ de cauſſâ *in flumina ſeſe proiecerint*. Quare nos ex coniecturâ (lubricâ quidem illâ, cuius veritatem minime praeſtabimus) *cum alvi dolorem ferre non poſſent*, reddidimus.

AD CAP. LXI.

Percommode in editis legebatur, Τοιαῦτα καὶ πολλὰ ἐφεξῆς καταλέξαντος τοῦ Δημοκρ. Sed nos particulam καὶ, quam non neceſſario deſiderabat oratio, delere debuimus auctoritate veteris codicis *A*. qui illam ignorat. To-

tam ἕξιν, qua transitum ad ſequentia parat Athenaeus, omiſſam eſſe in *Epitomâ*, non eſt quod moneamus.

πάντων τούτων εἶναι τῶν δεινῶν μητρόπολιν τὸν οἶνον. Dicit μητρόπολιν, quaſi *fontem & originem*. Sic *Archeſtrati Gaſtrologiam* Chryſippus (apud Noſtrum, III. 104. b.) dixit eſſe μητρόπολιν *philoſophiae Epicurcae*, id eſt, fontem & originem, e quo philoſophiam ſuam hauſiſſet Epicurus. Simili quadam notione, ſed frigido quodam (ut nobis videbatur) ioco, idem vocabulum ipſe uſurpavit Athenaeus, III. 96. e. cum dicere vellet, *Hippocratis filios e porca potius, quam muliere, natos videri.*

d δι' ὃν (τὸν οἶνον) καὶ τὰς μέθας &c. »Cum ait Pontianus in temulentiae criminatione, διὰ τὸν οἶνον καὶ τὰς »μέθας, καὶ τὰς μανίας, ἔτι δὲ καὶ τὰς παροινίας γίγνεσθαι: niſi recte accipias vocem παροινία, frigebit gradatio haec, quae tamen eſt elegantiſſima. Nam μέθη & »μανία *mentis depravationem* ſignificant: παροινία vero eius »depravationis eſt effectus; cum non ebrius tantum eſt »aliquis, ſed hoc amplius propter ebrietatem facit alicui »contumeliam. Non eſt παροινία *amentia*, ut vertit vir erudditus: ne *temulentia* quidem, aut *vinoſitas*; verum *ex te»mulentiâ naſcens ὕβρις, petulantia & iniuria.* Docte, ut ſem»per, Heſychius: Παροινία, inquit, ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις »καὶ οἷα δή ποτε ἁμαρτία: & in eam ſententiam plura. »Athenaeus ipſe poſt pauca: [pag. 444. b.] τὸ παροινεῖν »ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται. Poſt verbum γίγνεσθαι ponenda »στιγμὴ τελεία. [Ibi recte interpuncta erat oratio in ed. Ven. ſed diſtinctio perperam omiſſa in ed. Baſ. & Caſ.] »Deinde ſcribendum fide Excerptorum: οὐ τοὺς ἐκπα»θῶς μεταλαμβάνοντας &c. « CASAUBONUS. — Recte vero οὐ τοὺς non modo Epitoma exhibet, ſed & ms. *A*. Pro quo quum mendoſe οὗτος ἐκπαθῶς in ed. Ven. excuſum eſſet, inde οὕτως ἐκπαθῶς fecit editor Baſ. idque ſervatum in ed. Caſ.

ὁ Χαλκοῦς ἐπικαλούμενος Διονύσιος. Cognominis rationem expoſuit Athenaeus lib. XV. pag. 669. d.

Περὶ τοῦδε (τὸ γὰρ φῦλον οὐκ ἀπόλωλε) Ἄλεξις δ' ἐν Κουρίδι &c. Cum φίλον vulgo ſcriberetur, nihil offenſus eâ ſcripturâ CASAUBONUS, haec ad hunc locum adnotavit: »Ante Ἄλεξις distinguendum erat maiore diſ»tinctione. Praecedentia verba, corruptae ſunt reliquiae »verſus aut diſtichi e *Dionyſio* allati. « — Sane ſi ver-

bis περὶ τοῦδε praepoſueris unam voculam, verbi gratia d καὶ, habebis perfectum hexametrum:

Καὶ περὶ τοῦδε τὸ γὰρ φίλον οὐκ ἀπόλωλε.

At ſententia verſui inerit nulla. Nihil vero probabilius, quam quod tam acute, quam modeſte, doctiſſimus CORAY adnotavit: »An φῦλον? (inquit:) *Id genus homi-* »*num non periit; ubique invenitur.* « — At hâc adoptatâ ſcripturâ, perierat hexameter. Itaque omnia iſta verba, non Dionyſii, ſed Pontiani (id eſt Athenaei, Pontianum haec loquentem inducentis) eſſe iudicavi: ita tamen, ut poſtrema illa, τὸ γὰρ φῦλον οὐκ ἀπόλωλε, quae utique poëticum aliquem colorem habent, non negem eſſe a poëta neſcio quo aliquatenus mutuata. Quod ni ita eſſet, ſimpliciori ſtilo in hunc fere modum dicendum erat, Περὶ τοῦδε τοῦ φύλου (οὐ γὰρ ἀπόλωλε) Ἄλεξις δ' ἐν Κουρίδι &c.

ALEXIDIS ecloga quum continuo tenore, neglectâ distinctione verſuum, eſſet edita, ipſaque etiam oratio male distincta eſſet, cum nullâ interpoſitâ distinctione ſcriberetur μεθύει γὰρ οὐδὲν ἕτερον, turſusque deinde, ὁ δ' ἕτερος τί ἂν τύχοιμι ὀνομάσας, haec monuit CASAUBONUS: »In *Alexidis eclogâ* interpunge ſic, μεθύει γὰρ, e »οὐδὲν ἕτερον. *Ebrius eſt, nihil aliud.* Quaſi dicat, hoc »unum ac ſolum novit, vinum bibere ad ebrietatem us- »que: aliud nihil. Simile eſt libro XI. [pag. 467. d.] Πο- »τήρι' ἢ γραῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν βλέπει: & apud Ariſtoph. »μηδὲν ἀλλ' εἰ μὴ ἔσθιε. « [At diſſimilia haec eſſe, ſatis adparet: nam in illo ex Athen. XI. 467. d. nihil ſupplendum; in iſto vero ex Ariſtophane, ſupplendum μηδὲν ἄλλο ποίει, εἰ μὴ ἔσθιε. Similiter in hoc Alexidis, de quo quaerimus, intelligendum οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ. Sed haec vel pueris nota.] Pergit CASAUB. »Distingue etiam, ὁ δ' »ἕτερος, τί ἂν τύχοιμι ὀνομάσας; Βῶλος, &c. Graecani- »ca elegantia eſt, ὁ ἕτερος, pro, *Quod ad alterum filiorum* »*meorum attinet.* Obiicit autem pater iſte huic ſuo filio »vitae ruſticae nimium ſtudium. Male haec mutabat vir »doctus. « [Nempe perperam Dalec. *Sin autem alius:* quaſi eſſet εἰ δ' ἕτερος.] »Aelianus in Varia Hiſt. [X. 16.] ὁ »Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, οἱ δὲ, οὐ- »δεὶς αὐτῷ προσεῖχεν. Et ita ſaepius in his libris. «

Extremo *Alexidis verſu tertio*, quo ſatisfieret metricae legi, haud dubie Τιμοκλέης pro vulgato Τιμοκλῆς fuit ſcribendum: in reliquâ totâ eclogâ nulla litera mutanda

e fuit. Quisnam vero sit *Timocles*, qui ut bibax hîc traducitur a poëta, utrum dramaticus poëta, an alius, nunc non vacat disquirere. Illud monuisse sufficiat, nil opus esse, ut cum VILLEBRUNIO in Πινυκλῆς mutetur id nomen. Caeterum, de ecloga ista per iustos versus distribuenda iam ab eodem *Villebrunio* monitum esse, nunc maxime video. Κάπηλος tamquam proprium nomen per iocum usurpavit poëta: *Capanei* nomen aut aliquod simile exspectaverat auditor; &, ecce, *Caupo* exit.

καὶ καλῶς πρὸς τοὺς οὕτω λάπτοντας τὸν οἶνον. Editam olim scripturam οὕτως βλάπτοντας, quam ipsam vetus etiam codex noster tenet, interpretatus erat DALECAMPIUS, *qui vinum sic perdunt*. Haud immerito vero suspectum id verbum habuit acutissimus CORAY: »Lego »λάπτοντας, (inquit;) eleganti metaphorâ, a cani»nibus ductâ. Sunt vero οἱ λάπτοντες τὸν οἶνον, de qui»bus supra (lit. *d.*) ἐκπαθῶς μεταλαμβάνοντας dixit. In»fra, pag. 485. *d.* λεπαστὴν λαφάμενος ἐχαρύβδισε: ubi »& (lit. *a.*) λεπαστῆς etymon tradidit, ἀφ' ἧς ἔστι λά»φαι· τουτέστιν, ἀῤῥόως πιεῖν.« — Et ipsam istam scripturam οὕτω λάπτοντας, quam haud cunctanter adoptavimus, plane dedit optimus noster codex *Epit.* Paulo post, praeter rem, τὸ δρᾶμ' ἔχει per apostrophum scribebant edd. Recte τὸ δρᾶμα ἔχει ms. *A.* In ipsis *ALEXIDIS* ex *Opora* verbis, ista οἶνον πολὺν οὐ κεκραμένον, sunt quatuor postremi pedes versus senarii; sequenti vero versui deest nonnihil sub initium, unde metro non constat ratio. Ad verbum tamen cum editis consentiunt ambo nostri mssti.

κἀν Δακτυλίῳ. Cum vitiose Δαιτυλίῳ in ed. Ven. & Bas. legeretur, tacite correxit Casaubonus: & veram scripturam tenet ms. *A.* De Menandri fabulâ eodem titulo, vide Not. ad VI. 247. Etiam Timoclis fuit fabula Δακτύλιος, de qua dictum est ad VII. 295. b. Animadv. T. IV. pag. 190 sq. Mendosam veterum editionum scripturam cum Dalecampio tenens GROTIUS in Excerpt. p. 565. *in Conviviolo* interpretatus erat.

f In eiusdem *ALEXIDIS*, ex *Tutore*, versu, si quis ποεῖ cum nostro cod. *A.* scriptum maluerit, non repugno. ποιεῖ cum editis tuetur ms. *Ep.* Et frequenter sane penultima in illo verbo correpta apud poëtas occurrit.

Κρώβυλος τ' ἐν Ἀπολιπούσῃ. Sic recte ms. *A.* Vide

notata ad pag. 429. e. ubi eadem *Crobyli* ecloga iam recitata erat, quam haud satis memor ante dictorum Athenaeus noster hîc repetit. Superioris loci non oblitus auctor Epitomae, hoc loco eosdem iterum adponere versiculos prudens supersedit. Recte vero hic *vers.* 2. τοῦ φρονεῖν habet ms. *A.* cum edd. pro quo supra mendose σωφρονεῖν legebatur.

καὶ γὰρ δημοκρατουμένη πόλις &c. » De *Platonis* lo-
» co diximus capite nono. [ad p. 433. f.] Sed scribe ἀκράa
» του αὐτῆς μεθυσθῆ, non αὕτη. Vocat Plato ἄκρατον
» ἐλευθερίαν, *libertatem non temperatam legibus:* quae non li-
» bertas est, sed licentia. Brevius hoc ipsum Aristoteles,
» velut ex tripode non Apollinis, sed rectae rationis,
» pronuncians in Politicis, ἢ ἄγαν ἐλευθερία εἰς δουλείαν
» τελευτᾷ. « Casaubonus. — Pro αὕτη, quod erat editum, αυτη (sic) absque accentu spirituque hîc dabat ms. *A.* Prorsus praetermissa ea vox erat supra, pag. 433. f. Recte vero αὐτῆς, sicut apud Platonem, scribitur lib. XI. pag. 505. d. ubi idem locus denuo adponitur: & sic iam hîc ex Platone correxerat editor Basileensis. Epitomae auctor, memor paulo ante adpositam fuisse illam eclogam, satis habuit hoc loco alteram adponere e libris *De Legibus* ductam. Sed in ista priori rursus intactam hîc reliquerat Casaubonus pravam editorum librorum scripturam προσταττόντων: pro qua recte, sicuti supra, προστατούντων dedit cod. *A.*

Ἐν δὲ τῷ τῶν Νόμων ἕκτῳ. Sic ms. *A.* ἐν ἕκτῳ Νόμων ms. *Epit.* *Ibid.* Τὴν πόλιν εἶναι δεῖ δίκην. Sic cod. ms. uterque: nescientes verbum φησὶ temere in editis repetitum, nec aliud illius loco agnoscentes. Dein tenui κρατῆρος κεκραμένην: quemadmodum ex *Platone* (*De Legibus*, pag. 294. ed. Bipont.) correxerat Basileensis editor. Si transpositas cum msstis nostris duas voces velles, utique κεκραμένου κρατῆρος erat scribendum.

AD CAP. LXII.

Ἀντιφάνης ἐν Ἀρκαδίᾳ. Nihil hîc mutat vetus codex: b
at idem infra (lib. XIII. pag. 586. a.) ἐν Ἀρκάδι tenet cum editis.

Οὔτε γὰρ νήφοντα &c. » *Antiphanis versus* ita dis-
» tinxeris melius & legeris:

b »— Οὔτε γὰρ νήφοντα δεῖ τιν' οὐδαμοῦ
»πάτερ παροινεῖν, οὔτ' ὅταν πίνειν δέῃ
»δεῖ νοῦν ἔχειν. . . . . .
»Ὅστις δὲ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ,
»μικρῷ πεποιθὼς ἀθλίῳ νομίσματι,
»εἰς ἄφοδον ἐλθὼν ὅμοιον αὐτὸν ὄψεται
» . . . . . ἐὰν σκοπῇ
»τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια,
»τὰς φλέβας ὅπῃ φέρουτ' ἄνω καὶ κάτω,
»δι' ὧν ὁ ξυνὸς πᾶς κυβερνᾶται βίος.

»Elegantiſſimi ſane ſunt verſiculi: quos proferebat fi»lius, cum patre auſteritatis & tetricitatis nimiae viro »disputans. Solens autem Athenaeus more ſuo quaedam »omiſit, quae ad perficiendam ſententiam nullum habe»bant momentum, & fortaſſe ab alio interpellante pro»nunciabantur. Eos autem potiſſimum reprehendit hic cen»ſor, qui opibus tumentes ſupercilium adducunt, & ſe»parant ſe ab aliis affectatâ quadam gravitate. Sic dice»bat Theophraſtus in Characteribus, hominis αὐθαδους »notam eſſe, quod in conviviis neque canere, neque ῥῆ»σιν εἰπεῖν, neque ſaltare dignetur. Fruſtra igitur labo»rant docti de interpretatione illius verſus, μικρῷ πεποι»θὼς ἀθλίῳ νομίσματι. [cuius verſus ſententiam longius quaeſiverat Dalec.] »Eſt enim manifeſta deſcriptio homi»nis propter divitias ſuperbientis. Proximorum verſuum »ſententiam, vitio librariorum imperfectam & mutilam, »ita explemus ingenii coniecturâ:

»εἰς ἄφοδον ἐλθὼν ὅμοιον αὐτὸν ὄψεται
»τοῖς εὐτελεστάτοις, ἐὰν γ' ὀρθῶς σκοπῇ
»τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια. «

Haec Casaubonus. — At non erant *ſenarii verſus iambici*, ſed *trochaici tetrametri*, recte diſtincti in editionibus omnibus: quarum rationem nos tenuimus, praeeunte Grotio in Excerpt. pag. 603. Et fere nihil erat mutandum aut adiiciendum, idque ipſum ex codicum noſtrorum praeſcripto, qui in caeteris omnibus ad verbum cum editis conſentiunt. Librorum diſcrepantia nonniſi in hisce cernitur. *Verſ.* 2. οὐδαμοῦ tenet ms. *A.* cum editis: ibi οὐδαμῶς habet ms. *Ep.* *Initio verſus* 4. haud dubie omiſſum erat aliquid (ab ipſo fortaſſe Athenaeo) ad complendam verſus menſuram neceſſarium. Nihil vero probabilius nobis viſum erat quam quod Grotius ſupple-

verat; nempe δηλαδή. Doctiſſimus IACOBS verba ὦ πάτερ inſerenda coniectaverat. *Verſu* 5. non male editum erat αὐτὸν ὄψεται: ſed αὑτὸν dabant ambo mssti. Ibidem neminem turbare debet quod *Grotius* in Notis ait, πᾶσιν a ſe eſſe poſitum, pro πᾶν, quod ibi ſcriptum fuiſſet. Imprudenti hoc exciderat: πᾶσιν etiam ante Grotium recte tenebant libri omnes. Ad verba εἰς ἄφοδον monuit idem GROTIUS: »Adiicit εἰς ἄφοδον, quia ibi nudos ſe »videre poterant.« — Commodius videtur *balneum* hoc reſpectu nominare potuiſſe poëta: ſed ridiculi ſimul & contemtus cauſſâ, τὴν ἀφοδον (*latrinam*) nominaſſe videtur: quo qui ſecedebant, pallium deponere debebant. *Verſ.* 6. pro ἐὰν, quod erat in mssts & editis, ἂν ſcripſimus. *Poſtremi verſus* initio, quum ad complendum metrum manifeſte deſideraretur nonnihil, verbum τεταμένας adiecit GROTIUS, mirifice aptum ad verba proxime praecedentia τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω. De quo ſupplemento prorſus ille tacuit in Notis ad hunc locum ſpectantibus. Fieri poteſt ut ex ingenio verum divinaverit: ſed ſuſpicor, in ora alicuius exempli Athenaei (fortaſſe illius, quod *Scaligeri* olim fuerat, cuius emendationes ſaepe laudavit Grotius) verbum illud e msto quodam codice enotatum reperiſſe: noſter quidem codex mstus uterque idem ipſum verbum ſuo loco adiectum exhibet. *Grotii* eſſe Latinam verſionem, quam Graecis ſubiecimus, facile intellexerit Lector.

Macareum, de quo agitur in ſequenti eiusdem *ANTIPHANIS* ex *Aeolo* eclogâ, filium fuiſſe Aeoli, ex fabulis notum. Ibi cum *verſ.* 3 *ſqq.* in editis ſic ſcriptum eſſet:

— εἶτα παραλαβών ποτε
οἶνον στρατηγὸν, ὃς μόνος ἀνυπτοῖς ἄγει
τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθεν τῆς εὐβουλίας; d
νύκτωρ ἀναστὰς &c.

monuit CASAUBONUS.: »Ἄγειν τι εἰς τὸ πρόσθεν τινὸς, »loquendi genus eſt, quod de eo uſurpatur, *qui antepo-* »*nat aliquid alii rei.* *ANTIPHANES* in ea quae apud Athe- »naeum ſequitur ecloga:

»— εἶτα παραλαβών ποτε
»οἶνον στρατηγὸν (ὃς μόνος ἀνυπτοῖς ἄγει
»τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθε τῆς εὐβουλίας·)
»νύκτωρ ἀναστὰς ἔτυχεν ὧν ἐβούλετο.

»Incluſa notis parentheſeos hoc ſonant: *quod ſolum morta-*

d »*les impellit, ut audaciam anteponant recto consilio:* id est, »Vinum reddit homines audaciores quam prudentiores. »Sic ὄπισθεν ἑστάναι, pro *contemnere & insuper habere.* [Immo, *postponi, postlhaberi, cedere.*] »Sophocles, [Antigon. 650. ed. Brunck. al. 652. ubi vide Schol. antiq.] γνώμης »πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι. « — Nos, quod *vers.* 4. ξυντῶν habet uterque noster codex mstus, id non ferendum putavimus; sed tenendum ξυνταῖς, quod commode editum erat. *Vers.* 5. πρόσθε, pro πρόσθεν, recte scriptum in ms. *Ep.* Pro ἠβούλετο, (*vers.* 6.) ἐβούλετο scripsit Casaubonus, nullâ necessitate deserens librorum scripturam.

AD CAP. LXIII.

καὶ ἐξοίνους τινὰς κέκληκε. »Vox ἔξοινος, quae adnotatur ex *Hegesandro*, & libro primo legitur, & alibi »in hoc opere. Plura de ea dictione, lib. XIV. « CASAUBONUS. — Vocabulum ἔξοινος apud *HEGESANDRUM* videri poterat *vinosum* (ut reddidit h. l. Dalecampius) vel *ebriosum*, i. e. ebrietati deditum, significare. Sed, verum si quaeris, ἔξοινος Graece dicitur, qui iam nunc *ebrius* est. Sic quidem Suidas disserte docet, & prolatis exemplis probat: quo & spectant quae habes apud Nostrum, l. 34. b. XIV. 613. d. e. & XV. 685. f. *Ibid.* ὁ Κομηὰν εἰς κυβευτὴν σκώπτων τὸν Ῥοδοφῶντα. Commode adnotavit CORAY: »Forsan. ὡς κυβευτήν. « — Nempe sic dicunt Graeci. Etiamque, & frequentius quidem, σκώπτειν τινὰ εἰς τί: qua ratione hic etiam coniectare licuerat, εἰς κυβείαν σκώπτων τὸν Ῥοδοφῶντα: *ob aleae ludum*, cui nempe ille deditus erat. Sed & vulgatum ferri posse videtur, structuram sermonis in hunc modum concipiendo, σκώπτων εἰς τὸν Ῥοδοφῶντα κυβευτήν, nempe ὡς κυβευτὴν ὄντα. Nam & σκώπτειν εἰς τινὰ reperitur, pro *irridere aliquem:* velut apud Suidam in Δαφίδας, e nescio quo auctore, σκώπτειν εἰς τὸ μαντεῖον, *deridere oraculum.* Totum locum, ex Hegesandro excerptum, omisit Breviator.

e »Versus in *Rhodophontem aleatorem*,

»Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι κυβευταί.

»parodia est illius Homerici, [ex Iliad. θ'. 102.]

»Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. « CASAUBONUS. — *Ibid.* Ῥοδοφῶν τε ἐκείνῳ τὴν περὶ τὰς

γυναῖκας σπουδὴν – – ὠνείδιζεν. Quod hîc vulgo legebatur, Ῥοδοφῶν τε ἔλεγεν τὴν περὶ &c. id nec ſenſum ullum habebat, & manifeſte e paulo ſuperius poſitis verbis, σκώπτων τὸν Ῥοδοφῶντα ἔλεγεν per incogitantiam veteris alicuius librarii temere hîc repetitum erat. Quod magis etiam ex eo adparebat, quod in ms. *A.* non Ῥοδοφῶν τε, ut in editis, ſed Ῥοδοφῶντα ἔλεγεν ſcribitur, plane ut ſupra. Connexio narrationis, cuius minime obſcura erat ſententia, ſatis oſtendebat, Ῥοδοφῶν τε ἐκείνῳ, aut Ῥοδοφῶν τε Κομπῶνι ſcriptum oportuiſſe.

παντάπασιν οὐκ ἔχοντος ἰδίωμα παρὰ τοῖς Ῥοδίοις. »Scribendum ἀξίωμα: non ἰδίωμα. « CASAUBONUS. — Sane ſatis perſpicuum eſſe videtur, hoc dicere voluiſſe Theopompum, in nullâ *dignitate* (ut Dalecamp. reddidit) *honoreve* apud Rhodios olim fuiſſe illum hominem. At id Graece (apud probatos quidem auctores) ἀξίωμα ſonat, non ἰδίωμα. Sed quis nobis ſpondebit, THEOPOMPUM non eâdem aut ſimili quadam notione vocabulo ἰδίωμα uſum eſſe? Agnoſcit quidem illud vetus noſter codex cum editis: (in *Epit.* omiſſa eſt tota prior pars narrationis Theopompi:) & dixerit fortaſſe Theopompus ἰδίωμα id *quod quis proprium habet*, quod eum adeo *inſignem* facit prae caeteris; nempe *aliquid praecipui; eminentiam quamdam.* Porro ad eumdem hunc locum doctiſſimus CORAY Adnotationem nobiscum communicavit huiusmodi: »Mutandum omnino exiſtimavit Caſaubonus ἰδίωμα in ἀξίωμα. Graecis recentioribus ἰδίωμα idem valet quod antiquis τὸ σεμνὸν, *moderata gravitas;* quam qui non habet, is non eſt σεβάσμιος, i. e. dignus quem alii venerentur: quod accidit *Hegeſilocho* apud Rhodios. En exemplum huiusce ſignificationis, promtum ex Poëmate Erotico, cui titulus Ἐρωτόκριτος, edit. Venet. 1797. pag. 92.

» Πεζοὶ μὲ ζάλα μετρητὰ, καὶ διῶμα (poëtice pro ἰδίωμα) ἐπορπατοῦσαν.

» Qui verſus ſonat: *Pedeſtres pedetentim & cum gravitate incedebant.* Unde & ἰδιωματάρης, non modo qui *moderate gravis* eſt, ſed (ut & antiquorum σεμνὸς) qui *tumidus & faſtuoſus.* Idem auctor, pag. 97.

» Στῆς κεφαλῆς τὴν ζωγραφιὰν τουνοῦ τοῦ διωματάρη. «

Quae deinde de *flagitioſo* illo *talorum ludo* (*ſub finem* f *paginae* & *p. ſeq.*) narrantur, ea ex Athenaeo etiam com-

memoravit Euſtathius ad Od. α'. pag. 29. l. 7 ſqq. ſed paulo brevius quam leguntur in *Epitomâ*, quae hic nihil a pleniori opere discedit.

a 'Ανθέας δὲ ὁ Λίνδιος – – ὥς φησι Φιλόδημος. » Magna ubique in propriis nominibus diverſitas veterum librorum. *Antheas Lindius, Cleobuli συγγενὴς*, in Excerptis eſt *Andreas:* & qui dicitur hic *Philodemus, aut* »*alter libri* περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Συνθείων, [immo Συνθίων hoc loco rectè libri omnes] » libro III. erat *Philomneſtus.* Ibi »expoſitus eſt, capite tertio, eius libri titulus. « Casaubonus. — At noſter optimus codex *Epit.* nullum hîc *Andream* agnoſcit: ſed, ut in ms. *A.* ſic & in illo 'Ανθέας ſcribitur, cum in contextu, tum iterum in ora; in qua frequenter nomina auctorum ab Athenaeo citatorum, aut aliarum ſive perſonarum ſive rerum notabiliorum, de quibus agitur, ſeorſim rurſus adnotavit idem calligraphus qui totum codicem exaravit. De *Philodemo* vel *Philomneſto* vide notata ad III. 74. f. In Φιλόδημος h. l. cum editis conſentit ms. *A.* In *Epit.* hîc omiſſum huius ſcriptoris nomen.

b »*Antheas*, inquit auctor, πάντα τὸν βίον ἐδιονυσίαζε, »ἐσθῆτα Διονυσιακὴν φορῶν, καὶ πολλοὺς τρέφων συμμάχους. Perplacet quod extat in Excerptis, συμβάκχους. Nam & Antheas Bacchum ſimulabat ac cultu »vitaeque genere imitabatur: & ſodales ipſius βακχεύοντι »αὐτῷ συνεβάκχευον, veri *ſymbacchi* & ſyndionyſiaſtae. »β & μ paſſim ſedes permutarunt, ut ſaepe dictum. « Casaubonus. — Nobis non modo codex *Epit.* ſed & optimae membr. *A.* veram ſcripturam obtulerunt.

'Ανθέας – – – πρῶτος εὗρε τὴν διὰ τῶν συνθέτων ὀνομάτων ποίησιν, ἢ 'Ασωπόδωρος ὁ Φλιάσιος ὕστερον ἐχρήσατο ἐν τοῖς καταλογάδην 'Ιάμβοις. Unus, quod ſciam, ſcriptor hodie Athenaeus ſupereſt, qui *Antheae* & *Aſopodori* meminerit, poëtarum profaicorum, id eſt, qui poëticas fictiones ac vere nominata Poëmata ſolutâ oratione concepta ediderint; quorum ille, inventor fuiſſet huius generis Poëſeos; hic deinde illud imitatus ſit & perfecerit. Meminit ſane Aſopodori, neſcio an eiusdem, Suidas quoque, ex Ariſtophanis vetere Interprete ad Av. vs. 17. ſed hi quidem non niſi brevem hominis ſtaturam notarunt. Ediciſſe autem *Asopodorum* Poëma *de Amore*, ſive, *de Cupidine*, περὶ τὸν Ἔρωτα, *ſoluta oratione* (διὰ λόγου) conſcriptum,

discimus ex eodem nostro Athenaeo, lib. XIV, p. 639. a. b Quos hoc loco nominat eiusdem Asopodori τοὺς καταλογάδην ἰάμβους, nescio idem-ne, an diversum poëma dicat: & ipsum hoc quid sit omnino, οἱ καταλογάδην ἰάμβοι, id est, *prosaici iambi*, haud satis liquet, nobis quidem. Primâ specie videri poterant veri iambici versus intelligi, quorum tamen dictio & totus color fuerit eiusmodi, ut (quod Horatius ait, lib. I. Sat. IV. vs. 43.) *sermoni*, id est, pedestri orationi, *propiores* essent quam poësi. Sed, quod inferiori loco quem modo citavimus, eiusdem Asopodori scripta *aliquam διὰ λόγου ποίησιν* adpellat, id est, *veram quamdam poësin*, sed eam *pedestri sermone conceptam*; tum, quod hic ait, imitatum illum esse *Antheae τὴν διὰ τῶν συνθέτων ὀνομάτων ποίησιν*, id alio nos vocare videtur, monereque ut intelligamus *Poësin* vere hactenus nominatam, quatenus hoc nomine recte adpellari potest *ficti cuiusdam argumenti, ad imitationem rei vere gestae, apto quodam orationis colore & ad ciendos in auditorum vel lectorum animis eos, quos volumus, motus adcommodato, tractatio.* Ita fit, ut, quos dicit Athenaeus τοὺς καταλογάδην ἰάμβους *Asopodori*, videantur illi non fuisse iambici versus proprie nominati, legibus illis metricis, quibus hoc genus continetur, adstricti: sed *cola* quaedam vel *incisa*, quae (sicut illa, quibus Sophronis Mimos comprehensos fuisse novimus; conf. Valckenar. ad Theocr. Adoniaz. pag. 200.) speciem quidem aliquam legitimorum versuum haberent, & percommodo utique orationis ῥυθμῷ fluerent; sed non eodem prorsus metro, quo versus proprie nominati, incederent. Iam vero, quod de *Antheae* poësi hic dicit auctor noster, *τὴν διὰ συνθέτων ὀνομάτων ποίησιν* vocans, id ipsum quo sensu dicatur, dubitari posse video. Vertit DALECAMPIUS: *Poësin ille quae compositis nominibus fit, primus invenit.* Ac satis quidem constat, magnam in omni genere poëseos vim habere *nomina* e simplicibus novâ quadam commodâque ratione *composita*: at ab his quis quaeso alicui Poëseos generi nomen imponat, dicatque *Poësin quae ex compositis nominibus fiat?* Nobis de alia quadam *compositione*, non *nominum* solum, sed *omnino verborum*, quibus constat oratio, hic agi videbatur: nempe de ea, a qua uni suorum librorum Dionysius Halicarnasseus titulum fecit, *περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων*: quem Latine alii vulgo *De Compositione*

b *Verborum* reddiderunt; alii paulo rectius, *De Collocatione Verborum*, *De Conſtructione Verborum*, *De Structura Orationis*, reddendum cenſuerunt. Τὴν διὰ τῶν λόγων σύνθεσιν Longinus vocat, περὶ Ὕψους, cap. 39. Itaque pro eo quod in verſione poſuimus, *quae ſit aptâ quâdam verborum compoſitione*, commodius fortaſſe rectiusque cum Cicerone (in Orat. c. 44.) *verborum collocatione* vel *ſtructurâ* dicturi eramus. At illud rurſus pulcre intelligo, ſi id, quod nos intelligimus, dicere Athenaeus voluerat, perincommode eum τὴν διὰ τῶν συνθέτων ὀνομάτων ποίησιν dixiſſe; cum debuiſſet, τὴν διὰ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων ποίησιν. Quod ipſum nobis ſuſpicionem movit, leviter vitiatam eſſe librorum noſtrorum ſcripturam, & pro τῶν συνθέτων, quod uterque quidem etiam codex noſter tenet, τῶν εὖ συνθέτων ſcripſiſſe Athenaeum; quibus verbis id ipſum quod volumus ſatis commode perſpicueque ſignificaretur. Quemadmodum iam ſaepius in his libris ſyllabas ευ & συ perperam inter ſe permutatas a librariis obſervavimus: ſic & accidere facile potuit, ut vocula εὖ ante συνθέτων per ſimilem librariorum negligentiam intercideret.

ἃ ἐξῆρχε τοῖς μετ' αὐτοῦ φαλλοφοροῦσι. Proprius error eſt editionum Caſ. 2. & 3. quod ἐξῆρκε habent, pro ἐξῆρχε. Scripturam μετ' αὐτοῦ adoptavi ex ms. *Epit.* Quod paulo ſuperius dixerat auctor, ἐξηγέ τε κῶμον ἀεὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ, praeeunte fere Budaeo (apud H. Steph. Theſ. T. II. pag. 531 extr.) itemque Dalecampio, interpretatus ſum, *agmenque comeſſantium dies noctesque ducebat.* Satis fortaſſe erat futurum: *diesque & noctes comeſſationes inſtituebat.*

AD CAP. LXIV.

c In priore verſuum ex *AGATHONE* citatorum, pro καὶ ὁ νέος τρόπος, GROTIUS in Excerpt. pag. 437. καὶ ὁ Νεότροπος (& *Neotropus*) poſuit, haud video qua neceſſitate, quove conſilio. Quem vero νέον τρόπον poëta dixit, poſſis fortaſſe *iuveniles mores* intelligere: ſed id proprie νεανικὸς τρόπος Graece ſonabat. Itaque vulgatiſſimo ſenſu reddidimus, *novus mos.*

Κολχὶς ἄνθρωπος πάροινος. Dalecampius: *Colchis vir ebriosus.* Pariter Gallicus interpres, *Colchis, homme inſolent.* At

Κολχὶς foeminini generis eſt, ſive proprium perſonae nomen, ſive gentile; quemadmodum apud Horatium *impudica Colchis*, Epod. XVI. 58. nempe Medea. Adiectivum πάροινος vero generis communis eſt. Videtur autem iſtis verbis contineri prius hemiſtichium tetrametri trochaici.

ὑπὸ μέθης ἀπέθανεν Εὐμένης &c. De eiusdem *Eumenis* obitu loquens Strabo lib. XIII. pag. 624. ed. Caſaub. nil aliud dicit, niſi δύο καὶ εἴκοσιν ἄρξας ἔτη, τελευτᾷ τὸν βίον. *Ibid.* ἀλλ' οὐ Περσεὺς &c. »Quaeri poteſt, quorsum illa ſpectent de *Perſeo*. Nam ſi Perſeus temperans »fuit, & vini parcus, quid attinebat eius iſto loco memi»niſſe? Sed videntur de hoc rege diverſa ſcripſiſſe veteres: »aliis temperantiam illius laudantibus: aliis eum vinoſitatis »arceſſentibus, quos obiter refutare auctor inſtituit. Li»vius ſane libro XLI. ita vario ſcribit Perſeum fuiſſe in»genio, ut mirum non ſit, de eo non conſentire hiſtori»cos. « CASAUBONUS. — Vide *POLYBIUM*, in Reliquiis *libri XXVI.* cap. 5.

ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σιλλῶν. Sic Σιλλῶν, non Σίλλων, e ſcriptum dedit ms. *A.* ut ſupra, pag. 424. b. ubi iam citata ſunt extrema verba iſtorum verſuum, e *TIMONIS Sillis* hîc adpoſitorum. *Verſ.* 1. Cur βουπλῆγα *bubulum* interpretatus ſit Dalec. & cum eo Gallicus interpres, non video. Satis quidem notum eſt, eo vocabulo ſignificari vel *ſtimulum quo ſtimuletur bos*, vel *flagrum quo caedatur*, aut *flagrum quodvis*. Cum utràque vero harum notionum apte congruit adiectivum τομώτερον: quod & de *ferro acuto* uſurpatum reperitur; nec minus commode de *flagro* uſurpari potuit; quandoquidem verbum τέμνειν, a quo illud deductum, etiam *virgis ſive loris caedere* ſignificat, ut obſervavimus olim ad Epicteti Diſſertat. III. 22, 3. quam locutionem Graecam imitatus Horatius, Epod. IV. 11. *ſectus flagellis* dixit, pro eo quod vulgo *caeſus flagellis* dicitur. *Ibid.* Pro ἢ Λυκόοργος, probabiliter utique VALCKENARIUS ad Theocr. Adoniaz. pag. 340 ſq. coniectaverat, ἢ Λυκόοργου ſcriptum oportuiſſe, id eſt, τομώτερον τῆς τοῦ Λυκούργου βουπλῆγος. Veritus tamen ſum mutare vulgatum, quod uterque cod. ms. tuetur. Potuit, per tropum ſermonis minime inuſitatum, *Lycurgus* ipſe *flagrum* dici: potuit etiam nominativus Λυκόοργος ad aliquid, quod apud poëtam fortaſſe praeceſſerat, referri; verbi gratiâ, *Tenuit* (neſcio quis) *flagrum acerbius, quam* (quo

e usus erat) *Lycurgus*. Ac fortasse sub ipsa vocula Ἧε, initio versus, verbum ἦγε latet. Primam illam vocem omisit Epitomator. *Vers.* 2. Recte Διωνύσου dedit ms. *Epit.* sicut pag. 440. d. ubi eamdem scripturam metrum desiderabat. *Vers.* 3. Formam nominis magis usitatam h. l. posuerant librarii, ἀρυταίνας: in cuius locum tacite Casaubonus istam substituit ἀρυσάνας, quâ usum esse in isto versu *Timonem* disertissime docuerat ipse Athenaeus p. 424. b. Quare tenuimus id quod a Casaub. hîc positum reperimus: quamquam non negamus, fieri posse ut ipse etiam Athenaeus, sui oblitus, ἀρυταίνας hîc pro ἀρυσάνας scripserit.

οὐ ποτικὸς δέ. ποτικὸς, ex analogia nominum in ικος desinentium, significat *potandi peritum*, sive *idoneum & proclivem ad potandum*. Sic Plutarchus (citante H. Steph. Thes. III. 303.) de Demetrio & Antonio dixit: γενόμενοι δὲ ὁμοίως ἐρωτικοὶ, ποτικοὶ, στρατιωτικοὶ, μεγαλόδωροι. Cur deinde post verba ista, ὠνόμασε δὲ ποτικὸν Ἀλκαῖος οὕτως, *defectus nota poneretur*, nulla causa fuit. Sic enim alibi etiam locutum Athenaeum observavimus, ubi non magis, quam hîc, adposuerat auctoris laudati verba. Vide ad III. 123. f. & loca ibi citata.

AD CAP. LXV.

Μετὰ ταῦτα ὁ Οὐλπιανὸς προπιών τινι. Penacute προπίων τινὶ scribebatur in editionibus omnibus: nec aliud e Msto enotatum. Ut autem in antiquo poëta ferri ea scriptura potuisset, tamen in Athenaei verbis minimo ferenda erat: sed vel προπίνων scriptum oportuit, vel, quod nos praetulimus, προπιών τινι.

Ἀλλὰ κατὰ τὸν Ἀντιφάνην, ὦ φιλότης, ὃς ἐν Ἀγροίκοις φησίν. Simillima exempla mirae sermonis structurae, qua subinde utitur Athenaeus, ubi suum facit poëtae alicuius dictum, medioque sermoni suo inserit, vidimus lib. VI. p. 270. f. & X. 423. c. moxque aliud occurrit, p. 446. f. De ANTIPHANIS Ἀγροίκῳ, vel Ἀγροίκοις, dictum est ad VII. 313. b. & ad VIII. 358. d. Ἀγροίκοις in plur. hîc tenet ms. *A.* cum edd.

a Ὅλην μύσας ἔκτινε &c. » Non tres, [ut Dalec. putaverat] » sed duos solum ANTIPHANIS *versus* recitat Ulpianus: istos nempe,

» Ὅλην δὲ καμμύσας ἔκπινε. μέγα τὸ φορτίον, a
» οὐχ ὅστις αὐτῆς ἐστιν ἐμπείρως ἔχων.

» Qui habitus est tertius Antiphanis versus, [πῖθι οὖν &c.] » metri nihil habet. Sic autem interpretare quos adscripsi- » mus: *Totum* calycem *oculis conniventibus ebibe. Magnum* » *onus est. Minime vera si quis sit bibendi peritus.* καμμύσας » valet, *sine morâ & cunctatione, non attendens* ad poculi » magnitudinem, qua terreri posset aliquis. Sic solemus » eos qui difficile pharmaca bibunt, hortari ne intueantur, » sed statim ut in manus sumserint, hauriant. « CASAUBONUS. — Editam scripturam, Ὅλην καμμύσας ἔκπινε, damnabat metrum: nec levabat malum particula δὲ a Casaub. in Animadv. inserta, sed augebat etiam. Suspicari potuisses Ὅλην καταμύσας πίνε: aut cum doctissimo IACOBS in *Notis misstis*, καταμύσας ἔλκε. Sed coniecturas omnes praecidebat optimi nostri codicis *A.* auctoritas; in quo prima quidem vox haesitanter & perperam scribitur Ὅλη ην, sed deinde plane μύσας ἔκπινε. Nec aliud quid ultra desiderabatur. Penultima verbi μύσας (quae ex magistrorum praeceptis producenda videri poterat) brevis est, apud patrem poëtarum, Iliad. ω'. 635.

Quae dehinc sequuntur omnia, continuo tenore, nullâ distinguendorum versuum ratione habitâ, scribebantur vulgo. Sed DALECAMPIUS, primum ista verba, πῖθι οὖν — — ἕλκωμεν, pro tertio *Antiphanis* ex *Rustici* versu habens, sic conversa duobus prioribus iunxerat:

» *Bibe, amice: plenos semper calices trahamus.* «

Tum in latina versione sic perrexerat: » Idem in Vulne- » rato:

» *Verum nos ratiocinatio in medium adducta feriat:*
» *accedat & mellita quaedam sermonis conversio:*
» *mutantur quaecunque nos agimus, uno tantum excepto.*

» Porrige deinceps mihi vinum ἀρκεσίγυιον, (*artus roborans,*) » ut dixit Euripides. Tum quidam, Non, inquit, hoc di- » xit Euripides, sed Philoxenus. Nihil refert, o amice, » inquit Ulpianus, syllabae caussâ me reprehendis.« Haec ille interpres.

Ad quae CASAUBONUS: »Non probo, inquit, tolli » negationem ex istis, πῖθι οὖν, ὦ ἑταῖρε, καὶ μὴ μεστὰς » ἀεὶ ἕλκωμεν: & omnino tollenda non est. *ANTIPHA-* » *NIS Traumatias* citatur Polluci libro IV. cap. XXV. & lib. » X. cap. X. Inde sunt ista, quibus Ulpianus ad hilarem

a » vitam ſodales hortatur :

» Ἀλλὰ καὶ λογισμὸς εἰς μέσον παταξάτω τις,
» καί τι καὶ μελίσκιον στροφὴν παρελθέτω τις
» ἢ αὐτὴ λέγων ἐστὶ μεταβολὴ παντὸς ἔργα πλὴν ἑνός.

» Pronuntiabat iſta aliquis apud poëtam ſub coenae finem, » convivas ſtimulans, ut, poſtquam eſſet edendo exemta » fames, ſcitis ſermonibus, aut recitationibus tragicarum ſtro- » σεων ſeſe oblectent. *Primus verſus* obſcurus non eſt: *Age*, » inquit, *prodeat in medium ſubtile aliquid & ſollerter excogi-* » *tatum.* πατάσσειν, eleganter pro *erumpere per vim* : dicitur » de omni re quae ſtudio magno fiat. *Secundus* leviter ad- » iuvandus eſt, inſertâ disiunctivâ ante στροφὴν : *prodeat in* » *medium aut delicatulum aliquod melos, aut ſtropha aliqua.* » Alludit ad conſuetudinem recitandi in conviviis tragico- » rum poëtarum verſus : de quo more diximus alibi. « [Vide Caſaub. ad Theophraſti Charact. p. 286. cap. περὶ Αὐθαδείας extr. Verumtamen quid ſit quod hic στροφὴν dicat poëta, haud ſatis perſpicuum ; nec conſtare inter interpretes video. Atque etiam, λογισμὸν quem ſuperiori verſu dicat, haud adeo liquet. Poteras item λογισμοὺς aut aliud aliquod vocab. in accuſativo plurali coniectare, qui a verbo παταξάτω (active ſumto) regeretur. Attamen idem verbum πατάσσειν *intranſitivâ notione* poſitum haud multo etiam ante vidimus, pag. 435. d. ubi *tumultuari, ſtrepere*, interpretati ſumus.] Pergit CASAUBONUS : » *Tertius* (*verſus*) ita » ſcriptus nihil ſignificat ; mihi quidem. Lego :

» γλυκὺ λέγωμέν ἐστι μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἑνός.

» *Recitemus*, ait, *tragici alicuius verſus praeclaros, qualis eſt* » *ille Euripideus*, Γλυκὺ μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἑνός. » *Rerum omnium mutatio grata eſt, unâ exceptâ.* [Vide Eurip. Oreſt. vs. 228. al. 234.] » Inſignior fuerit huius loci de- » pravatio, an eiusdem reſtitutio, haud facile dixerim. » Dubitari poteſt an etiam ſequentia ſint *ANTIPHANIS* : » Παραδίδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ οἶνον ἀρκεσίγυιον ὡς ἔφασκ' Εὐρι- » πίδης. Εὐριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔφασκεν, ἀλλά τις Φιλόξενος » δήπουθεν. οὐδὲν διαφέρει. ὦ τὰν ἐλέγχεις μ' ἕνεκα συλλα- » βῆς μιᾶς. Et verius eſt, aut *Antiphanis* aut alius poëtae » ea eſſe. Sic autem haec digerimus :

» — Παραδίδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ
» τὸν ἀρκεσίγυιον ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης.
b » Εὐριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔφασκεν ; ἀλλὰ τίς ;
» Φιλόξενος δήπουθεν. οὐδὲν διαφέρει.

» ὦ 'τὰν ἐλέγχεις μ' ἕνεκα συλλαβῆς μιᾶς. b

» Apud poëtam, unde ſunt iſta, poſcebat aliquis dari ſibi » vinum: ſed ille non οἶνον appellat, verum ἀρκεσίγυιον: » ut comico more *Philoxenum* rideat, qui ſic erat locutus. » At de induſtria ignorantem fingit qui loquitur, & *Euri-* » *pidi* tribuit quod erat *Philoxeni* verbum: cuius inſolens » ſermo ex iis notus eſt nobis, quae prolixe libro IV. [p. » 146 extr. & ſeq.] & XIV. [pag. 643. *a-e.*] recitantur. In » ea voce illud novum, quod epitheton vini pro appella- » tione vini uſurpat: deinde, ἀρκεσίγυιον vinum appel- » lans, Homero contradicit, qui contra ἀπογυιοῦν id di- » xit: [Iliad. ζ'. 265.]

» Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα, πότνια μήτηρ,
» μή μ' ἀπογυιώσῃς. —

» Utraque ſententia vera eſt, pro modo vini quod bibi- » tur.« Haec ad hunc locum CASAUBONUS; & aliis & nobis nonnulla animadvertenda relinquens. Statim enim, a quod ad *priores verſus* pertinet, qui haud dubie ex *ANTIPHANIS Saucio* proferuntur, non eſſe illos ad metricam legem exactos, quales a Caſaubono propoſiti ſunt, facile adparebat. Itaque GROTIUS ſic emendandos digerendosque cenſuit, in Excerpt. pag. 629.

» — Ἀλλὰ καὶ λογισμὸς ἐς μέσον
» παταξάτω τις, καί τι μελύδριον, ἢ στροφὴ
» παρελθέτω τις· ἡδύ τι ἐστὶ μεταβολὴ
» παντὸς γὰρ ἔργου, πλὴν ἑνός.«

hac adiectâ verſione latinâ, quam ex parte nos ſecuti ſumus: » — *Subinde & diſſertatio*

» *prorumpat aliqua, aut carmen, aut pars de chora*
» *recitetur. Rerum, praeter unam, eſt omnium*
» *ſuavis viciſſitudo.*

Vocabulum μελίσκιον, diminutivum τοῦ μέλος, in μελύδριον ille mutandum cenſuit: quod nobis, licet alibi iſta vocis forma non occurrat, non audendum putavimus. Non deſunt certe alia diminutiva per literas ισκ a primitivis formata, ut ὑδρίσκη, ἀνθρωπίσκος, ἀνδρίσκος, &c. Dein, ante στροφὴ, particulam ἢ cum Caſaubono neceſſariam iudicans idem Grotius, verſui commode conſuluit *deletâ καὶ* proxime ante μελύδριον vel μελίσκιον. Acute vero *verſ.* 3. verba H AYTH, quae ibi vulgo legebantur, ex HΔY TI corrupta ſtatuit: vocem λέγων vero, nihil in eius locum ſubſtituens, prorſus abiecit.

Quam non de nihilo huc irrepsisse merito iudicans doctissimus PORSON, (ad Eurip. Oreſt. 228.) *versum tertium & sequentem* ad hunc modum concinnavit:

»στροφὴ λόγων παρελθέτω τις· ἡδύ τοι
»ἐστὶν μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἑνός.

Nos veteris ſcripturae veſtigiis preſſius nobis inſiſtendum exiſtimantes, vocem λέγων, leviter in λέγω mutatam ſuâ in ſede reliquimus: in quo praeiverat KOPPIERS, in Obſerv. Philol. p. 55. Sed pro eo, quod ille ἡδὺ δὴ ſcripſit, nos ἡδύ τοι probavimus. *Quarto verſu*, quod recte ab omnibus obſervatum erat, ἔργου, non ἔργα, ſcriptum oportuiſſe; id unum nobis mstus codex *A.* exhibuit, in reliquis nihil ab editis discedens. Epitoma autem horum omnium nihil habet. Illud vero miratus ſum a nullo interpretum obſervatum, id quod *primo verſui* initio deeſſe videri poterat, non eſſe ab Athenaeo praetermiſſum, ſed legi ante iſta verba, ὁ αὐτὸς φησιν Ἀντιφ. ἐν Τρωΐλ. quae in parentheſi poſita intelligi debent. Quod *unum excipit* Antiphanes, in quo *non iucundum eſſe* ait *viciſſitudinem*, id de vitae cum morte mutatione accepit Grotius cum Dalecampio: mihi videbatur poeta *unum* illud, *ipſum* τὸ ἡδὺ vel τὴν ἡδονὴν intellexiſſe: nempe non ſuavem eſſe τὴν μεταβολὴν τοῦ ἡδέως εἰς τὸ ἐναντίον. Caeterum vide Scholia ad Euripidis Oreſt. vs. 234. & Valckenarii Diatriben Euripideam pag. 229. Iam vero, qui ſequuntur *reliqui quinque verſus*, cur dubitaremus, quin eſſent eiusdem *ANTIPHANIS* ex eâdem fabulâ *Traumatiâ*, cum ſuperioribus connexi, nullam cauſſam equidem vidi. Nec niſi in *verſ.* 5 & 6. (vel, ex noſtrâ ratione, *verſ.* 6 & 7.) luxatum erat metrum: quod ibi ex coniecturâ utcumque reſtituere conati ſumus. Ex iſtis vero omnibus rurſus nil aliud in Epitoma legitur, niſi paucula haec verba: Οἶνον δὲ ἀρκεσίγυιον Εὐριπίδης που φησί.

b Τὸ δὲ πῖθι τίς εἴρηκεν; Ex hac interrogatione ſatis adparet, illa verba Πίθι οὖν, ὦ ἑταῖρε, quae ſub initium huius paginae leguntur, non a poëta eſſe mutuata, ſed a Deipnoſophiſta ſuo nomine pronunciata. Adnotavit hoc loco CASAUBONUS: »Interrogatur deinde Ulpianus, *ubi lege-*»*retur* vox πίθι. [Nempe πίθι penacute hic ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. & magis etiam corrupte πίσθι, paulo ſuperius. Penacute vero etiam ubique ſcribitur in ms. *A.* Male id quidem: nam circumflectendam eſſe penultimam,

conſtans poëtarum uſus docet: quorum in ſequentibus b teſtimoniis etiam recte πῖθι in ed. Ven. & Baſ. ſcribitur; quae ſcriptura ubique in ed. Caſ. recepta.] »Ille reſpon»det, Ἀπεσκοτώθης φίλτατε, σπάσας οἶνον τοσοῦτον. [At οἶνου τοσοῦτον recte habet ed. Caſ. in contextu, conſentiente (ut puto) ms. *A.* ſed οἴνου τοσούτου ed. Ven. & Baſ.] »παρὰ Κρατίνῳ ἔχεις ἐν Ὀδυσσεῦσι, Τῇ νῦν πῖθι λαβὼν »ὕδη. Breviator dictioni ἀπεσκοτώθης interpretamentum »adiicit: ἀντὶ τοῦ ἐζοφώθης τὸν νοῦν, *mens tibi caligine ob»ducta eſt.* *CRATINI* prima verba ſunt imitata ab Home»ro: [ex Od. ι'. 347.] Κύκλωψ, τῇ πίεν οἶνον.α — Miratur CLERICUS, in Notis ad Menandri Fragm. p. 25. quod cuiquam neceſſarium probatu videri potuerit, πῖθι Graece non minus dici ac πῖνε, cum notum adeo ſit etiam proverbium, ἢ πῖθι, ἢ ἀπιθι. At ob id ipſum, quoniam adeo frequens etiam apud poëtas Atticos fuit illius verbi uſus, ſic reſpondentem Ulpianum fecit Athenaeus: *Caligat tibi mens*, qui non videas ubique illud verbum reperiri. Epitomae auctor hoc loco idem fecit, quod ab eodem in libro primo & ſecundo ſubinde factum obſervavimus, quodve modo nunc in vocabulo ἀρκεσίγυιον vidimus: nempe, ex univerſo Athenaei ſermone nonniſi unam ſingularem dicendi formulam adnotavit. Ὅρα, inquit, ὅτι τὸ ἀπεσκοτώθης, ἀντὶ τοῦ ἐζοφώθης τὸν νοῦν φησί. (nempe ὁ Ἀθήναιος.)

CRATINI verba ita adpoſita erant, quaſi omnia ſimul unum efficerent verſum. Nos ita digeſſimus, ut iſta Τῇ νῦν τόδε ſint exitus ſenarii iambici, ſequentia autem πῖθι λαβὼν &c. efficiant hexametrum: nam & hexametris frequenter uſum Cratinum, eosque cum aliis etiam verſuum generibus miſcuiſſe, iam alibi mihi videor obſervaſſe.

καὶ Ἀντιφάνης, ἐν Μύστιδι. Eadem *ANTIPHANIS* ex *Myſtide* ecloga repetitur lib. XI. pag. 494. d. Perperam autem h. l. in ed. Ven. & Baſ. omiſſa erant ipſa illa quatuor verba, καὶ Ἀντ. ἐν Μυστ. ut videretur continuata Cratini ecloga. Quae deerant, tacite adiecit Caſaubonus, eademque codex *A.* agnoſcit.

Verſ. 1. Nihil ſuſpecti habebat, quod in omnibus edd. c legitur, Τοῦτο μέν σοι πείσομαι: id eſt, ut vertit Dalecampius, *Id tibi morem geram.* Miratus ſum vero a Caſaubono hic non ex *Epitoma* fuiſſe relatum, quod in noſtro quidem codice hoc loco legitur: nempe, Καὶ (ſcil. ὅρα,) ὅτι ἐν χρήσει κεῖται παρὰ Ἀντιφάνει τὸ πίσομαι

c ἀντὶ τοῦ πίω. Et id ipsum quidem πίσομαι, quod in suo exemplo operis plenioris repererat Epitomator, vetus etiam noster codex *A.* non solum hoc loco habet, sed iterum altero loco, pag. 494. d. Et notum est, ab antiquo verbo πίω, Pindarum Isthmic. IX. 108. futuro activo πίσω usum esse, pro ποτίσω, *potabo*. Quare etiam πίσομαι in verbo medio, sicut πιοῦμαι & πίομαι, *bibam* significare potuerit. Sed, Atticum poëtam usum esse in hâ verbi formâ, nec alibi usquam occurrente, & a nemine Grammaticorum adnotatâ, vix est credibile. Activam quidem formam similiter flexam, πίσει, ex Eupolide etiam citatam reperio ab Etymologo pag. 673. 23. ubi ait, καὶ παρὰ Εὐπόλιδι, Τῷ δ' ἂν οἶνος εἰη πολὺς, πίσει. Sed de Antiphane altum silentium: &, illius testimonii Eupolidis quaenam ratio sit, ex abrupto conciseque fragmento non licet iudicium facere: caeterum, quid sit quod continuo ibidem subiecit Etymologus, ἀλλὰ μή ποτ' ἔστιν εἰπεῖν ὅτι μὴ εἰρῆσθαι ἐν πλάτει: id mihi prorsus non liquet. Dictionem ἐν πλάτει Iurisconsultis familiarem esse adnotavit Ducange in Glossario, idemque significare ac *laxe, non anguste, neque presse*. Denique, quod eidem verbo, de quo quaerimus, adiicitur dativus pronominis σοὶ, id plane nobis persuasit veram esse scripturam σοὶ πείσομαι, non πίσομαι.

Quartus versus quum sic legeretur hoc loco in editis,

τοῦ τῆς ἑορτῆς οὖ μέμνημεν ἄρτι γάρ:

adnotavit CASAUBONUS: »Libro XI. sic legitur,

»τοῦ τῆς ἑορτῆς· οὐ μὲν ἀρτίως γάρον.

»Probo, ut hîc: si pro μέμνημεν scribas μεμνήμεθα, aut »μεμνήμεθα.« — Vides fluctuasse virum doctissimum: ac difficile sane erat, quid maxime verum esset statuere. Noster vero vetus codex *A.* nec libro XI. nec hîc γάρον agnoscit: sed, ut hîc ἀρτι γὰρ, sic ibi ἀρτίως γὰρ habet. Pro οὖ μέμνημεν vero, quod hîc legebatur, ου μεν η μεν habet; absque accentibus, ni fallor: altero vero loco sic, οὐ μὲν οὐ μὲν, repetitis eisdem vocibus. Similiter vero loquax *anus vinosa*, quae ista (ut docet Athenaeus XI. 494. c.) pronunciat, sive eadem verba οὐ μὲν, οὐ μὲν, repetere potuit, sive οὐ μὲν, ἦ μὲν, dicere, quod hoc loco in codicis scriptura ineesse videtur. Epitomator ex hac ecloga, praeter verbum πίσομαι, de quo modo dixi, nil aliud hic adposuit: inferiori vero loco ista tantum ver-

ba, ἐξ ὀξυβάφων κεραμέων ἐπίνομεν, quae *sequenti versu* continentur; in quo tamen recte utrobique diminutivum ὀξυβαφίων tenent edd. & ms. *A*. Eumdem versum, laudato & poëtae & fabulae nomine, citavit etiam Pollux, X. 67.

Postremo versu incertus haeseram, cum καὶ τῆς ἀσφαλείας, quod & hoc loco editum erat, & pag. 494. codex etiam Mstus (quod sciam) cum editis agnoscit, ad versum non esse aptum; scriptura ἀφελείας vero, quam hic vetus codex exhibet, ad metrum quidem percommoda sit, sed minus apta ad sententiam esse videatur. Tenendam tamen codicis scripturam putavi: ita quidem ut, si quis τῆς τ' ἀσφαλείας praeferendum censuerit, is me minime repugnantem sit habiturus. Sic enim metri caussa corrigendum esse (τῆς τ' ἀσφ. pro vulgato καὶ τῆς ἀσφ.) ex CASAUBONI schedis haud incommode monitum video in *Animadversionum ed.* 2. & 3. Quam rationem probavit KOPPIERS, in Observ. Philol. pag. 46. Cur vero idem *Koppiers* superiori versu, pro ὅς ἐποίησέ σε, insertâ γε particulâ ὅς γ' ἐποίησέ σε scriptum voluerit, nulla satis idonea caussa fuerat.

In *DIPHILI* duobus versibus ex fabulâ *Balneo*, nec de scripturâ, nec de metri genere, nec de sententiâ nobis liquet. Veluti metro soluta verba ista in editis adposita erant: Καὶ Δίφιλος ἐν Βαλανείῳ, ἔκχεον μεστὴν τὸ ξυστὸν περικάλυπτε τῷ θεῷ πίθι. ταῦτα γὰρ ἡμῶν Διὸς ἑταιρίου πάτερ. Neque quidquam variant libri; nisi quod πίθι pro πῖθι scribitur in ms. *A*. & in ed. Ven. & Bas. ac dein ἑταιρείου, pro ἑταιρίου, in ms. *A*. & ed. Ven. In Epitoma vero desunt ista omnia. DALECAMPIUS (cuius rationem secutus est Gallicus interpres) latine sic convertit:

Funde: imple calicem: corpus mortale istud circumtegito: bibe Deo.
Haec nobis dedit, pater, amicitiae familiaritatisque praeses Iuppiter.

Ad verba, *corpus mortale istud circumtegito*, adnotavit idem DALEC. in orâ: »Sacra fiebant operto capite.« — GROTIUS in Excerpt. pag. 785. versus sic scripsit digessitque:

— Ἔγχεον
μεστήν· τὸ ξυστὸν περικάλυπτε τῷ θεῷ·
πίθι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν Διὸς ἑταιρίου πατήρ.

Quos latine sic reddidit:

d — *Fac ſit poculum*
plenum. Mortale quod tui eſt, imple Deo.
Bibe: namque hoc nobis eſt Iovis Fidii pater.

Mihi, ad metrum quod pertinet, manifeſte duo eſſe verſus trochaici tetrametri (ſive ſeptenarii, quos alii vocant) viſi erant. Ad verba quod ſpectat, perquam probabile videbatur, ἔγχεον, non ἔκχεον ſcriptum oportuiſſe: nec tamen mutare auſus ſum vulgatum, quia de reliqua ſententia non ſatis liquebat. In *poſteriori verſu*, Grotio aſſentiens IACOBS in *Notis msstis* monuit, & τοῦτο pro ταῦτα legendum videri, & πατὴρ pro πάτερ, in hanc ſententiam: »*Bibe! Hoc enim* (τὸ bibere) *amicitiam gignit.*« Ἀμειψίας Σφενδόνη. Ad ſcripturam olim hic editam Φείδωνι, haec adnotavit CASAUBONUS in *Appendice Animadverſ.* »Fabula *AMEIPSIAE*, quae Φείδων inſcribitur, in »Huraldino (codice) eſt Φένδων. Verum nomen eſt Σφεν»δόνη, ut recte ſcribitur aliquot locis Athenaei & Pol»lucis. Error eſt ſi quando aliter ſcribitur hoc nomen.« — Vide quae notavimus ad VI. 270. f. & ad IX. 408. e. Qui ex illâ fabulâ hîc citatur verſus,

Λαγὸν ταράξας πῖθι τὸν θαλάττιον:

idem iam ſupra, IX. 400. c. omiſſo poëtae nomine adpoſitus erat; ubi de vocabulo λαγὸς agebat Deipnoſophiſta, docebatque illam nominis terminationem in ος, per ο breve, Ionicae dialecti propriam eſſe. Et quemadmodum ibi, in praedicto verſu, λαγὸν per ο ſcribitur, ſic & hîc eamdem ſcripturam tenuit noſter ms. *A.* non λαγὼν, ut erat editum. De *lepore marino*, venenato animali ex molluſcorum genere, vide Plinium, IX. 48, 72. & XXXII. 1, 3. Adde Schol. ad Nicandri Alexipharm. vs. 465. & Schneideri Animadv. ad Nicandr. pag. 223 ſq. *Venenum eſt*, ait Plinius, *aliis in potu aut in cibo datus, aliis etiam viſus.* Videtur autem quod iſtis verbis ait poëta, tropice & proverbialiter dictum; in hanc fere ſententiam: *quod tu intriviſti, id ipſe comedas: tu has turbas concitaſti, nunc illis fruere, nunc tibi habeto.*

Μένανδρος, Αὐλητρίσι. Haud multo ante (p. 442. c.) citabatur *Menander* ἐν Ἁρπαφόρῳ ἢ Αὐλητρίδι: ſic & XIII. 559. d. At h. l. pluralem Αὐλητρίσι tenet (quod ſciam) vetus codex cum editis. Quae ex hac *MENANDRI* fabula citantur verba, ea ſic ſcribuntur in ed. Ven. & Baſ. βάλλ' ἐς χόρον ἤδη πώποτ' ἔπιες σωσίλα πᾶσι νῦν πῖθι (πί-

ει quidem ed. Ven.) μένει γὰρ κακῶς. Eodemque modo in d ed. Caſ. 1. & 2. niſi quod in his *deeſt verbum* μένει: neſcio caſu-ne ac temere, an editoris conſilio. Temere & per operarum errorem omiſſum dicas, quia revera deſiderari verbum videtur: rurſus vero conſulto id factum eſſe colligas ex eo, quod de commiſſo errore & de adiiciendo verbo lectorem in Animadverſionibus non admonuit Caſaubonus: quo accedit, quod e noſtro ms. *A.* nullus hîc a lectione Caſauboniana diſſenſus notatus eſt, ut videatur etiam in vetere illo codice verbum iſtud deeſſe. In ed. Caſ. 3. vero idem verbum in contextu eſt repoſitum. Caeterum quum in hoc fragmento, quod multorum doctorum exercuit ingenium, nihil nobis, non dico certum, ſed ne ſatis quidem probabile, quod ſequeremur, occurrerit; ſupereſt ut, quid ab aliis tentatum ſit, exponamus. DALECAMPIUS, Baſileenſem vel Venetam editionem ob oculos habens, latine ſic reddit:

Abi in malam crucem: ad ſatietatem iam diu bibiſti, Soſila.

Cunctis nunc πίθι: haud recte diutius expectabis.

CASAUBONUS in Animadv. a ſe editis intactum totum locum reliquit: ex eiusdem ſchedis vero in *Animadverſionum ed. 2. & 3.* haec edita ſunt: »In proximis e MENANDRO verbis, βάλλ' ἐς κόρον, figura eſt comica, praeter expectationem dicta, pro eo quod erat dicendum »βάλλ' ἐς κόρακας. At fortaſſe ita etiam ſcribendum.« — Abiecto verbo Βάλλ', imperite verſus ſic digeſſit CLERICUS, in Menandri Fragm. pag. 25.

Ἐς κόρον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
πᾶσι νῦν, πῖθι γὰρ κακῶς.

Quae latine ſic vertit:

Iam ad ſatietatem bibiſti, Soſila,
omnibus nunc, bibe enim male.

Quem merito ridens BENTLEY, in Emend. in Menandr. pag. 15 ſq. duas emendandi vexatiſſimi loci rationes propoſuit; alteram huiusmodi:

A. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα;
B. Κἀπαστί. A. Νῦν οὖν πῖθι, πεινᾷς γὰρ κακῶς.

Alteram hanc:

A. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
ἐλλέβορον; B. Οὔ. A. Νῦν πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Poſt quem rurſus *Corn. de* PAUW in novis Emendatt. in

d Menandr. & Philem. ſub *Philargyrii* nomine editis, pag. 17. certiſſimâ (ut ſibi videbatur) ratione ſic emendabat:

A. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωτίλα;
Σωσ. Παῖ, οἶνον. – – A. Πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Denique *Adrianus* HERINGA, Bentleii acute inventum ſecutus:

A. Ἑλλέβορον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα;
Σωσ. Ἄπαξ. A. Σὺ νυνὶ πῖθι· μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Quorum verſuum ſi priorem probes, malles fortaſſe initio poſterioris: Σωσ. Οὐκ. A. Ἀλλὰ σὺ νυνὶ &c. Sed merae hae hariolationes, nil ultra: quamvis non careant ſpecie. Unum monere liceat: nempe, pro *μένει* non neceſſe eſſe, ut *μαίνῃ* corrigatur: ſatis erat in *μαίνει* mutare, quod fuerit Attica verbi forma, idem ac *μαίνῃ* valens. Vide paulo poſt, de verbo *πίει*, lit. *e*.

AD CAP. LXVI.

Πίομαι δὲ ἄνευ τοῦ υ λεκτέον, ἐκτείνοντας δὲ τὸ ι. » Pla» cet nobis vulgata lectio, ἄνευ τοῦ υ λεκτέον. *Verbum πίο*» *μαι efferri debet ſine ypſilo.* Non, ut voluit aliquando » vir doctiſſimus ἄνευ τοῦ ν: cui coniecturae repugnant » omnes codices etiam Excerptorum. « CASAUBONUS, *in Animadv. ed.* 2. *&* 3. — Quod conciſe admodum enunciavit hîc Athenaeus, id diſertius ab aliis Grammaticis paene omnibus expoſitum eſt, monentibus Atticos *πίομαι* dicere conſueſſe pro communi *πιοῦμαι*, *bibam;* quemadmodum & *φάγομαι* pro *φαγοῦμαι*, & *ἔδομαι* pro *ἐδοῦμαι*. Quod ipſum praeceptum alii ita interpretantur, ut dicant, ab Atticis ſic formari futurum ſecundum verbi medii, *πίομαι*, *ἔδομαι*: non *πιοῦμαι*, *ἐδοῦμαι*. vide Etymologicum Magnum pag. 786. l. 26. Alii, ſubtilius rem aeſtimantes, ita ſtatuunt, Atticos in illis verbis uti *praeſente* tempore, notione futuri: nam ſi *futurum* eſſet *πίομαι*, corripienda prima ſyllaba foret, quae tamen plerumque producitur. Vide Dammii Lexic. Etym. pag. 513. & Hermannum de Emendanda ratione Grammaticae Graecae, pag. 276. Et *πίομαι* quidem alioqui ſatis adparet eſſe proprie praeſens paſſivum vel medium verbi *πιω*, e quo per epentheſin literae *ν* uſitatior forma *πίνω* nata eſt. Iam quod de eodem verbo *πίομαι* praecipi ſolet, *primam* eius *ſyllabam plerumque produci*, ſed *nonnumquam etiam corripi*,

de quo continuo deinde etiam Athenaeus noſter monet: d
id rurſus duobus aut etiam tribus modis accipi video. Prorſus ancipitem ſyllabam *πι* in *πίω* & *πίομαι* facere videtur Etymologus pag. 672 extr. & ſeq. Suâ quidem naturâ longam contendit Clarkius ad Odyſſ. *π'*. 143. ſed ita ut ob ſequentem vocalem corripi etiam poſſit. Rectius, ut videtur, HERMANNUS l. c. ſtatuit, verbum *πίομαι* (prorſus ut *πίνω*) in praeſenti tempore conſtanter primam producere: ſicubi illa correpta reperiatur, quemadmodum in exemplis e *PLATONE* comico mox ab Athenaeo adlatis, ibi non *praeſens* tempus eſſe, ſed *ſecundum aoriſtum*.

In *Homerico* exemplo, quod citat auctor, perperam in editis Πίομεν (ſic) ſcriptum erat: recte vero *πιόμεν'* ſcribitur in ms. *Ep.* ut apud Poëtam, Iliad. *ν'*. 493.

ARISTOPHANIS verſus exſtat in *Equit.* num. 1289. ed. e
Br. Sed recte monuit CASAUBONUS, mutilum vulgo hîc legi illud teſtimonium, omiſſâ ea ipſa voce (*πίεται*) cuius unius gratiâ recitatur. Vetus autem is error eſt: nam non ſolum in ms. *A.* deeſt illud verbum, ſed in eo etiam codice, quo uſus Epitomator erat, deſuiſſe videtur; quare is totum omiſit teſtimonium. Simillimum exemplum eiusdem verbi *πίεται* habes in eâdem Ariſtophanis fabula, vs. 1401.

In *altero eiusdem Comici teſtimonio*, de poſtremi verbi ſcripturâ gravis oritur dubitatio. Pro eo quod ſic editum erat,

πικρότατον οἶνον τήμερον πίῃ:

praeciſe monuit CASAUBONUS: »*πιῇ* ſcribe, non *πίῃ*: »probant inſequentia.« Puto, quoniam continuo ſubiicit Athenaeus, *τάχα ὡς ἀπὸ τοῦ πιοῦμαι*, ideo *πιῇ* ſcribendum ille cenſuit, quae foret ſecunda perſona legitime a prima *πιοῦμαι* formata. Et ſic plane accepit Epitomae auctor, qui ita h. l. ſcripſit: Εὕρηται δὲ καὶ τὸ *πιοῦμαι*. (nam quod *ποιοῦμαι* habet noſter codex, id ſcribae culpâ erratum:) *ὡς* Ἀριστοφάνης· *πικρότατον οἶνον τήμερον πιῇ*. Eademque verba ex Epitoma repetiit Euſtathius, ad Iliad. *χ'*. pag. 1348. l. 35. At, iſto modo ſcripſiſſe Athenaeum, vix ac ne vix quidem mihi perſuadetur. Nam ſi *πιῇ* ſcripſiſſet, tum manifeſte foret ſecunda perſona futuri; non igitur dicturus fuiſſet Athenaeus, *τάχα ὡς*, *fortasse tamquam a πιοῦμαι*; ſed rectà

e & praeciſe, *ἀπὸ τοῦ πιοῦμαι*, *a futuro πιοῦμαι*. Porro, ſi eſſet revera *futurum*, prima ſyllaba neceſſario *brevis* foret. Atqui deinde demum ſubiicit auctor: *Nonnumquam vero etiam corripitur iota*: ex quo perſpicue colligas, in proxime praecedente teſtimonio non fuiſſe brevem primam ſyllabam, ſed pro longà eam habuiſſe Athenaeum. Qua in difficultate aliquatenus nos adiuvit codicis *A.* ſcriptura, ubi quidem haeſitabundus ſcriba duobus accentibus (ſic) ſcripſit, *πίεῖ*. Nempe vera videtur ſcriptura per *ει* in fine, pro *η*, quae fuit forma Atticis poëtis perquam familiaris. Iam ſi *ultimam ſyllabam circumflexam* ſtatuas, fuerit manifeſto ſecunda perſona *futuri*: adeoque huic ſcripturae obſtant eaedem rationes, quas alteri ſcripturae *πιῇ* obſtare vidimus. Sed ſi ſtatuas, *πίει penacute* hic ſcripſiſſe Athenaeum; omnia, ni fallor, recte habebunt. In *praeſente* tempore, a *πίομαι* ſecundam perſonam *πίει* formare potuit Ariſtophanes; qui & ſubinde alibi eâdem terminatione ſecundae perſonae verborum in *praeſente* etiam tempore, non ſolum in futuro, utitur: (vide Maittaire Dialect. pag. 63.) tum vero prima ſyllaba producta fuerit, ſicut in ſuperiori teſtimonio prima in *πίεται* producta erat: denique, quod ſubiicit Athenaeus, *τάχα ὡς ἀπὸ τοῦ πιοῦμαι*, id ad terminationem maxime ſpectaverit: quâ ita uſum Ariſtophanem dicat Deipnoſophiſta, ut videri aliquatenus poſſit eſſe *πίει* illud a *πιοῦμαι*, non a *πίομαι*, formatum; quia nempe terminatio *ει* pro *η* in futuris multo uſitatior & frequentior, quam in praeſente tempore. Quod ſi quem haec noſtra legentem ſubeat cogitatio, quam ſint exiles moleſtaeque, quamque plus ſpinarum taediique plerumque, quam ſolidi fructus, habeant grammaticales huiusmodi disquiſitiones: is gratuletur ſibi, cui liberum ſit, ſimulac ſenſerit non eſſe haec talia ad ipſius palatum, ocyus praetervolare; noſtram vero doleat vicem, qui, poſtquam ſemel interpretis ſuscepimus perſonam, iam non licitum nobis putamus, ſi quid in auctore noſtro occurrit, quod, ſicuti nobis, ſic & aliis multis, qui quae legunt intelligere cupiunt, obſcurius difficiliusque fuerit, diſſimulatâ difficultate intactum illud & inexploratum praetermittere.

Πλάτων, *ἐν ταῖς ἀφ' Ἱερῶν.* »Laudatur Plato comicus, »*ἐν ταῖς ἀφ' Ἱερῶν.* Dalec. *in Victimis quae ſacrificantur.*

»Legi nempe voluit, ἐν τοῖς Ἀφιερωμένοις, vel ἐν τοῖς e
»Ἱερείοις. Utrumque tantumdem a veritate abeſt, quam
»lectio vulgata continet. Pollux lib. VII. cap. XIII. Πλά-
»των ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν καὶ μαλλωτὰς χλαμύδας εἴρηκε.
»Heſychius: Λίνον· ἢ ὁρμιά. ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν,
»Πόθεν λίνον καὶ κάλαμος; Fabulae titulus fuit, *ai ἀφ'*
»*ἱερῶν*, id eſt, *mulieres Deo ſacrae;* unica voce Graeci *ἱερο-*
»*δούλους* vocant: vel, *redeuntes e ſacris foeminae.* « CA-
SAUBONUS.

πῖε δὲ δισυλλάβως Μένανδρος. Ecce rurſus in minuta quaeſtione grammaticali ſpinam & difficultatem paene inextricabilem. Nam quid tandem quaeſo hoc eſt, quod verbum *πῖε duabus ſyllabis ſcribi apud Menandrum* nos docet auctor? Cur adiicit *δισυλλάβως*? An ergo in mentem cuiquam venire poterat, potuiſſe etiam una ſyllabâ, aut pluribus quam duabus, ſcribi id verbum? aut annon aliae verbi formae, idem ſignificantes, *πῖθι*, *πίε*, (penultima brevi,) item *πῖνε*, peraeque *duabus ſyllabis* ſcribuntur? Nil promovit DALECAMPIUS, adnotans: nempe *πῖε* »non *πίου* « dixiſſe Menandrum. Perinde enim & *πίου* & *πῖε diſyllaba* ſunt: taceo, formam imperativi *πίου* ne alibi quidem usquam (quod ſciam) reperiri. Difficultatem callide diſſimulavit Caſaubonus: attigit eam levareque conatus eſt *Corn. de* PAUW, in *Philargyrii* Emendationib. in Menand. p. 29. Sed nihil, quod faceret ſatis, extundere potuit. Gallicus interpres ita ſe expedivit, ut *πιεῖν* pro *πῖε* legeret: nempe *Menandrum non tribus ſyllabis πίεσθαι dixiſſe, ſed duabus ſyllabis πιεῖν.* Cui emendationi inſignis utique ſpecies ex eo accedebat, quod in ipſo Menandri teſtimonio, quod ſtatim adponitur, non reperiatur imperativus *πῖε*, ſed infinitivus *πιεῖν*. At, ni me omnia fallunt, tam frequenti in uſu cum apud alios Graecos, tum apud Atticos, fuit verbum *πιεῖν* ipſâ illâ formâ aoriſti ſecundi infinitivi activi, ut plane abſurde facturus Athenaeus videri debuerit, ſi illius uſum ex unius Menandri uno teſtimonio probatum iviſſet. Nec vero ego certius quid, quod proferam, habeo. Sed illud primum omnino probabile mihi videtur, non ſolicitari debere ſcripturam *πῖε*, quam hîc vetus codex cum editis agnoſcit. Nempe occaſione formulae imperativae *πῖθι*, de qua initio quaerebatur & ſatis copioſe disputatum eſt, nunc breviter reliquas imperativi

e modi formas, quae de eodem verbo apud veteres poëtas in usu fuerunt, commemorat Deipnosophista: & primum quidem illam πῖε, qua Menander usus est; tum deinde duas alias, quae apud patrem poëtarum occurrunt, πίς & πῖνε, uno verbo tangit. Iam vero, cur hic dicat, *Menandrum* πῖε δισυλλάβως scripsisse, nullam aliam exputare rationem potui, nisi quod fortasse in illo loco Homerico, e quo mox deinde verba τῇ πίς adferuntur, non πίς duabus syllabis, & priori brevi, (quemadmodum hodie & apud Homerum & apud Athenaeum in utroque nostro codice scribitur) in suo Homeri codice legerit Athenaeus aut ille Grammaticus, a quo haec ille mutuatus est, sed ita, τῇ πῖ' οἶνον &c. quemadmodum apud Suidam (in voc. Ἱεροχλῆς) scriptum legitur: quam tamen scripturam minime probaverim equidem, bene gnarus ante vocem οἶνος non elidi apud Poëtam vocalem in fine vocis praecedentis. Ingenue autem profiteor, certiorem lucidioremque interpretationem eius quod docere hoc loco auctor noster voluerit, etiamnum me requirere.

Menandri ex fabula *Pugione* testimonium, quum sic scriptum vulgo esset, quasi his verbis iustus versus contineretur,

Πιεῖν ἀναγκάσω τὴν ἱερόσυλον πρῶτα:

facile adparebat, prosodiam Graecam nullum talem versum agnoscere. Clerico nunc contigerat, ut rectius per duos versus distribueret verba, in Emend. in Men. pag. 58. ubi etiam imperativum Πῖε, ab aliâ personâ pronunciatum, qui ante verbum Πιεῖν interciderat, opportune adiecit. Monuit idem Clericus, posse haec verba adhiberi in historia simili ei, quae de Grypo Syriae rege narratur, qui matrem, venenatum poculum praebentem, priorem bibere iussit. Vide Iustin. XXXIX. 1.

f καὶ »τῇ πίς« καὶ »πῖνε.« »Ait καὶ τῇ πῖε, [nempe sic editum erat, circumflexâ penultimâ] »καὶ πῖνε. Mira »brevitas. Sed πίς scribendum. Priora exemplum habent »τοῦ πίς priore correptâ. Homeri sunt, [Od. ι'. 347.] »τῇ πίς οἶνον. Docet deinde, non solum πίς dici, sed et»iam πῖνε.« Casaubonus. —— Nempe, quod iam paulo ante observavimus, varias verbi formas commemorans Deipnosophista, quibus Graeci poëtae imperativum *bibe* efferre consuessent; postquam ex comicis poëtis (quorum praecipuam semper rationem habere solet)

plura teſtimonia formulae πῖθι adtulit, & deinde illam f
πῖε ex Menandro adnotavit; iam breviter & uno verbo admonet lectorem, cum Homericae illius formulae τῇ πίε, tum & illius omnium vulgatiſſimae πῖνε, utpote quae & ipſa cum ab Homero, tum a comicis frequentata ſit. Quod adeo conciſe ait, καὶ τῇ πίε, id idem valet ac ſi dixiſſet, *& notiſſima eſt illa verbi forma Homerica* πίε, in iſtis Ulyſſis verbis occurrens, ubi Cyclopi dixit, τῇ πίε οἶνον. Scribitur autem πίε *penacute*, ut apud Homerum, ſic in utroque noſtro codice: & in Epitoma quidem ita, ut diſerte admoneat Breviator, *correptam eſſe penultimam.* Sic enim ille: ἐνίοτε δὲ καὶ συστέλλεται τὸ ι. Ὅμηρος· τῇ πίε οἶνον. omiſſis aliis correptae penultimae exemplis.

Πῖνε καὶ σὺ οὖν &c. »Velim conſiderent ſtudioſi pro»xima Athenaei: Καὶ σὺ οὖν ὦ ἑταῖρε κατὰ τὸν Ἄλεξιν, »ὃς ἐν Διδύμοις φησὶ, τούτῳ πρόπιθι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἀλ»λῳ, καὶ γένηται ἢ παρ' Ἀνακρέοντι καλουμένη ἐπίστιος. »φησὶ γὰρ ὁ μελοποιὸς, Μήδ' ὥστε κῦμα πόντιον λάλαζε »τῇ πολυκρότῃ σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην, πίνουσα τὴν »ἐπίστιον. τοῦτο δ' ἡμεῖς ἀνίσωνα φαμέν. Niſi ſcribendum, »κατὰ τὸν Ἄλεξιν ἐν Διδύμοις, τούτῳ προπ. fatendum »erit excidiſſe verſum Alexidis: quem appoſitum fuiſſe »arguit illud φησί: arguunt item ſimiles alii multi loci in »praecedentibus. Atque hoc clarum eſt: illud obſcuriſſi- p.
»mum adhuc mihi, quid ſit apud ANACREONTEM πίνειν 447
»τὴν ἐπίστιον. Fuerat quidem ab Athenaeo adiecta inter- a
»pretatio, quae id nos doceret quod quaerimus. Nam »ita accipi debent illa, τοῦτο δ' ἡμεῖς ἀνίσωνα φαμέν. Sed »& huius corrupta ante multa ſecula interpretatio: &, »unde lucem afferam tenebricoſis verbis Teii poëtae, ni»hil dum aut inveni in libris veterum, aut excogitare ipſe »potui. Apparet tamen ex illis Athenaei, τούτῳ πρόπιθι, »ἵνα καὶ αὐτὸς ἄλλῳ, genus invitationis intelligi, cum »ordine calycem propinabant alius alii, donec a ſummo »ad imum compotorem perveniſſet poculum. Diverſa fuit »ab iſto more, quam vocabant περιφορὰν τοῦ ποτηρίου, »de qua alibi. « CASAUBONUS. — Totum locum praetermiſit Breviator: nihil vero ab editis discedit ms. *A.* Itaque (ut ab hoc ordiar) quid ſit quod ſub inaudita illa voce ἀνίσωνα lateat, obſcurum hactenus manet; niſi quis felicior exiſtat augur, qui his tenebris lucem adfundat. Sed ANACREONTIS quidem verba non tantis, quan-

a tae Casaubono visae erant, tenebris involutae sunt. Cum reliqua satis perspicua: tum, quod τὴν ἑπίστιον scil. κύλικα dixit, id haud dubiâ ratione SPANHEMIUS ad Callimachi H. in Del. vs. 325. & BARNESIUS ad Anacreont. Fragm. 71. docuere, idem valere ac τὴν ἑφέστιον. Iam illud ipsum quidem rursus dubitare possis quid sit, quod ἑφέστιον *poculum* dixerit poëta. *Potum Iovi* Ἑφεστίῳ *aut vero Vestae supra focum libari in conviviis solitum* Spanhemius intellexerat: quarum interpretationum alterum Barnesius in latina Versione posuit, alterum in Notis. Nos, quum ἑφέστιοι etiam omnes *domestici* & *contubernales* dicantur, *contubernale* vel *convivale poculum* intelleximus, nempe *quod omnes convivae peraeque participent.* Videndumque ne in voce ἀνίσωνα lateat aliquid a verbo ἀνισόω ductum, quod p. *exaequo, adaequo* significat. Quod vero ad totius huius 446 ῥήσεως initium spectat, & ad eius cum superioribus connexionem: haud incommode PHILARGYRIUS ille, quem supra nominavi, in Emend. in Menandr. pag. 29. ex verbis illis, καὶ τῇ πίε καὶ πῖνε, duo postrema a praecedentibus separanda & cum sequentibus hoc modo iungenda censuit, Καὶ πῖνε καὶ σὺ οὖν &c. Nempe superiora (contra quidem quam diserte Athenaeus voluit, qui *Ulpiano* illa tribuit, lit. b.) ab alio convivarum pronuncia-ta ille statuit, qui finem loquendi in illis verbis fecisset καὶ τῇ πίε: tum huic dixisse Ulpianum, Καὶ πῖνε καὶ σὺ &c. quasi diceret: *Quid ais? τῇ πίε? & tu igitur bibas, o amice, iuxta Alexidis praeceptum, qui in Geminis dixit: Huic praebibe, ut & ipse praebibat alteri.* Et ego (illud modo teneamus, *continuare* hîc sermonem, non *incipere*, *Ulpianum*) facile patiar verba ista καὶ πῖνε sic a superioribus diremta ad sequentia trahi. Sed, illa si cum superioribus (ut vulgo erant) eâ ratione, quam supra exposuimus, recte iuncta statueres: perquam probabile erat, illis dictis, deinde eumdem Ulpianum, resumentem id quod supra dicere coeperat, πῶθι οὖν, ὦ ἑταῖρε, (pag. 446. a.) nunc sic loqui perrexisse: Πῖνε καὶ σὺ οὖν, ὦ ἑταῖρε: istud autem verbum πῖνε, ob alterum πῖνε modo praecedens, temere a librariis esse omissum. Et haec iam scripseram, cum ecce ipsum hoc verbum πῖνε *non semel*, sed *bis*, hoc loco positum in principe editione Ven. itemque in ed. Bas. video: quod eodem modo in ms. *A.* factum suspicor, sed vel diligentiam adolescentis, qui illum codicem nostri caus-

ſa excuſſerat, effugiſſe, vel ab eo neglectum, quod vitioſum ei viſum fuiſſet. Et perperam quidem distinctâ oratione in illis, quas dixi, editionibus ſic ſcribitur, καὶ τῇ πίε καὶ πῖνε πῖνε. καὶ σὺ οὖν ὦ ἑταῖρε &c. Ubi quum in promtu eſſet, rectius distinguere verba; alterum πῖνε delere maluit Caſaubonus, ne rationem quidem facti reddere in Animadverſionibus dignatus. Iam reſtituto illo verbo, poſſit quidem utcumque ſtare reliqua oratio: ſed conſentaneum erat, ut hic imperativus Πῖνε cum illo qui deinde ſequitur, τούτῳ πρόπιθι, per καὶ particulam coniungeretur; quae vocula ante κατὰ (ut ſaepe aliàs) facile intercidere potuit, ac fortaſſe etiam conſulto hic olim omiſſa eſt a naſuto aliquo librario, cui viſa eſſet non ferenda illa ſermonis inconſequentia, καὶ κατὰ τὸν Ἄλεξιν, ὃς ἐν Διδ. &c. Sed ſimillimam loquendi formam paulo etiam ante (p. 445 extr.) obſervavimus. Poſſis intelligere, καὶ κατὰ τὸν Ἄλεξιν ποίει, ὃς &c. *& fac quod ait Alexis, qui in Didymis dixit* &c.

AD CAP. LXVII.

σώσεις δὲ τοὐπίσω μελέων καταπεσεῖσθαι. καταπεσεῖσθε a ms. *A.* mendoſe; in reliquis nil mutat. In *Ep.* autem deſunt iſta. Sententiam recte Dalec. expreſſit: *Hoc cavebis, ne in poſteriores corporis partes cadas.* Sed illud ridiculum, quod verba iſta unà cum proxime praecedentibus pro verſibus habuit, & Anacreonteis accenſuit. Habere vero utique videtur illa dictio ὀπίσω μελέων neſcio quid poëtici coloris: niſi forte, prorſus e contrario, e media vulgaris ſermonis conſuetudine depromta eſt.

Simonidis οἶνον ἀμύντορα δυσφροσυνάων in Reliquiis illius poëtae, a Brunckio in Analect. T. I. collectis, fruſtra quaeſivi.

ἀλλ' ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Μέθης &c. Idem *Aristotelis* obſervatum iam ſupra, lib. I. pag. 34. b. commemorabatur: ubi quod coniectaveram, ex *libro* περὶ Μέθης ductum illud eſſe, id nunc ex hoc loco, qui me tunc fugerat, confirmatur. Quod vero mox in *Aristotelis* verbis legitur, ἰδιόν τι συμβαίνει περὶ τὰς τῶν b κριθῶν τὸ καλούμενον πῖνον: ſunt iſta quidem, ut ſaepe fecit Athenaeus, e connexione cum eis quae apud Philoſophum praecedebant abrupta; ſed ita imperite ut vix ſit

b credibile ipſum Athenaeum ſic ſcripſiſſe. Nulla enim ratione coniectare licet quonam illud περὶ τὰς τῶν κριθῶν referatur. Nec tamen aliud quid e ms. *A.* enotatum: in *Ep.* vero omiſſa ſunt ipſa illa priora Philoſophi verba. Caſaubonus in Animadv. quidem ſicco pede transſiluit hunc locum: in exemplo Athenaei vero, quod ipſius olim fuit, in orâ haec adnotaverat: »Scribe περὶ τὰς ἐκ τῶν κριθῶν, »(ſcil. πόσεις) καὶ τὸ καλ. πιν. « — PURSANUS ſatis eſſe iudicaverat, ſi περὶ τὸν τῶν κριθῶν (nempe οἶνον) corrigeretur: malebam tamen τὸν ἐκ τῶν κρ. Ad περὶ τὰς poteras etiam μέθας ſubintelligere: ſed hoc poſito, violentior medicina verbis ſequentibus adhibenda foret. Etiam illud vix ſanum, quod continuo ſequitur, ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν λοιπῶν τε καὶ μεθυστικῶν: ubi τῶν λοιπῶν ποτῶν τῶν μεθυστικῶν legendum ſuſpicatus eſt doctiſſimus CORAY. Commoda quidem oratio eſt in ms. *Ep.* ubi omiſſis τε & καὶ particulis, nude ὑπὸ τῶν λοιπῶν μεθυστικῶν ſcribitur: ſed aliud quid amplius in pleniore Athenaei opere hic ſcriptum fuiſſe facile credas.

Τὸν δὲ κριθινον οἶνον καὶ βρύτον τινὲς καλοῦσιν. ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·

Βρύτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐ δυεῖν.

»Sunt qui βρύτιον ſcribant, pro βρύτον, ut Heſychius. In »*Sophocleo* verſu plerique libri praeferunt οὐδυεῖν iunctim. »Lego igitur οὐ δι εῖν. Ac videtur ita explendus verſus,

»Βρύτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐ δι εῖν χαμαί. «

CASAUBONUS. — Apud Heſychium βρύττιον vulgo ſcribitur geminata τ litera. Ibi vide Interpp. Quod Caſaubonus ait in Sophocleo verſu οὐδυεῖν iunctim ſcriptum *pleroſque libros* praeferre, *manuſcriptos codices* dicere vix potuit: quorum nullum ille, quum iſta ſcriberet, niſi unum Palatinum viderat, eumque nonniſi leviter neglectimque excuſſerat; in lectionibus vero quas ex Italicis codicibus excerptas habuit, talia profecto (utrum iunctae eſſent duae voces, an nonnullo ſpatio ſeparatae) non adnotata erant. Illud equidem video, in ed. Ven. & Baſ. iunctim ſcribi οὐδυεῖν, unde ſuum οὐδιεῖν finxit Caſaubonus: quod ipſum, ſimul cum voce χαμαὶ ab illo ex merâ coni. propoſitâ, BRUNCKIUS noſter in Sophoclis Fragm tam fidenter adoptavit, quaſi nemini dubitare liceret quin ita ipſe olim Sophocles ſcripſiſſet. In lectionibus e noſtro ms. *A.* excerptis diſerte monetur, non diſſentire illum codicem a le-

ctione exempli Casauboniani, in quo οὐ δυεῖν separatim b scriptum. Et solet quidem promiscue in codicibus nostris δυεῖν pro δυοῖν scribi, non modo in foeminino genere, verum etiam in neutro, veluti IV, 137. f. VII. 290. b. At, si recte ita hoc loco scriptum, mutilum testimonium fuerit, nullâ coniecturâ supplendum. Videant vero docti, de VILLEBRUNII ratione quid sit statuendum, qui οὐ δύειν legens, verbum δύειν ait apud Hippocratem activa notione usurpari de *ingerendis* in os & in corpus *alimentis*, similiterque apud *Sophoclem* hoc loco de *ingerendo potu*, id est, de *bibendo*, esse accipiendum.

καὶ Ἀρχίλοχος· Ὥσπερ αὐλῷ &c. »Adiungit deipnoso-»phista: καὶ Ἀρχίλοχος, ὥσπερ αὐλῷ βρύτον ἡ Θρᾴξ ἀνὴρ »ἢ Φρὺξ ἔβρυζε. κύβδ' ἦν πονευμένη. Obscuriſſima haec, & »quae opinor intelligat nemo. Censemus posse non inepte »emendari hoc modo: ὥσπερ αὐλῷ βρύτον ἡ Θρᾴξ ἀνὴρ ἢ »Φρὺξ ἔβλυζε κυβάβδ' ἢ πονευμένη. Significat Archilochus, »aegrotam quandam foeminam sic sanguinem reiecisse, ut »cum bryti vel zythi salientem ex ore mittit Thrax aut »Phryx aliquis. αὐλὸν accipe ut apud Homerum, quando »κρουνὸν significat. βλύζειν αὐλῷ βρύτον, poëtica elegantia, »pro βλύζειν αὐλὸν βρύτου. Pro κύβδα, quod quid sit non »scio, scribo κυβάβδα: quod *sanguinem* designare scio. »Amathusiorum (is Cypri insulae populus) dialecti id »verbum esse discimus Hesychio doctore: quem fatebun-»tur eruditi in lexicon suum id vocabulum non fuisse re-»laturum, nisi eo usus esset aliquis scriptor Graecus. Nos »illum scriptorem putamus esse Archilochum: &, hunc »eius locum ab illo critico esse spectatum, εἰκοτολογοῦμεν. »Ut non sit vera haec coniectura, probabilis tamen est: »non absurda neque inepta, ut illorum qui statim pro Ἑλ-»λάνικος &c. Haec CASAUBONUS: quibus in Animadv. ed. 2. & 3. ex eiusdem schedis adiecta sunt ista: »Illustris »SCALIGER quum haec nostra legisset, neque omni ex »parte probasset, adscripserat margini lectionem huiusmo-»di atque interpretationem:

»Ὥσπερ γὰρ αὐλῷ βρύτον ἡ Θρῇξ ἀνὴρ
»ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδα γ' ἦν πονευμένη.

»*Conquiniscebat eo modo satagens mulier, quo siphone haurit* »*cerevisiam Thrax aut Phryx, ipsa quoque fugens.*« — Nempe, quid κύβδα dicerent Graeci, ex Aristophane Scaliger noverat: quod Casaubonum, si memoria fallebat, H. STE-

b PHANUS in Indice Theſ. docere potuerat. Attigimus eam vocem ſupra in Notis ad pag. 442. a. legiturque ea rurſus lib. XIII. pag. 580. d. Eamdem h. l. tenens TOUP (in Emend. in Suid. Part. III. pag. m. 230.) reliqua ſic conſtituenda cenſuit:

Ὥιτερ πρὸς αὐλὸν βρύτον ἢ Θρηΐξ ἀνὴρ
ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδ' ἐὴν πωλευμένη.

hac ſententiâ: *Ubicunque ad potandum conveniſſent barbari, ibi proſtabat illa muliercula.* Toupium fere ſecutus eſt BRUNCK, in Notis ad Anthol. T. III. pag. 236. niſi quod initio Οὔτερ, non ὥπερ, ſcripſit: & in fine, πολευμένη, id eſt, *verſans.* Conf. IACOBS, Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. 1. pag. 177 ſq. Nos (ut ab hoc incipiamus) in vulgato πονευμένη nil aliud niſi πορνευμένη latere nobis perſuaſimus; quod ita per ſyncopen pro πορνευομένη ſcripſiſſet poëta. Idem verbum πορνεύεσθαι haud multo ante (pag. 443. a.) alio modo a librariis noſtris corruptum, & in πορεύεσθαι mutatum vidimus. Pro edito κύβδ' ἦν, quod metri cauſſâ in κύβδ' ἐὴν uterque vir doctus mutavit, vetus noſter cod. *A.* (nam *Epit.* totam eclogam praetermiſit) κύβδα δ' ἦν dedit: quod ſicut metro peraptum erat, ſic ſimul nobis de mutatione primo verſui ab iisdem viris illatâ dubitationem iniicere debuit. Nam ſi poëta ſic ſcripſit, κύβδα δ' ἦν πορνευμένη ſive πωλευμένη, tum intelligi par eſt, praecedens verbum ἔβρυζε ad eamdem mulierem, ad quam pertinent poſtrema iſta verba, eſſe referendum, adeoque tenendam priore in verſu particulam ὥσπερ, ut ſenſus ſit: ἔβρυζε (nempe *illa mulier*) ὥσπερ Θρᾴξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ βρύζει. Quare poëtae mentem hactenus quidem rectius expreſſiſſe SCALIGER videri nobis debuit. At verbum ἔβρυζε, cum *accuſativo caſu* conſtructum, nullâ ratione in eam ſententiam, qua vel a Scaligero vel a Toupio acceptum eſt, accipi poſſe nobis videbatur; ſed, quatenus *de Thrace & Phryge homine* dicitur, eâ prorſus notione accipiendum, quae a Caſaubono expoſita eſt: nec vero idcirco cum illo in ἔβλυζε mutandum. Nam, idem valere βλύζω atque βρύω, ſatis ſuperque docent gloſſae Heſychianae: Ἀναβλύει· ἀναβρύει. Ἀναβλύζουσα· ἀναβρύουσα. Βλύζει· βρύει, ἀναβρύει. Βρύει· ἀναβλύζει. Quo minus mirum videri debet, eâdem notione etiam verbum βρύζειν (quamquam a nemine Grammaticorum adnotata haec forma) uſurpatum eſſe ab Archilocho. Iam vero & vocabulum

αὐλῷ eodem modo, quo Casaubonus voluit, accipiendum. Sed *aegrota mulier*, quam hîc viderat idem vir doctus, non erat sane huius loci. Taceo, me non videre, priore in versu, quo pacto metro constare rationem statuerint Toupius & Brunckius, vulgatam scripturam βρύτον tenentes: sane aut βρῦτον penultimâ longâ, aut βρύτιον, desiderabat versus, prouti ab illis constitutus est. Nec vero dissimulandum, etiam in proximo *Aeschyli* testimonio sic vulgo *penacute* βρύτον scribi, ubi tamen penultimam longam desiderabat metri ratio: quare etiam ibi aut βρῦτον aut βρύτιον fuerit scribendum.

Μνημονεύει τοῦ πώματος Αἰσχύλος. Recte πῶματος c per ω dedit ms. *A.* caeterum, praeter Athenaei morem, asyndeton cum editis tenuit. *AESCHYLI* testimonium absque animadversione praetermisit Casaubonus: nec in eo quidquam mutat ms. *A.* Tacet vero prorsus Epit. Est autem huiusmodi:

Κἀκ τῶν δ' ἔπινες βρύτον ἰσχναίνων χρόνῳ
καὶ σεμνοκόπτει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ στέγῃ.

De suspectâ scripturâ βρύτον modo dictum. Caeterum aut *vers.* 1. ἔπινεν in *tertiâ pers.* scribendum esse, aut *vers.* 2. σεμνοκόπτεις in *secundâ*, satis adparet. De reliquis quum nobis non liqueat, par est ut quid sit ab aliis praesitum referamus. DALECAMPIUS igitur sic vertit:

Iam inde brytum bibebat, temporis spatio se ipsum extenuans, ac sub virili tecto cum gravitate modestiâque se tundens.

Idem, in orâ, *virile tectum*, interpretatus est »aedes quas »fortes generosique viri inhabitant.« Gallico interpreti sic placuit: »*Après cela il buvoit du* bryton *qu'il laissoit* »*clarifier avec le temps, & il avoit un air de grandeur dans* »*sa maison qu'honoroit sa valeur.*« Graecum verbum σεμνοκόπτειν Idem haud incommode cum Gallo-francorum *trancher du grand* confert. *Corn. de* PAUW, in Notis ad Aeschyli Fragm. pag. 1100. haec adnotavit: »Τοῦτο σεμ»νοκόπτει de ipso *bryto* [quidni potius de *hoc, quod ipse bryto pro potu utatur?*] »intelligendum videtur. Et ἀνδρεία »στέγη, fortasse *corpus virile*. Hesychius: Στέγη, γαστήρ.«

Ἑλλάνικος δ' ἐν Κτίσεσι. »Inepta illorum coniectura, »qui ἐν Κτήσεσι, scribunt, & vertunt, [ut fecit Dalec.] »*HELLANICUS in Praediis*. Atqui verum erat ἐν Κτίσεσι. »Graeci κτισταὶς nuncupant primos urbium conditores, »& populorum antiquissimos principes, qui fere colonia-

c »rum duces fuerunt: ut Moſes, Archias, Phereclus, alii »ſexcenti. De his, & de urbibus quas condiderant, eo li»bro egerat *HELLANICUS*, auctor antiquiſſimus. Titulus »operis ab Hellanico editi uberior apud Stephanum in »Ethnicis, voce Χαριμάται. Ibi namque laudatur hic ſcri»ptor ἐκ Κτίσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων: nam perperam vul»gati codices, ἐν Κτήσεσι. Citatur & Dionyſius Chalci»denſis ἐν Κτίσεσιν, ut ab Ariſtophanis interprete ad Ne»bulas, & aliis. Auctor Etymologici, in Προικόννησος· »Διονύσιος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς Κτήσεσιν οὕτω λέγει τὰς »ἐλάφους πρόκας. Scribendum, ἐν ταῖς Κτίσεσι. Sed, quod »Athenienſem vocat hunc ſcriptorem, falſum eſt: Chal»cidenſis enim fuit, ut recte Comici interpres. Harpo»cration, in Ἡραῖον τεῖχος, quintum eius operis librum »laudat qui fuit poſtremus; non enim pluribus conſtabat. »Periegeta vetus lamborum poëta:

»Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος,
»Ἐφόρῳ τε, καὶ τῷ τὰς Κτίσεις εἰρηκότι
»ἐν πέντε βιβλίοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ.

»Scripſerant eodem titulo hiſtorias & alii: quidam etiam »Ἱερῶν κτίσεις, ut Heraclides, quem in Protreptico lau»dat Clemens Alexandrinus. « CASAUBONUS. — Confer Polybium, IX. 1, 4. aliisque locis in Lexico Polyb. citatis.

Ἑκαταῖος δὲ, ἐν δευτέρῳ Περιηγήσεως, &c. »Expoſuimus »iam capite quarto [ad X. 418. e.] *HECATAEI de Aegy»ptiis* repetita hîc verba, ὡς ἀρτοφάγοι εἰσίν: deinceps ve»ro ſcribe, ἐπιφέρει, τὰς κριθὰς εἰς τὸ πόμα καταλέουσι: »vel, ut ſcriptum in quibusdam, κατάγουσι. Id quoque »expoſitum eſt libro octavo, capite XI. « CASAUBONUS. — πῶμα rurſus recte hîc dedit ms. *A.* ubi πόμα cum edi- tis tenet ms. *Ep.* Quinam vero ſint libri, qui κατάγουσι hîc ſcribunt, prorſus exputare non poſſum. καταλεύουσι quidem habent ed. Ven. & Baſ. cum ed. Caſ. καταλέουσι vero ambo noſtri mssti, *A.* & *Ep.* quemadmodum et- iam καταλέοντας pag. 418. e. codex *A.* dederat. Denique nihilo magis capio quid ſit quod ad *caput undecimum ſua- rum Animadverſionum in librum octavum* hîc provocat Caſau- bonus: totum illud caput in diſputatione ſupra Timothei carmine (lib. VIII. p. 352. a.) verſatur; & nihil ibi, quod huc ſpectet, reperitur.

Παίονας φησὶ &c. Recte Παίονας antepenacute edd. Παιόνας penacute ms. *A.* In *Epit.* deeſt poſterius *Hecataei* te-

simonium. *Ibid.* καὶ παραβίην ἀπὸ κέγχρου καὶ κονύ- d
ζης. Etiam hoc rectius curatum videri poterat in editis, quam erat in ms. *A.* ubi καὶ κόννυζαν: quae tamen scriptura eo magis notanda, quod quaenam fuerit *conyza*, e qua potus conficeretur, nemo facile dixerit; potueritque, ut παραβίη, sic & κόννυζα esse *potionis cuiusdam nomen* apud *Pannonios*. De *conyzâ* vide Hesychium & quos ibi Interpretes laudarunt scriptores: apud quos nihil quidem nobis reperire contigit, quod ad illustrandum hunc locum faceret. Quod *ex oryzâ* interpretatus est Dalecampius, id mera viri docti hariolatio erat.

Ἀλείφονται δὲ, φησὶν, ἐλαίῳ ἀπὸ γάλακτος. »Recte vi»ri docti iudicant, *butyrum* hac periphrasi denotari: [nem»pe sic DALECAMP. in orâ.] sed neque caussam aperiunt, »cur Hecataeus appellet *oleum*, quod omnes alii *butyrum*: »neque vertunt recte, *oleum quod a lacte separatur*. ἀπὸ hîc »non est nota differentiae; verum materiam declarat, un»de id oleum fiat; ut cum dicimus, οἶνον γίνεσθαι ἀπὸ »τῶν βοτρύων. Observent igitur studiosi, antiquissimis »Graecis Latinisque nullum aliud *pingue* curando corpo»ri aut parandis cibis fuisse in usu, praeter *oleum* quod »proprie ita dicitur, quia ex olivis exprimitur. *Butyri* »rem nomenque diu ignorarunt Graeci, nec Romani mi»nus. Non enim adhuc noverant diversas substantias in »lacte comprehensas separare. Sunt in lacte tres οὐσίαι: »ἡ τυρώδης, ἡ ὀρρώδης, & ἡ λιπαρά: atque haec postre»ma est, quae a caeteris separata, *butyrum* vulgo dici»tur: quod nomen didicerunt Graeci, ut ex Aristotele »etiam constat, [is rem quidem tangit, Hist. Anim. III. 20. sed nomen ignorat,] »a vicinis populis, qui etiam »rationem eius conficiendi ipsos tandem docuerunt. Qui »Thraciam, Paeoniam, Scythiam, aliasque nationes bar»baras adierant, cum earum περιήγησιν ederent, primi id »nomen in Graeciam invexerunt. At propriam appella»tionem eius *pinguis substantiae* quae habetur in lacte, so»la Hebraea lingua novit, *hhemáh*: Graeca Latinaque »nullam habent. [Hebraeam vocem non tam *butyrum* nostrum, quam *spissum lac* significare, monuerunt doctiores interpretes: at eamdem tamen a vetustis Graecis interpretibus per βούτυρον esse conversam, satis notum.] »Quemadmodum igitur primi Graecorum, quibus *facca»rum* est cognitum, propter saporis & usus similitudinem

d »*mel arundineum* dixerunt: ſic *butyrum* qui novere primi, »*oleum ex lacte* nuncuparunt, ut hoc loco *Hecataeus*. »Plinius [XI. 41, 96. & XVIII. 9, 35.] *oleoſum* eſſe natu»râ ſcribit, & *barbararum gentium*; etiam Galenus, ἐλαιῶ»δές τι εἶναι *butyrum*. [Sic Cyrillus in Lexico mſto: Βούτυρον, τὸ ἐλαιῶδες τοῦ γάλακτος: apud Bielium, in Novo Theſ. Philolog. v. Βούτυρον.] »Auguſtinus *oleum ex adi»pibus*, in Epiſtola ad Deogratias. *Poſſunt*, inquit, *tales »putare oleum ex adipibus non debere natare ſuper aquam, ſic»ut quod ex oliva eſt: quoniam longe eſt utriusque origo diſſi»milis, quando illud ex ligno, hoc ex carne profluxerit.* Si»militer Hippocrates ſuillam pinguedinem, ſive, ut lo»quitur Erotianus, τὸ ὕειον στέαρ, appellat ἔλαιον ὑός. Sed »obtinuit apud Graecos Romanosque *butyri* appellatio: »quae inde orta eſt, quia fere ex vaccarum lacte, non »ovium aut caprarum, fit butyrum. Tamen & ex ovi»no, caprino, atque etiam equino & aſinino cogi buty»rum a nonnullis nemo dubitat: etſi videtur Galenus id »ignoraſſe libro III. περὶ Ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, ca»pite *De Butyro*.« Casaubonus. — Conf. Voſſii Etymologic. hac voce: & Bocharti Hierozoic. lib. II. c. 45.

AD CAP. LXVIII.

Τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ &c. »Quod uſitatius dicunt Grae»ci καθ' ἡμᾶς, auctor τῷ ἡμετέρῳ χρόνῳ, ſcribens hoc »modo: Τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ οἶνος φίλος ὢν θυρσοφό»ρος, μέγα πρεσβεύων Διόνυσος φησὶν Ἴων ὁ Χῖος. Signi»ficat, ſua aetate praecipuum hominum oblectamentum »fuiſſe vini potum. Lego θυρσοφόροις. *Verſus Ionis Chii*, »ſequentibus cohaerens, ita concipiendus:

»Οἶνος θυρσοφόροισι φίλος, μέγα πρεσβεύων
Διόνυσος.«

Casaubonus. — Eclogam iſtam *Ionis Chii* ex Athenaeo in Analecta ſua adſcivit Brunck, T. I. p. 161. nihil nec mutans, nec in Notis monens, (T. III. pag. 27.) niſi delendum eſſe comma poſt ἀνθρώποισι (verſ. 9.) vulgo poſitum, & extra verſum ponendam eſſe vocem Οἶνος, quam initio primi verſus poſuerat Caſaubonus. Tractavit dein eamdem eclogam Weston, in Hermeſianacte, p. 37 ſq. & poſt hunc, feliciori (ut conſentaneum erat) ſucceſſu, Iacobs in Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. 1. p. 314 ſqq.

Vocabulum οἶνος potuit a poëta in ſuperiore verſu, quem d non integrum adpoſuit Athenaeus, poni: haud abſurde vero etiam ſtatuere licet, eſſe illud ab Athenaeo perſpicuitatis cauſſa adiectum, ut doceret, Διόνυσον eum, quem poëta nominat, ipſum *vinum* intelligi. Similiter de primoribus verbis, Τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ, incertum, de ſuo-ne illa Athenaeus adpoſuerit, an a poëta ſit mutuatus: at nobis quidem veriſimile videtur, aut illis ipſis aut in eamdem ſententiam aliis uſum fuiſſe poëtam in eis verſibus, qui hanc eclogam praeceſſerant.

Verſ. 2. Pro αὕτη γὰρ πρόφασις, legendum ἀρχὴ καὶ πρόφασις ſuſpicatus eſt Iacobs l. c. Nobis in vulgata adquieſcendum videbatur. Equidem in verbis παντοδαπῶν λογίων haeſeram. *Sermonum omne genus* interpretatus erat Dalec. ſimiliterque *hilares ſermones* intelligit Iacobs: qui videntur τὰ λόγια ad ſubſtantivum nomen τὸ λόγιον retuliſſe. At τὸ λόγιον, *effatum*, *oraculum*, non nude *ſermonem* vel *ſermocinationem* ſignificat: quod ipſum ſi ſignificat, parum commode adiici videtur παντοδαπῶν, & omnino languide dictum foret, cum potius magnum aliquid & grave initio nominaturus fuiſſe poëta videri debeat. Quare τὰ λόγια pro adiectivo neutrius generis accepi, hactenus ſubſtantive poſito, ut ſignificarentur *res praeclarae* & *memorabiles*: quo ſenſu quidem aliàs τὰ λόγου ἄξια, ἐλλόγιμα, λόγιμα, dici ſolet. At Epitomae quidem auctor (ſi modo ab illius manu eſt id quod habet codex noſter, παντοδαπῶν λόγων) de *ſermonibus* accepit, ſicut illi quos modo laudavi interpretes.

» *Tertium* Ionis *verſum*,
» αἵ τε Πανελλήνων ἀγοραὶ, θαλίαι τε ἀνάκτων,
» ſic interpreter, *conventus omnium Graecorum*, & *ſolennita-*
» *tes Deorum*, ſive quae in honorem Deorum inſtituun-
» tur: ſupple, *coeperunt* ἐξ οὗ &c. Θαλίαι ſunt convivia » ſacrorum cauſſâ fieri ſolita. « Casaubonus. — Iſta quidem θαλία vocabuli interpretatio nonnullorum Grammaticorum fuerat, Noſtro etiam commemorata, II. 40. c. ineptâ etymologiâ nitens, & uſu ſermonis minime firmata. Vide eumdem Noſtrum, XII. 532. f. & Dammii Lexic. Etym. pag. 1005 ſq. Et, ἄνακτας nullâ cauſſâ de *Diis* accepiſſe Caſaubonum, recte monuit Iacobs.

Quartus cum duobus ſequentibus ſic vulgo ſcribebantur:
ἐξ οὗ βοτρυόεσσ' οἰνὰς ὑποχθόνιον

e πτόρθον ἀνασχομένη θαλερῷ ἐπτήξατο πήχει,
αἰθέρος ὀφθαλμῶν δ' ἐξέθορον πύκινοι &c.

Ibi adnotavit CASAUBONUS: »In *quinto* ſcribe, θαλερῷ »ἔπτύξατο πήχει, per υ; non ν. *Sextum* habeo men»dae ſuſpectum: non ſane intelligo quid velit.« — Vox οἰνὰς, quae legitur *quarto verſu*, vulgo *vinea* redditur in Lexicis; nempe praeeunte Heſychio, cui Οἰνάδες ſunt ἀμπελώδεις τόποι. Sed hoc loco rectius, ut videtur, de *vite* accipiunt interpretes, quae alias ὁ ἄμπελος & ἡ οἰνη. Aliud autem animo egerat H. Stephanus, quum in Theſ. II. 1248. b. iſta Ionis verba ad diverſum huius vocis ſignificatum referret, qui prorſus ab hoc loco alienus eſt. *Verſ.* 5. Editam ſcripturam ἐπτήξατο, quae quin vitioſa ſit dubitari non poteſt, tenet ms. *A*. Caſaubonus quid ſpectaverit, ἐπτύξατο corrigens, haud ſatis adparet: ſed quia interpretationem non adiecit, videtur Dalecampii probaſſe verſionem, *ulnisque virentibus explicuit*. At cum per ſe parum commoda haec eſt ſententia; tum ἀναπτύσσειν quidem *explicare* ſignificat, πτύσσειν vero potius *complicare*. Peropportune vero Cl. IACOBS obſervavit: »Quum »vitis *ulnae* (πήχεις) commemorentur, admodum pro»babile eſt, poëtam admirabilem illam vitium facultatem, »claviculis ſuis proximas arbores comprehendendi, ſignifi»caſſe.« Quare verbum malles, cui *prehendendi* vel *amplectendi* notio ineſſet. Id igitur fuerit προσπτύσσεσθαι, vel (quod IACOBS maluerat) περιπτύσσεσθαι. Potuerat vero etiam fortaſſe ipſum ſimplex ἔπτύξατο eâdem notione dici, niſi ob hiatum ex praecedente voce θαλερῷ exiſtentem aptius hîc eſſet compoſitum verbum. At his ita poſitis, deſiderabatur nomen ab illo verbo rectum, quo nomine ſignificaretur *arbor*, quam ſuis brachiis amplecteretur vitis. Illud nomen in voce αἰθέρος initio proximi verſus latere eo probabiliori ratione ſuſpicabatur idem Vir doctus, quod quid ibi ſibi vellent verba αἰθέρος ὀφθαλμῶν nemini datum erat explicare. (Dalecampius αἰθέρος in μητέρος mutandum cenſuerat: Caſaubonus, quid ſibi veller poëta ſe non percipere, erat profeſſus: cum VILLEBRUNIO vero & WESTONO ſi αἰθέρος ὀφθαλμὸν *ſolem* velles intelligere, primum frigide id dictum hoc loco debebat videri, tum manifeſte repugnabat reliqua, quae mox ſequitur, orario.) Coniecturae autem illi hactenus etiam favet noſter codex *Epit.* quod, licet vocem αἰθέρος teneat, tamen eam *ad ſu-*

periora refert, & inter illam & vocabulum ὀφθαλμῶν *inter-* e
pungit orationem. Quare quemadmodum apud Horatium (Epod. II. 9 ſq.) ruricola *adultâ vitium propagine altas maritat populos*, ſic videndum putavi, ne ſimiliter *Ion vitem* dixerit *viridi brachio populum amplecti*, vel *circumplicari populo*: ἑπτύξατο αἰγείρου, vel προσεπτύξατο αἰγείρῳ. Quumque ex Heſychii gloſſis conſtet, pro αἴγειρος etiam αἴγιρος dici potuiſſe, ſi ſatis ſcirem in poſteriore nominis forma correptam fuiſſe penultimam, haud fere dubitarem, quin περιπτύξατο & αἴγιρον ſcripſerit poëta. Quod ſi ad metrum hoc loco aptum eſſet verbum ἐπήξατο, quod habet Epitoma, poterat fortaſſe & illud ferri, hac notione, *firmiter adhaeſit, firmiter prehendit.* Porro leve eſt quidem, ſed tamen (ne quem turbet) notandum, quod in editionibus omnibus, & in Brunckii etiam Analectis, πύκινοι antepenacute ſcribitur, id nonniſi operarum errore factum eſſe, ex prima editione in reliquas propagato: recte πυκινοὶ ſcribitur in utroque cod. msto.

»In *ſeptimo*, παῖδες φωνήεντες ὅταν πέσῃ ἄλλος ἐπ' ἄλ- »λῳ: loqui videtur de *ſtrepitu* quem edunt uvae cum in »torcular coniiciuntur calcandae. In *nono*, νέκταρ ἀμέλ- »γονται μόνον ὅλβιον ἀνθρώποισι, non eſt ἀμέλγονται »*emulgent*; ſed *mulgentur*, hoc eſt, *preſſae reddunt*, ſive *ex* »*iis exprimitur. Decimo*, ξυνὸν τοῦ χαίρειν φάρμακον αὐ- »τοφυὲς, alluditur ad Aegyptiacum *nepenthes*, de quo phar- »maco Helena apud poëtam in Odyſſea. [δ'. 220 ſqq.] »τὸ, μόνον praecedentis verſus iungendum cum φάρμα- »κον. *Stillant*, ait, *uvae nectar, quod ſolum eſt mortalibus* »*commune remedium ad laetitiam ingenuam & nulla arte com-* »*poſitum.*« CASAUBONUS. — Recte. *Vinum*, μόνον, *ipſum unum per ſe ſolum, hominibus eſt remedium ad laetitiam*, αὐτοφυὲς, *quod ſuâ naturâ hanc vim habet*, nec indiget iniecto extrinſecus nepenthe: *eſtque abundans & copioſum & commune hominibus*; non, ut nepenthes, paucis exiguâ quâdam copiâ ſuppetens. Vocem μόνον minime equidem in πότον mutatam velim.

»In *undecimo*, Τοῦ Θαλίαι φίλα τέκνα, φιλοφροσύναι τε, »χοροί τε: eleganter *vini filias* appellat *convivia quae Deo-* »*rum cauſſa celebrantur, & quae ad voluptatem hominum agi-* »*tantur, & fovendae inter ipſos amicitiae.* Non cepere hanc »elegantiam, qui φίλα τέκνα putarunt eſſe vocandi ca- »ſus. Fingit vinum patrem eſſe omnium lautitiarum & hi-

»laritatum: quia, ut ait verſu proximo, τῶν ἀγαθῶν »βασιλεὺς οἶνος ἔδειξε φύσιν.« CASAUBONUS.

a Ἄμφις δ', ἐν Φιλαδέλφοις, ἐπαινῶν τὸν τῶν φιλοποτῶν φησι βίον· Κατὰ πόλλ' ἐπαινῶ &c. In ed. Ven. & Baſ. ſic legebatur, Ἄμφις δ' ἐν Φιλαδέλφοις ἐπαινῶν τὸν πολυποτῶν ἥπερ ὑμῶν &c. omiſſo *primo Amphidis verſu* cum verbis nonnullis praecedentibus. Lacunam Caſaubonus in ſua editione tacite ſupplevit, partim ex Epitomâ, partim ex Italicorum codicum plenioris operis lectionibus. In Epit. igitur ſic ſcribitur: Ἄμφις δὲ παράγει φιλοπότην τινὰ λέγοντα, Ἐπαινῶ μᾶλλον ἡμῶν τὸν βίον τὸν τῶν φιλοποτῶν, ἥπερ ὑμῶν &c. unde iſta verba, παράγει φιλοπότην τινὰ λέγοντα adſcivit Caſaub. quae percommoda utique erant: ſed nos exemplum plenioris operis ſequi debuimus, & praeſertim codicem noſtrum, reliquorum omnium qui ſuperſunt parentem, in quo ſic ſcriptum ut edidimus. In *verſ.* 2. φιλοποτῶν recte dedit uterque codex, non πολυποτῶν. *Latinam verſionem* eclogae *AMPHIDIS* a GROTIO mutuati ſumus: apud quem quod in Graeco *verſu* 8. ἐφ' ἑκάστου pro ἀφ' ἑκάστου ſcribitur, id non Grotii conſilio, ſed operarum errore factum.

AD CAP. LXIX.

b ζητεῖν τι καὶ περὶ Γρίφων. »Pervenimus ad libri huius »partem ultimam, quae eſt de veterum *Griphis*. Haec »tractatio media collocatur inter ſermones de *Vino potu-* »*que*, qui praeceſſerunt, & eos qui ſequuntur toto libro »undecimo, de *Poculis*. Propterea ſic loquitur Aemilia- »nus hoc loco: Ὥρα ἡμῖν, ἀνδρες φίλοι, ζητεῖν τι καὶ »περὶ Γρίφων, ἵνα κἂν βραχὺ διαστήσωμεν ἀπὸ τῶν ποτη- »ρίων. Ut haberemus in his libris perfectam omnibus ſuis »numeris ἱστορίαν δειπνολογικὴν, neque ſilendum erat de »Griphis, neque alio loco de iis agendum. Mos antiquo- »rum fuit, ut in conviviis poſt epulas oblectamentis om- »ne genus ſeſe recrearent. Eo fine multae diverſaeque »(prout ſunt hominum diverſa ingenia ac ſtudia) ratio- »nes excogitatae & in mores receptae honeſtarum volu- »ptatum: de aliis enim non loquor; quarum utinam ex- »tincta eſſet omnis memoria. Erant quos canere iuvaret, »vel aſſa voce, vel ad lyram: erant quos ῥῆσιν εἰπεῖν, »& veterum poëtarum verſus recitare. Quidam ſermo-

» nibus ferendis tempus transigebant: alii proponendis sol- b
» vendisque quaestionibus sese occupabant, non ex pene-
» tralibus quidem philosophiae petitis; sed in quarum ta-
» men solutione aut acuminis aut eruditionis specimen ap-
» pareret. Huius generis sunt *sirpi*, sive *griphi*, de quibus
» dicere aggreditur Aemilianus deipnosophista. Praeclara
» res mehercle, & quae fidem faciat sapientissimi viri di-
» cto, πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Insita
» enim a natura omnibus hominibus scientiae cupiditas ef-
» fecit, ut etiam inter epulas libenter aliquid aut doce-
» rent aut discerent, aut didicisse se ostenderent. Hoc ve-
» rum est principium sympotiaci moris huius: cuius in-
» ventum antiquissimum est, sicut fere omnium rerum ad
» quarum desiderium & amorem naturâ duce ferimur. Pri-
» scos mortales rudi adhuc & impolito seculo solitos sua
» convivia quaestionibus huiusmodi atque aenigmatis con-
» dire, testis est historia sacra: quae Samsonem, homi-
» nem Mavortium, in epulis nuptialibus convivis suis cru-
» cem fixisse narrat proposito ad solvendum aenigmate sa-
» ne quam obscuro. Reperiuntur & alia in Hebraeorum
» libris exempla, in queis cum antiquitate certat elegantia.
» Porro haec Aemiliani *de Griphis* tractatio, sive παράβα-
» σις, ut appellat extremo libro, [pag. 458. f.] ad duo ca-
» pita referri potest: altero, *natura griphorum* explicatur,
» *speciesque variae*, nec non *conditiones quibus olim propone-*
» *bantur:* altero continentur *exempla sirporum*, eorum ma-
» xime *qui in antiquorum Comicorum fabulis* adhuc Athenaei
» temporibus *extabant.* Nihil invenias in iis quae restant de
» libro decimo, quod ad capitum istorum alterutrum non
» pertineat: sed parum distincte, & mixtim, utrumque eo-
» rum auctor exposuit: nimis ubique (dicendum enim quod
» res est) de ordine & rectâ docendi viâ securus. Melius
» enim feciſſet, si, quae diversis locis hîc & sub finem
» libri ex *Clearcho* recitat, continuasset. Sed feramus sane
» in scriptore philologico, quod in philosophico ferre non
» possemus. « CASAUBONUS. — Equidem a Philologo non
minus, quam a Philosopho, iure quodam postulari hoc
posse putabam, ut certâ viâ ac ratione argumentum suum
tractet. At qui *sermones convivales* se scribere profitetur,
is, si vere habiti sunt sermones, (quod de his, quos Athe-
naeus his libris exposuit, Casaubonus sibi persuaserat) non
male fecerit, si eâdem consecutione, qua fortuito & ex

b tempore alius ex alio natus fuerit ſermo, omnia perſequatur: ſin ipſe fingit ſermones, (quod feciſſe Athenaeum & nobis perſuaſum eſt & ſubinde etiam docto Animadverſori ſuboluiſſe videtur) debebit quidem in univerſum certam quamdam rationem aptamque deſcriptionem operis, quod adgreditur, & animo conceptam habere, & in ſcribendo ſequi; caeterum hoc ipſo probabiliorem reddet ſuam fictionem, ſi in digerendis tractandisque ſingulis partibus non nimis ſtricte ſubtiliterque verſetur. In ſuperioribus verbis, Αἰμυλιαὶὸς temere ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ. Recte Αἰμιλιανὸς ed. Ven. cum ms. *A*.

Pergit CASAUBONUS: »Ipſa iam Aemiliani verba expendamus. Proponit primum, *de Griphis eſſe dicendum* οὐ »κατὰ τὴν Καλλίου τοῦ Ἀθηναίου ἐπιγραφομένην Γραμματικὴν Τραγῳδίαν. De induſtria, ut fere ſolet, tragoediae »huius mentionem iniicit, ut naſcatur inde occaſio de ea »loquendi: quod facturus eſt aliquanto poſt. [pag. 453.] »Addit, ἀλλ' ἡμεῖς ζητήσωμεν, πρότερον μὲν, τίς ὁ ὅρος »τοῦ γρίφου. *Nos vero quaeramus primum quidem quae ſit definitio griphi.* Obſervandum in his verbis τὸ ἀνανταπόδοτον. Debuit enim ſubiicere, *deinde hoc dicemus, & illud:* »nunc ait, τίνα δὲ Κλεοβουλίνη ἡ Λινδία προὔβαλεν ἐν τοῖς »αἰνίγμασιν ἱκανῶς γὰρ εἴρηκε περὶ αὐτῶν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν »Διότιμος ὁ Ὀλυμπηνός. In quibus parum aut nihil vidiſſe »interpretes, minus mirum. Praeter anantapodotum, de »quo illi non cogitarunt, fraude librariorum periodus »haec negationem amiſit, neceſſario reſtituendam, ſi vo»lumus ſuam mentem auctori reſtitutam: qui profitetur »his verbis, *ſe nihil de aenigmatis a Cleobulina proponi ſo»litis eſſe dicturum: quia*, inquit, *argumentum illud ab ami»co noſtro Diotimo ſufficienter fuit tractatum.* Lego igitur: τί»να δὲ Κλεοβουλίνη ἡ Λινδ. προυβ. ἐν αἰνίγμασιν, οὐ ζη»τήσωμεν: vel, παραιτησόμεθα. Exemplum habes aenigmorum *Cleobulinae* apud Diogenem Laërtium in »Cleobuli patris vita: nam quod aenigma patri Diogenes attribuit, alii adſcribunt filiae.« — De *Cleobulina* vide Laërt. I. 89. & ibi Menag. rurſusque Laërtium I. 91. conferendum cum Suida, in Κλεοβουλίνη. *Diotimus Olympenus*, qui hic memoratur, Athenaei aequalis & familiaris, aliunde non notus. De variis *Diotimis* conſulendus eſt Ionſius, lib. II. de Scriptorib. Hiſt. Philoſ. cap. XV. ſect. 4. Turbatae & defectae orationi, de qua monuit Ca-

ſaubonus, nil medentur veteres libri. In Epit. totus deeſt introitus. Codex *A.* vero ab edd. nil abit, niſi quod προὔβαλλεν, non προὐβαλεν habet. Idem, paulo ſuperius, *negantem particulam* ante κατὰ τὴν Καλλίου tenet cum ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. quae temere omiſſa in ed. Caſ. 2. & 3. Idem cod. *A.* deinde rurſus, ut aliâs, recte κωμῳδιστοὶ dedit, ubi κωμῳδοστ. edd. Quod de *anantapodoto* in praeſcriptis verbis monuit Caſaubonus: non ſatis eſſe videtur unum aut alterum verbum ſupplere; ſed plura quaedam intercidiſſe videntur. Nam ſi nihil aliud intercidit, oportebat deinde non ἀλλὰ πῶς οἱ Κωμ. ſcribi, ſed εἶτα πῶς &c. quod ſi ita ſcriptum dediſſent libri, tum equidem ſuperiorem ῥῆσιν de *Cleobulina* in parentheſi ponendam ſtatuiſſem, hoc modo: (τίνα δὲ Κλεοβουλίνη ἢ Λιν∂ία προὔβαλλεν ἐν τοῖς αἰνίγμασιν, ἱκανῶς εἴρηκε περὶ αὐτῶν ὁ ἐτ. ἡμ. Διοτ. ὁ Ὀλυμπηνός.) Sed ſimul hoc loco promiſiſſe etiam videtur deipnoſophiſta, ſe *de variis Griphorum generibus* dicturum: quod ipſum etiam continuo deinde exſequi adgreditur.

Γρῖφος, (ſic recte ms. *Ep. penultimâ circumflexâ:* vide p. c 449. a. vs. 11. & Oppian. Halieut. III. 80.) πρόβλημα ἐπιπαιστικὸν &c. Ad iſta, & quae ſequuntur, prolixa exſtat Casauboni Animadverſio huiusmodi: » Deinceps (inquit) »Athenaeus ſub Laurentii perſona *ſirpi* definitionem hanc »ex *Clearcho* affert: Γρίφος πρόβλημά ἐστι παιστι»κὸν [nobis πρόβλ. ἐπιπαιστικὸν dedit cod. *A.* & *Ep.* nec tamen idcirco editam aſpernamur ſcripturam] »προσ»τακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, »τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον. Etſi erat *Clearchus* hic »vir magnus, & in Ariſtotelica philoſophia adprime ver»ſatus; nihil tamen video in hac definitione, quod praeceptoris ſubtilitatem aut ἀκρίβειαν reſipiat. Nam quis ta»lem πλοκὴν verborum pro vera definitione habeat? *Gri»phus eſt problema ludicrum* [vel, *illuſorium*,] *quo iubetur »ut veſtigatione mentis quod propoſitum eſt inveſtigetur; hono»ris aut multae gratia in medium prolatum.* Caeterum *griphi* »appellationem latius producunt & Clearchus & Dipno»ſophiſtae, quam caeteri ſcriptores & univerſum (opi»nor) vulgus olim Graece loquentium. Illis *Griphus* »eſt *quaeſtionum convivialium ſpecies propria, aenigmati ſi»millima, rem quam ſignificat ambagibus de induſtriâ tegens.* »[conf. Schol. ad Ariſtoph. Veſp. 20. & Heſychium in

c voce.] »*Clearcho* non ſolum τὰ αἰνιγματώδη problema»ta *griphi* nomine continentur: ſed omnes in univerſum »quaeſtiones, quibus ſoliti docti convivae inter ſe ludere »ad oſtentationem vel acuti ingenii, vel eruditionis, vel »memoriae. Utimur hac partitione, ut omnia problema»ta complectamur, quae *griphi* nomine Clearchus eſt »complexus. Lege omnia griphorum exempla, quae ex »eius libris ſtatim & iterum poſt aliquammulta recitan»tur: nullum in iis reperies, cuius ſolutio ſpecimen acu»minis habeat; ſed aut eruditionis, id eſt, πολυμαθίας »& πολυαναγνώσεως, aut memoriae: quod genus pluri»mum fuiſſe frequentatum arguit μνημονίων appellatio. »Sic enim vocarunt auctore Theodecte, peculiari nomi»ne ea problemata, ad quorum ſolutionem maximum & »praecipuum in memoria praeſidium. [vide Polluc. VI. »108.] Longe aliter habet in caeteris, quae ex aliis ſcri»ptoribus commemorantur: ad quorum enodationem quis»quis acceſſerit imparatus ab ingenii acumine, fretus eru»ditione aut memoria, is meo iudicio promovebit non »multum. Generis loco poſuit Clearchus in ſua griphi »definitione, aut verius, quaſi-definitione, πρόβλημα: »alii λόγος: ut qui ita circumſcripſerunt: Γρίφος λέγεται »ὁ δύσκολος καὶ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν »ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον. [Sic Suidas, in Γρῖφος.] Utrum»que diverſo reſpectu verum eſt: griphus per ſe conſi»deratus, oratio eſt: cum alteri proponitur ad ſolven»dum, problema. Sic in hiſtoria de Samſonis aenigma»te, hebraicam vocem *hhidáh* [Iudic. XIV. 13.] verte»runt LXX. πρόβλημα: Ioſephus, λόγον. Addit Clearchus »παιστικὸν: [ſive, ut noſtri codices, ἐπιπαιστικὸν,] ut »*iocoſa* haec problemata, quibus inter pocula ſaturi con»vivae ſe oblectabant, diſtinguat ab iis quae ſerio tra»ctantur a ſapientiae candidatis. Revera enim ludus & »iocus res erat tota. Ioſephus de Samſone, epulas nu»ptiarum ſuarum apud Thamnitas celebrante: Τοῦ πότου »προβαίνοντος καὶ παιδιᾶς οὔσης, οἷα φιλεῖ παρὰ τοῖς »τοιούτοις καιροῖς, ὁ Σαμψὼν εἶπεν· Ἀλλὰ προβάλλοντος »ἐμοῦ λόγον, εἰ λύσετε τοῦτον ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ ποιούμενοι »τὴν ζήτησιν, ὀθόνας καὶ στολὰς γέρας τῆς συνέσεως κατ' »ἄνδρα ἕκαστον φέρεσθε παρ' ἐμοῦ. Iulius tamen Pollux, »[VI. 107.] poſteaquam zetemata iſta συμποτικὰ ſive κυ»λίκεια in duo tribuenda docuit, αἰνιγμα & γρῖφον: ita

» haec duo distinguit: καὶ εἶχε τὸ μὲν αἴνιγμα παιδιάν· c
» ὁ δὲ γρίφος καὶ σπουδήν. Quibus verbis significari videa-
» tur, aenigmatum materiam iocos esse & sales: griphorum vero res serias & graves. Quare minus recte aut
» vere dixerit Clearchus γρίφον εἶναι πρόβλημα παιστικόν.
» Sed alia profecto mens Pollucis: neque ille unquam ivit
» negatum, etiam *griphum* habuisse παιδιάν; sed hoc dicit, griphum praeter ludum & iocum etiam solidae eru-
» ditionis aliquid admixtum habuisse: quod nemo negaverit, qui Clearcheos griphos consideraverit. Athenaeus
» infra hoc libro [pag. 457. c.] ex eiusdem Clearchi li-
» bro primo De Paroemiis: Τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλ-
» λοτρία φιλοσοφίας ἐστί. καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας
» ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο. Et iterum paullo post:
» [ib. f.] ὥστε τὴν παιδιὰν μὴ ἀσκεπτον οὖσαν, μίνυμα γί-
» νεσθαι τῆς ἑκάστου πρὸς παιδείαν οἰκειότητος. Adiiciam
» hic locum Aristophanis, ex quo clare colligitur, & cuiusmodi essent griphi conviviales veterum, & quo-
» modo solerent proponi. Sic ille initio Vesparum, Cleonymi ῥιψάσπιδος ignaviam traducens:

» Οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος.
» Πᾶς δὴ, προσερεῖ τις πρὸς τοῖς συμπόταις λέγων·
» ὅτι ταὐτὸ ξηρίον ἔν τε γῇ κἀν οὐρανῷ
» κἀν τῇ θαλάττῃ γ' ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα.

» *Griphi materiam*, inquit, *praebet Cleonymus. Poterit enim*
» *aliquis inter convivas hoc* γριφῶδες *problema iactare, eo-*
» *quod sit illud animal, quod in terra, aëre, mari clypeum*
» *amisit.* « CASAUBONUS. — Caeterum satis notum, γρίφον proprie *rete* vel *sagenam piscatoriam* dici, indeque nomen inveniisse istud captiosarum quaestionum genus.

Ἐν δὲ τῷ περὶ Γρίφων &c. » Quemadmodum Aristote-
» les, exposita naturâ τερθρειῶν sophisticarum, certos sta-
» tim modos proponit nobis solvendi omnia sophismata:
» sic Athenaeus, ubi *griphorum naturam* ex Clearcho nos
» docuit, continuo *species eorum diversas*, ex diversis principiis originem trahentes, explicare aggreditur. Sic igi-
» tur ille ex eodem quidem CLEARCHO, sed libro non eo-
» dem. Apponam autem integrum locum, tui Lector com-
» modi caussa: multa enim nobis in eo animadvertenda.
» Ἐν δὲ τῷ περὶ Γρίφων ὁ αὐτὸς Κλέαρχος φησὶν, ἑπτὰ εἴ-
» δη εἶναι γρίφων. ἐν γράμματι μὲν, οἷον ἐροῦμεν ἀπὸ τοῦ
» ἄλφα ὡς ὄνομά τι ἰχθύος ἢ φυτοῦ. ὁμοίως δὲ κἂν ἔχειν

c »τι κελεύῃ τῶν γραμμάτων, ἢ μὴ ἔχειν. καθάπερ οἱ ἄσι-
»γμοι καλούμενοι τῶν γρίφων. ἔθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ
»ἐποίησεν ὠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέν-
»τος. Ἐν συλλαβῇ δὲ λέγονται γρίφοι, οἷον ἐροῦμεν ἔμμε-
»τρον ὅ τι δήποτε οὗ ἡγεῖται βα, οἷον βασιλεύς· ἢ ὧν ἔχει
»τελευτὴν τὸ ναξ, ὡς καλλιάναξ· ἢ ὧν τὸ λέων καθη-
»γεῖται, οἷον Λεωνίδης. ἢ ἔμπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον
»Θρασυλέων. Ἐν ὀνόματι δὲ ἐροῦμεν ὀνόματα ἁπλᾶ ἢ σύν-
»θετα δισύλλαβα, οὗ μορφή τις ἐμφαίνεται τραγική. ἢ
»πάλιν ταπεινὰ ἢ ἀθέα ὀνόματα, οἷον Κλεώνυμος. ἢ
»θεοφόρα, οἷον Διονύσιος. καὶ τοῦτο εἴτε ἐξ ἑνὸς θεοῦ ἢ
»πλεόνων, οἷον Ἑρμαφρόδιτος. ἢ ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀρχεσθαι,
»Διοκλῆς· ἢ Ἑρμοῦ, [temere in Animadv. omissum hoc no-
men Ἑρμοῦ, quod libri omnes agnoscunt] »Ἑρμόδωρος. ἢ
»λήγειν, εἰ τύχοι, εἰς νῖκος. Facit *Clearchus septem gri-*
»*phorum species*, sive τρόπους τοῦ γρίφους προβάλλειν.
»Cogitent studiosi de hoc numero: nam si griphi appel-
»lationem tam laxe hic accipit Clearchus quam in supe-
»riore loco, quem proximo capite tractabamus; non est
»dubium, multas esse griphorum ideas praeter comme-
»moratas hic ab illo. Quin videntur expositi hic sirpi a
»doctore Solense, toto genere diversi esse ab iis quos
»alii omnes scriptores *griphos* aut *aenigmata* appellabant.
»Non igitur ἁπλῶς omnium griphorum species sunt se-
»ptem: sed unius tantum generis illorum, quo veteres
»fidem *memoriae* suae in veterum lectione periclitaban-
»tur. Quamquam huius ipsius generis alias species hic
»praetermissas ex eodem Clearcho sub libri finem refert
»Athenaeus: itemque libro XIV. alias. [pag. 648 extr. &
»seq.] Eum locum, necessario cum iis quae hic reci-
»tantur comparandum, describemus integrum. Sic ille:
»Τοῦ δὲ ἡμῖν παρακειμένου μελιπήκτου μέμνηται Κλέαρ-
»χος ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ Γρίφων, οὕτωσὶ λέγων· Σκεύη κε-
»λεύοντα λέγειν ὅμοια, εἰπεῖν, τρίπους, χύτρα, λυχνεῖον,
– – – Καὶ πάλιν ὄψων, οὕτως· ἔτνος, φακῆ, ταριχος, ἰχθὺς,
»γογγυλὶς, – – – Ἐπί τε τῶν τραγημάτων ὁμοίως· ἄμπε,
»πλακοῦς, ἔντιλτος, ἴτριον – – – ἀμύγδαλα. Ergo nihil
»accurati in hac partitione, nihil subtilis. Sed nec cuivis
»promtum, *septem* quae dicuntur *species* in sequentibus
»verbis denotare. Nam aut plures videantur non iniuriâ
»recenseri, aut pauciores. Si summas differentias spec-
»mus *Clearchi* verbis comprehensas, tres solum gri-

» phorum aperiuntur fontes: *litera*, *syllaba*, *nomen*: ſin c
» omnes diſtinctiones attendamus expoſitas verbis quae
» adſcripſimus, decem, non ſeptem tantum, griphorum mo-
» di invenientur. [De ſeptenario vero numero diſerte con-
ſentiens vetus Ariſtophanis Interpres, ad Veſp. 20. ait:
Ἑπτὰ δὲ ἀναγράφει γρίφων γένη ὁ Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ
Γρίφων συντάγματι.] » Septem erunt ſi hanc ineamus par-
» tiendi rationem:

» I. Ἐν γράμματι. *Griphi in litera poſiti* duo mo-
» di oſtenduntur, qui veteribus in uſu. Praemium ei pro-
» ponebatur qui proferendis piſcium plantarumve aut ſi-
» milium rerum *nominibus*, *a certâ literâ* (puta α) *incipien-*
» *tibus*, ſodales antevertiſſet: aut plura recenſuiſſet. In
» utro poſita eſſet victoria, celeritate nominandi, an
» copiâ nominum, Clearchus non declarat. Nobis du-
» bium non videtur, horum alterum aut utrumque ſpe-
» ctatum eſſe in huiusmodi muſicis certaminibus. Piſcium
» autem nomina quorum prima litera ſit α, plurima apud
» Graecos, etiam praeter illa quae libro ſeptimo in or-
» dinem coacta legimus: plantarum item plurima, ut ἄμ-
» πελος, ἀμυγδάλη, ἄκανθα, ἄνηθος, ἄνησος. [ἄνισον, pu-
to, voluerat.] » Hic prior eſt modus: alter ſequitur:
» cum iubebant *nomen* aliquod proferre *quod certam li-*
» *teram haberet*; aut contra *quod certam literam non habe-*
» *ret*. Exempli gratia: piſcis nomen ubi litera canina;
» ῥίνη: ubi non eſt eadem litera; ἀμία: ſic de caeteris.
» Addit καθάπερ οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων. Intel- d
» ligit *problemata* γριφώδη iactari ſolita in conviviis, quo-
» rum erant formulae conceptae *ſine ullo ſibilo*, *aut literâ*
» *ſigma*. Certum eſt multos e veteribus literae illius ſi-
» bilum refugiſſe, adeo ut non pauci carmina integra
» ſine ſibilo compoſuerint. Tryphiodorus quidam Odyſ-
» ſeam λειπογράμματον, cui nullum inerat ſigma, olim
» ediderat, ut narrant Poëtae interpretes. [Euſtath. ad
Odyſſ. pag. 4. l. 13.] » De *Pindaro* ſubiicit Athenaeus,
» ἔθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ ἐποίησεν ᾠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τι-
» νὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος. *Unde etiam Pindarus odam*
» *fecit ubi exemplum eſt literae σ. ceu gripho quodam propoſito*
» *in lyrica facultate.* Et falſa & inepta eſt ſententia quam
» ex his verbis eliciunt homines eruditi. Graecorum πρὸς
» multifariam accipitur: eſtque hîc opus iudicium interpretis.
» Nam ex praecedentibus non erat difficile divinatu, quid

d » hîc ſignificet πρὸς τὸ σ ποιεῖν ᾠδήν. Praeterea explicat ſeſe » Clearchus idem infra non longe, cum ſcribit, compoſuiſ- » ſe Pindarum odam ἀσιγμοποιηθεῖσαν: id eſt, *in qua nullum* » *erat σ.* « [Vide p. 455. b. c. & ibi not. In tota ſuperiori ῥήσει nil mutat vetus codex *A.*]

» II. Ἐν συλλαβῇ. *Griphi in ſyllabae obſervatione poſiti*, » duo proponuntur modi. Alter eſt, *verſum dicere qui a certâ* » *ſyllabâ incipiat*, puta βα: ut,

» Βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου.

» &, Βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἣν δίκαιος ᾖ.

» Adiicit Clearchus, οἷον βασιλεύς: quod ita interpretamur, » *ut ſi quis proferat verſum incipientem a voce* βασιλεύς: ut » hic e Phoeniſſis Euripidis,

» Βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις.

» Sic etiam interpretamur ſtatim ὃς καλλιάναξ. Dalecam- » pius accipit aliter utrumque: quare etiam ἔμμετρον, ver- » tit, *dictionem verſibus accommodatam.* Negamus nos, dari » poſſe ullam vocem quae non poſſit accommodari alicui » metro; plurima enim ſunt & diverſiſſima genera metro- » rum: nulla igitur vox erit οὐκ ἔμμετρος: quare nulla hîc » erit difficultas; nullum diligentiae aut memoriae argu- » mentum. Idem Dalec. pro ἐροῦμεν *dicemus*, ſcribit ἐρούμε- » θα: [nempe, *rogamus*, vertit:] nobis placet quod vulga- » tum eſt ſcriptumque in omnibus antiquis, ἐροῦμεν ἔμμε- » τρον, *verſum recitabimus.* Alter modus: *verſum dicere qui* » *deſinat in certam ſyllabam:* puta αξ: ut initio Supplicum » Euripidis,

» Ἀταιδές εἰσιν, οὓς ποτ' Ἀργείων ἄναξ. «

» III. His duobus modis ſubiiciuntur alii duo, quorum » obſervatio non in unica ſyllaba eſt poſita, ſed in duabus. » Si volumus in *Clearcheis* verbis *ſeptem* quas pollicitus eſt » *ſpecies* invenire; ſeparandi huius generis griphi a praece- » dentibus. Perſpicua magis fuerit partitio, ſi ſcribatur: ἢ » ἐν συλλαβαῖς, οἷον ὧν τὸ λ. κ. Prior eſt illorum, ὧν » τὸ λεων καθηγεῖται, οἷον Λεωνίδης: id eſt, *verſum dicere* » *cuius duae primae ſyllabae ſint* λεων; *ut ſi inchoet a nomine* » Λεωνίδης. Poſterior modus, ἢ ἔμπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον » Θρασυλέων: *verſum dicere qui deſinat in ultimas ſyllabas* » λεων; ut cuius vox poſtrema fuerit Θρασυλέων. Poſſumus » vocem ἔμμετρον etiam aliter accipere: ut neque verſum » neque dictionem verſui aptam intelligamus: ſed certum » pedem metricum: ut βασιλεὺς exemplum ſit dictionis a

»βα incipientis, quae conſtet anapaeſto; καλλιάναξ, di- d »ctionis in αξ deſinentis, quae conſtet choriambo: Λεω- »νίδης exemplum eſt iambicae dipodiae, ſive ταυτοπο- »δίας: Θρασυλέων, quarti paeonis. Statuet lector eruditus, »utram interpretationem ſit ſatius ſequi. « [Nobis ſuperior interpretatio haud dubie vera videbatur. Ad Athenaei vero ſive Clearchi verba quod ſpectat, praeter neceſſitatem vir doctus in contextu ſic poſuit, τὸ λέων καθηγεῖται, pro τὸν λέοντα καθηγεῖσθαι, quod cum ed. Ven. & Baſ. tenet ms. *A*. nec aliud in ſuo exemplo reperiſſe Breviator videtur. Sed duas voces ἢ ὦν, quae in vett. editt. temere omiſſae erant, recte adiecit idem Caſaubonus.]

»IV. Ἐν ὀνόματι. Omnes quae deinceps explican- »tur ſpecies griphorum ad unum caput referri poſſunt: »verſantur enim omnes in *nominis* cuiuspiam obſerva- »tione. Sed ut *ſeptem* illae *ſpecies*, de quibus dictum eſt, »inveniantur; neceſſario ſeparatim explicabimus ſingu- »los modos qui hîc proponuntur. Ait igitur, ἐν ὀνόματι »ἐροῦμεν ὀνόματα ἁπλᾶ ἢ σύνθετα δισύλλαβα, οὗ μορφή »τις ἐμφαίνεται τραγική. *Griphus ut ſit in nomine, dice-* »*mus, nomina ſimplicia aut compoſita duarum ſyllabarum,* »*ubi tragica ſpecies quaedam appareat:* ſive, *quibus perſona* »*quaepiam tragica repraeſentetur.* Vellem eſſet exemplum a »Clearcho adiectum: nam obſcura mihi haec verba. At- »tulimus duplicem vocis μορφὴ interpretationem: prior »ſpectat tragicarum perſonarum σκευήν, quae deſcribi- »tur fuſe Iulio Polluci libro quarto, capite XIX. Senſus »eſt, proferendum eſſe aliquod nomen quo deſignetur »ornatus alicuius tragicae perſonae: puta, regis, aut »reginae, aut alicuius ſenis, aut vetulae lamentantis, »aut nuncii, vel alius e ſimilibus perſonis, ſine quibus »non fit tragoedia. Poſterior interpretatio [quae multo ſane probabilior,] »ad perſonas ipſas reſpicit, quarum »nomina ex hiſtoria fabulari & ex antiquorum Tragico- »rum fabulis ſunt omnibus obvia. Tragicum nomen ſim- »plex diſyllabum, ut *Tydeus*, *Peleus*, *Oeneus*, *Minos*. »Tragicum nomen compoſitum diſyllabum, ut Ἀτρεύς: »eſt enim ab α & τρέω, & eum proprie ſignificat, qui »eſt impavidus. Νηλεύς, *miſereri neſcius.* Κύκλωψ, Προκλῆς, »Πρόκνη, & id genus.« [Vide quae notamus ad num. ſeq.]

e »V. ὀνόματα ταπεινὰ ἢ ἄθεα, οἷον Κλεώνυμος. *Nomina* »*humilia*, quid aliud interpretari eſt quam humilium per- »ſonarum? puta ſervorum aut ſervarum. ἄθεα nomina, »quae honeſta quidem ſunt, ſed nullius tamen Deûm no- »men in ſe continent, ut Cleonymus, Ariſtoteles, De- »moſthenes.« [At quid opus erat, quo *ſeptenarius Clearchi numerus*, (de quo vel ipſe *Clearchus* vel Athenaeus viderit) compleretur, dirimere quae recte iuncta erant, & copulare diverſa? Nam ſuâ auctoritate, contra librorum fidem, iſtud in contextu ſic poſuit Caſaubonus, ταπεινὰ ἢ ἄθεα ὀνόματα. Recte vero & in editt. vett. & in utroque cod. msto haec iunguntur τραγικὴ ἢ πάλιν ταπεινή. Deinde vero manifeſte rurſus ſibi mutuo reſpondebant & ad unum genus referri debebant iſta, ἢ ἄθεα ὀνόματα, ἢ θεοφόρα.

»VI. ὀνόματα θεοφόρα. Nominibus *atheis*, id eſt, *ſine* »*Deo*, contraria illa *quae Deûm aliquem in ſe continent*, ut »*Dionyſius*; Διόνυσος enim eſt *Bacchus*: vel plures, ut »*Hermaphroditus*: inſunt huic vocabulo Mercurii & Vene- »ris nomina. Aliquando proferenda erant nomina quo- »rum ἀπὸ Διὸς principium, ut Diocles: aut ἀπὸ Ἑρμοῦ, »ut Ἑρμόδωρος.«

»VII. ὀνόματα λήγοντα, εἰ τύχοι, εἰς νῖκος: ut Ari- »ſtonicus, Demonicus, Callinicus. Non video magnum »diſcrimen inter hanc & tertiam ſpeciem.«

»Addit Clearchus: Οἱ δὲ μὴ εἰπόντες οἷς προσεττάττε- »το ἔπινον τὸ ποτήριον. *Qui non dixerant quod iuſſi fuiſſent*, »*poculum bibebant*. Non exponit quale illud poculum fue- »rit: propterea ſubiicit Laurentius, καὶ ὁ μὲν Κλέαρχος »οὕτως ὥρισατο. τί δὲ ἐστὶ τοῦτο τὸ ποτήριον, καλέ μου Οὐλ- »πιανὲ, ζήτει. In extremo libro [p. 458 extr. & ſeq.] ſatis »fit quaeſtioni huic: & ex Antiphanis Ganymede doce- »tur, muriam ſolitam infundi in eorum poculum qui non »potuiſſent quod fuerant iuſſi praeſtare. Diſerte Antipha- »nes, Ἅλμης ἔχρην τι περιφέρειν ποτήριον. Hoc ipſum & »Pollux confirmat: [lib. VI. ſect. 107.] ὁ μὲν λύσας, γέ- »ρας εἶχε χρεῶν τινα περιφοράν. ὁ δὲ ἀδυνατήσας, ἅλμης »ποτήριον ἐκτιεῖν. Sed non arbitrandum eſt certam ullam »poenam fuiſſe ita moribus receptam, ut eius conſuetudo »apud Graecos omnes obtinuerit. Heſychius, [voce Γρῖ- »φος] pro *muria*, *merum* iſtis propinat, aut *aquae cadum*. »Idem cenſendum & de praemio rectae reſponſionis:

» quod apud alios aliud ſolitum proponi ne dubitandum e
» quidem eſt. Non praetermittam ſuper hoc mirifica Eu-
» ſtathii verba e XXII. in Odyſſeam commentario [pag.
» 785. l. 9.] Γρῖφος, ait, δύσκολον ζήτημα ὃ ἐν συμποσίοις
» ἔλεγέ τις, προκειμένης φιάλης οἴνου γεμούσης. καὶ ὁ ἐπι-
» λυσάμενος τὸ ἀπορηθὲν, ἐξέπινεν. εἰ δὲ μὴ, ὁ ἀπορήσας
» ἐνεφορεῖτο τῆς φιάλης. Quis fando accepit ſimile genus
» certaminis? cum victo victorique par & eadem condi-
» tio proponitur: &, ut ait poëta, ἐν ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς
» ἠδὲ καὶ ἐσθλός. Sic enim dicit: *qui griphum ſolvit, appo-*
» *ſitam vini phialam ebibit: qui victus difficultate ſuccubuerit,*
» *phiala ſe ingurgitat.* Sed praeſtat exponere ὃ ἀπορήσας, *is*
» *qui griphum propoſuit.* Hoc melius.« — [Vide vero, ne
ἐρωτήσας, non ἀπορήσας, ſcripſerit Euſtathius. Nam ἀπο-
ρέω quidem interdum latine *quaero* redditur: ſed longe id
diverſa notione, nempe quatenus philoſophus *dubitando*,
& in omnes partes id de quo agitur verſando, *veritatem*
quaerit.]

AD CAP. LXX.

Περὶ τῶν γρίφων Ἀντιφάνης μὲν ἐν Κνοιθίδι (ſive Κνοισθί-
δι) ἢ Γάστρωνι φησίν· Ἐγὼ πρότερον &c. Ad priorem iſtum
ANTIPHANIS griphum videamus ſtatim quae copioſe rurſus
CASAUBONUS commentatus eſt. »Supereſt iam, (inquit)
» ut ad *diverſi generis Griphos* vere γριφώδεις, quos *ex an-*
» *tiquis Comicis* recitat deipnoſophiſta, accedamus. Primus
» omnium eſt, quem deſcribere ait ex *ANTIPHANE*, ἐν
» Κνοιθίδι ἢ Γάστρωνι. Iure ſuſpecta nobis prior tituli huius
» vox: ſicut libro ſeptimo dicebamus, capite nono. [ad
VII. 278. e.] »Poëtae verſus infra deſcripſimus:

» Ἐγὼ πρότερον μὲν τοὺς κελεύοντας λέγειν f
» γρίφους παρὰ πότον, ᾠόμην ληρεῖν σαφῶς,
» λέγοντας οὐδέν. ὁπότε τις προστάττεται
» εἰπεῖν ἐφεξῆς, ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει,
» ἐγέλων, νομίζων λῆρον οὐκ ἂν γενόμενον.
» οὐδέποτέ γ' οἶμαι πρᾶγμα παντελῶς λέγειν·
» ἐνέδρας δ' ἕνεκα. νῦν δὲ τοῦτ' ἔγνωχ' ὅτι
» ἀληθὲς ἦν. φέρομεν γὰρ ἔρανόν τιν' ἀν-
» θρωποι δέκ' οὐ φέρει δὲ τούτων τὴν φορὰν
» οὐδείς. σαφῶς οὖν ὅ, τι φέρων τις μὴ φέρει
» τοῦτ' ἔστιν. ἦν δ' ὁ γρίφος ἐνταῦθα ῥέπων.

f » Non ſolum interpretes Athenaei, ſed etiam alii viri eru-
» diti, qui in colligendis exponendisque antiquis griphis
» poſuerunt operam, crediderunt griphum, cuius hic *AN-*
» *TIPHANES* meminit, non alio quam ad *eranos* & *collectas*
» *conviviales* pertinere. Ut longe aliter ſentiamus, comici
» verba nos impellunt: ex quibus difficile non eſt intel-
» lectu, *iactatum fuiſſe vulgo in conviviis griphum hunc, &*
» *ſingulos convivas de eo ſolitos ordine interrogari*, ut is de-
» mum auferret praemium qui rem acu tetigiſſet. Quod
» autem eranis hìc accommodatur: etſi non eſt illepidum
» commentum: a vera tamen interpretatione, & eâ ſen-
» tentiâ quam griphi auctor animo conceperat, prorſus
» alienum videtur. Sed profecto ita eſt: qui apud Anti-
» phanem haec loquebatur, non id agebat, ut ſeria re-
» ſponſione propoſitum ſibi griphum ſolveret: ſed per lu-
» dum & iocum illiberalibus eraniſtis eum applicat. *Puta-*
» *vi hactenus*, ait, *nugas agere eos qui in conviviis griphos*
» *ſolvendos proponerent, cuiusmodi hic eſt: Quidnam illud*
» *sit, quod ferens aliquis, non fert tamen.* Hoc
» inquam, ait ille, putabam merum nugatorum hominum
» commentum, omni veritate caſſum, quodque interpre-
» tationem nullam admitteret. *Nunc autem rerum experimen-*
» *tis edoctus, ſententiam veram eo gripho contineri didici. Nam*
» *ecce*, cum inter nos ſodales decem conveniſſet, ut quis-
» que pecuniam aliquam conferret ad coenam, ut una eſ-
» ſemus apud unum ex ipſis, qui omnium mandatu coe-
» nam parare iuſſus fuerat: ille quidem coenam paravit:
» & reliqui ſodales, ut convenerat, apud illum coena-
» runt: pecuniam vero nemo eorum contulit: nemo ſym-
» bolam dedit: omnes tamen eraniſtae haberi volunt, non
» gratis excepti convivae. Quare in iſtis ſolo nomine era-
» niſtis, non reapſe eranum pendentibus, verum appa-
» ret quod aiebat griphus, eſſe qui ferentes aliquid non
» ferant. Vel ſic interpretare: [quae commodior haud
dubie interpretatio:] » *Decem ſumus ſodales qui eranum con-*
» *ferimus ad epulas: ſed nemo noſtrum eſt qui totum ferat era-*
» *num: omnes tamen ferre dicimur: ferimus igitur & non fe-*
» *rimus.* «

» Notemus in *primo verſu* τὸ κελεύοντας, *iubentes:* & in
» *tertio* τὸ προστάττεται, *iubetur.* Sic enim fuit moris, ut
» magiſter convivii, aut alius e convivis, poteſtatem ha-
» beret iubendi, ut ad propoſitam quaeſtionem aenigma-

» ticam ſinguli reſponderent. Ideo Clearchus in definitio-
» ne griphi uſus voce προστακτικός. Reſpondebant autem
» eo quo ſedebant aut accumbebant ordine: ideo ait *verſu*
» *quarto*, εἰπεῖν ἐφεξῆς. Nam ἐφεξῆς non eſt *ſubito* aut *con-*
» *feſtim*: ſed ἐπισχερὼ, *deinceps*, *ordine continuo*. Eleganter
» λῆρον οὐ γενόμενον appellat *orationem mere nugatoriam*: con-
» tra apud Demoſthenem οἱ γενόμενοι λόγοι, ſunt *veri ſer-*
» *mones*. *Sextum* verſum menda non carere ſatis liquet:
» nam ὤμην ſaltem erat dicendum non οἶμαι. Sed aliud poë-
» tam cenſemus ſcripſiſſe. Lego, Οὐδέποτέ γ' ὄν τι πρᾶ-
» γμα παντελῶς λέγειν: vel ὄντα πράγματα: *putabam eos*
» *dicere quae nullo modo eſſent in rerum natura, ſed mera com-*
» *menta*. Melius ſcribas in *ſeptimo*, Ἕνεκα δ' ἑνέδρας: *ſo-* a
» *lum decipiendi cauſſa*; ut in re nihili occupatos ſic homi-
» nes tenerent, tanquam in re ſeriâ. (*Octavum & nonum*
» ita concipi malebat SCALIGER: φέρομεν γὰρ ἄνθρωποι
» δέκα Ἐρανόν τιν'· οὐ φερ.)« [Iſta in ed. Caſ. 2. & 3. ad-
iecta.] » *Undecimus* eſt Ariſtophanis [ex Pluto, vs. 51.]
» mutatus leviter, Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς ἐνταῦθα ῥέπει.
» Caeterum griphum hunc interpretari ex mente auctoris,
» fortaſſe difficile eſt: illud non nimis difficile, excogita-
» re quî exponas non inepte. Nam verbi gratia, qui equo
» vehitur aut navi, & gladium fert, is quod fert non fert.
» Etiam qui adverſam fert fortunam, is & fert, (ſic enim
» loquuntur omnes linguae) & non fert: κυρίως nempe.
» Pater futurus ſobolis ſuae, prius quam generaverit, eam
» fert & non fert: fert ſemen δυνάμει ἄνθρωπον; actu non
» fert. Cum plures collatis viribus onus ferunt, quisque
» eorum fert & non fert: pro virili fert; in totum non
» fert. Utraque enunciatio aeque vera: ὁ συμβαστάζων
» βαστάζει, & ὃ συμβαστάζων οὐ βαστάζει. (*Ex ed. Caſ.*
2. & 3. » Atque hoc adeo verum eſt, ut non dubitet Iu-
» lianus Iurisconſultus dicere, ſubtili ratione furtum trabis
» excuſari poſſe, quam plures ſimul abſtulerint. Locum
» viri prudentis, quia huic gripho facem allucet, adſcribam
» e libro IX. Digeſtor. *Multa*, inquit, *in iure civili contra*
» *rationem disputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innu-*
» *merabilibus rebus probari poteſt. Unum interim poſuiſſe conten-*
» *tus ero. Cum plures trabem alienam furandi cauſſa ſuſtule-*
» *rint, quam ſinguli ferre non poſſent; furti actione omnes teneri*
» *exiſtimantur, quamvis ſubtili ratione dici poſſit, neminem eo-*
» *rum teneri: quia neminem verum ſit eam ſuſtuliſſe.*) Sexcenta

a »alia poſſunt excogitari. Atque hoc de induſtria quaeſi»tum videtur, ut eiusmodi problemata proponerent, quo»rum poſſet afferri multiplex interpretatio. Ita poterant »ſinguli convivarum ingenium exercere. Quod diximus, »Antiphanem detorſiſſe hunc ſirpum ad eos qui collectas »non ſolverent, probatur non obſcure ſequentibus ver»ſibus:

»Ἀλλ' οἷα λογοποιοῦσιν ἐν τῷ πράγματι,
»οἱ τἀργύριον μὴ κατατιθέντες· ὡς σφόδρα
»Φίλιππος ἀρ' ἦν εὐτυχής τις, νὴ Δία.

»Quorum tamen ſententia, ex iis quae non extant pen»dens, pervideri non poteſt.« — Haec CASAUBONUS: quibus nonnulla adiicienda nobis ſuperſunt.

Ac de titulo quidem *ANTIPHANEAE fabulae* nihil nobis compertum eſt praeterquam quod ad VII. 287. e. adnotatum. Scripturam Κνοιθίδι h. l. tenet ms. *A.* cum ed. Caſaub. Κνοιθίσι vero habent ed. Ven. & Baſ. GROTIUS in Excerpt. pag. 611. ubi hanc ipſam eclogam exhibet, Κνοισθίδι ſcripſit: neſcio utrum ſuperiorem illum locum ſpectans, an alio quopiam argumento nitens. Nobis cum nihil occurreret, cur alteram ſcripturam alteri praeferremus, ſuo utramque loco, ut praeibat vetus liber, tenuimus. In *ANTIPHANIS verſ.* 2. πῶτον ſuo more per ω ſcribit cod. *A.* tum ᾤμην, contra metrum, pro ᾠόμην. In *Epit.* priores verſus ſic contracti: πρότερον μὲν ἀκούων ὅτι φέρων τις μὴ φέρει, ἐγέλων &c. Etiam *quartus* verſus parum emendate ſcriptus in ms. *A.* in quo τις εἰπὼν, pro εἰπεῖν, & nudum τι pro ὅ τι. Recte vero iſta in editis curata. Quod ad diſtinctionem ſpectat orationis, parum intereſt ad ſententiam, utrum ὁπότε τις &c. ad ſuperiora referas, & interpungas dein poſt φέρει: an cum GROTIO ante ὁπότε interpungas, poſt φέρει vero nonniſi comma ponas. In ed. Ven. & in ms. *A.* nullibi prorſus in iſtis verſibus diſtinguitur oratio. *Verſ.* 6. Ubi οὐδέποτέ γ' ὄντι corrigebat Caſaubonus, ibi commodius videri poterat γ' ᾤμην, quod GROTIUS poſuit; cuius etiam verſionem latinam cum hoc verſu, tum in totâ ecloga, Graecis ſubiecimus. At, verum ſi quaeris, & Caſauboni ratio & Grotii tautologiam huc ingerunt vix ferendam: tenendumque omnino vulgatum videtur, quod uterque codex mſtus tuetur:

οὐδέποτέ γ' οἶμαι πρᾶγμα παντελῶς λέγειν:

in hanc sententiam: *Puto sane*, (nempe, *etiam nunc quidem* a puto,) *numquam illos rem omnino dicere:* id est, numquam dicere aliquid quod *re ipsa & in facto* (ut aiunt) mirum sit & praeter opinionem; sed id quod mirum & praeter opinionem est, nonnisi *in verbis* inest *captiose & insidiose prolatis*, ἐνέδρας ἕνεκα. Nempe hoc ait: Olim putaveram, plane nihil & nullam omnino sententiam inesse istiusmodi problematis: nunc didici quidem & intelligo, admittere ea probabilem aliquam interpretationem, & veram sententiam; sed eam talem, quae ostendat, rem quae dici videbatur nullam esse, & omne artificium in verbis latuisse. *Vers.* 7. Nullam cassam vidi, cur ἕνεκα δ' ἐνέδρας inversâ verborum serie scriptum Casaubonus maluerit: ad sensum sane nil refert, ad versum vero non minus apta est vulgata scriptura, quam firmant ambo mssti.

Octavum & nonum versum GROTIUS sic concinnavit:

ἀληθὲς ἦν· ἐφέρομεν γὰρ ἔρανόν τινα
ἄνδρες δέκ'. —

At damnabat versum *pes spondeus* in quarta senarii sede. Quare haud dubie praeferenda fuit SCALIGERI ratio a Casaubono commemorata. *Vers.* 11. recte γρῖφος penultimâ circumflexâ dedit ed. Ven. ut poscebat metrum: temere γρίφος ed. Bas. & Cas. Sed perperam εἶ θ' ὁ, ed. Ven. & Bas. pro ἦν θ' ὁ, quod cum ed. Cas. tenet ms. *A.*

Postremos versus omisit Breviator: codex *A.* vero cum ed. Cas. consentit; & haec ipsa nil caeteroquin discedit ab ed. Ven. & Bas. nisi quod in illis *vers. ult.* perperam εὐτυχής τισι, pro εὐτυχής τις. Caeterùm in iisdem tribus postremis versibus ex eo exsistit obscuritas, quod, quo pacto distinguenda sit oratio, haud sane liquet. In ed. Cas. *comma* ponitur *vs.* 13. *post* πράγματι: & punctum *vs.* 14. *post* σφόδρα: in reliquâ oratione nulla distinctio, ut copulentur etiam *vers.* 15. verba illa, Φίλιππος ἆρ' ἦν &c. In ed. Ven. vero prorsus per omnes tres postremos versus nulla distinctio comparet: eademque videtur ratio in ms. *A.* obtinere. Ita fit, ut de naturali sermonis constructione, adeoque de totius ῥήσεως sententiâ minus constet. GROTIUS quidem, audacius multa mutans, sic scripsit, & distinxit:

»Ἄλλοι δὲ δολοπλοκοῦσιν αὐτῷ πράγματι,
»οἱ τἀργύριον μὴ κατατιθέντες, ὡς σφόδρα
»Φίλιππος. Β. Ἆρ' ἦν εὔστοχός τις νὴ Δία. b

Quae sic ille Latine vertit, ut nos sub contextu posui-

b mus. Monuitque *idem* in Notis: »Ἄλλοι δὲ δολοπλοκοῦσιν. Sic emendavimus pro ἀλλ' οἷα λογοποιοῦσιν. *Condono*, inquit, *his qui in verbis perplexantur: non & his qui in negotiis.*« Tum rursus ad *vers. ult.* »Φίλιππος. B. ἀρ' ἦν εὔστοχος &c. Nescio an nos εὔστοχοι fuerimus, cum hunc »locum sic emendavimus appositâ novae personae notâ. »Triconem quemdam nummarium, *Philippum* nomine, »traduxerat prior: alter ait, *hominem esse solertem, qui in rebus, non in verbis, aenigmata faciat.*« — Poteras etiam protervum aliquem *parasitum* intelligere *Philippum:* qui in convivia ex symbolis instituta, ad quae nihil contulisset ipse, invocatus sese ingerere consuesset. Poteras item de *rege Philippo:* qui, ad quae ille *nihil contulisset*, (id est, quae ad illum minime pertinerent) ea per fas & nefas, callidis artificiis utens, *auferre* conaretur. Sed praestat, *non liquet* profiteri. Illud unum monere liceat, metro non convenire Ἄρ' *acute* scriptum, quod GROTIUS voluerat; pro sententia vero, quam ille in animo habuerat, tali quodam modo scriptum oportuisse, Ἦν γὰρ εὔστοχος &c. Quod vero libri habent ἆρ', *circumflexo accentu*; id satis quidem aptum ad versum, sed ad sententiam haud ita commodum videtur. Quo magis expendi meretur coniectura a doctissimo IACOBS in *Notis mss.* proposita: »εὑρεῖν εὐτυχής τις, νὴ Δία. *Sane in griphis explicandis »felicissimus es.*« — Caeterum facile observaverit modice eruditus lector, quem *griphum* in istis dixit comicus poëta, eum parum differre ab illo sophismatum genere, quam *fallaciam compositi & divisi* nominare Dialectici solent.

Ἐν δὲ Ἀφροδισίῳ. »Sequuntur alii *griphi* ex eodem »comico (*ANTIPHANE*) ἐν Ἀφροδίσῳ. Ita omnes codices, mendose. Laudatur alibi [lib. XI. pag. 487. d. & »XV. 666. f.] fabula huius comici, Ἀφροδίτης γονή. De »ea loquitur fortasse, & ἐν Ἀφροδισίῳ dixit, pro ἐν δράματι Ἀφροδίτης.« CASAUBONUS. — Vulgatum Ἀφροδίσῳ tenet ms. *A.* quod quidem mendosum esse dubitari non potest. GROTIUS in Excerptis pag. 605. ubi hanc eclogam exhibet, fidenter titulum fabulae hunc praefixit, Ἀφροδισίοις, ἢ Ἀφροδίτης γονῇ: quem latine sic reddidit, *Veneralibus* sive *Veneris Natalibus.* Idem in Florilegio p. 516 sq. aliam Antiphanis eclogam exhibens, a Stobaeo Serm. CXXII. pag. 617. servatam, similiter in orâ adnotavit, *Antiphanis Veneralibus.* Utrum vero ibi Graeci codices Stobaei

Ἀφροδισίοις dederint, non liquet. Nam in prima quidem b Gesneri editione, (fol. 523. b.) nudum Ἀντιφάνους nomen adpositum est, absque fabulae titulo: in duabus posterioribus vero editionibus scribitur *Antiphanis in Aphrodis.* sic decurtata voce. Probat vero Ἀφροδισίοις KOPPIERS, in Obs. Philol. pag. 33. monens, *Aphrodisia*, nobilitatum meretricibus festum, etiam fabulis Theopompi & Menandri titulum dedisse. Et de Theopompi quidem fabula testis est Scholiastes Aristoph. ad Plut. 179. unde videndum satis-ne rectum sit quod apud Nostrum VII. 324. b. citatur Θεόπομπος Ἀφροδίτῃ. De Menandro vero vide Stobaeum Serm. LXII. pag. 398. ubi exserte, *Menandri in Aphrodisiis.* At apud Suidam bis citatur Μένανδρος Ἀφροδισίῳ, in voc. Ἀλήθεια & Ἀναθέσθαι. Et apud Grammaticum San-Germanensem (quod idem KOPPIERS ibid. pag. 14. adnotaverat) diserte etiam citatur Ἀντιφάνης Ἀφροδισίῳ. Quare hoc, quod ad librorum Athenaei scripturam proxime accedit, tenendum putavi.

Vers. 1-6. Πότερ' ὅταν μέλλω &c. »Primum describitur »δι' αἰνιγμάτων olla carnium. Dicitur olla, τροχορυμασίτευκτον κοιλοσώματον κύτος, πλαστὸν ἐκ γαίης, ἐν ἄλλῃ μήτρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ: rotae impulsu factum cavi corporis vas, »fictum e terra, coctum in alio tecto eiusdem matris. Nihil ob»scurum hic. Similis illa *patinae* descriptio alius comici:

»— τῆς τροχηλάτου κόρης
»πίμπλησι λοπάδος στερνοσώματον κύτος.

»de qua libro secundo, capite XXIII. [II. 64. a. confer »etiam I. 28. c.] In membranis & Epit. scriptum τρόχου »ῥύμασι τευκτόν. Non probo. At τὸ ἦ, quod praeponitur »huic voci in omnibus libris, suspicionem movet mihi, »ita scribenda esse praecedentia:

»Πότερον ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω;
»ἦ τροχ. &c.

»*Si tibi habeam verba facere de olla, utrum placet tibi, vel ut* »*ollam dicam, vel ut his* utar ambagibus? Sic paullo post »ἦ σαφῶς πλακοῦντα φράζω σοι; Deinde *carnes agninae in* »*olla coquentes* sic exprimuntur, νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν »αὐτῇ πνικτὰ γαλακτοθρέμμονα ταχεροχρῶτα δικτύου»σαν. Sed vox postrema corrupta est deformiter: neque »in Epitoma ullum eius vestigium. « CASAUBONUS. — Post hunc, eclogam istam curarunt GROTIUS, in Excerpt.

b pag. 605. & KOPPIERS, in Obſervatis Philol. pag. 33 ſq. Et recte quidem omnes adſentiuntur Caſaubono, *primo verſu* repeti debuiſſe vocem χύτραν, quae ſemel tantum poſita erat. Ac totum primum verſum talem prorſus, qualis a Caſaub. propoſitus erat, adoptavit Grotius: cui non eſſe animadverſum mireris, metro neutiquam conſtare rationem, cum tamen ex ſequentibus verſibus ſatis adpareret eſſe cunctos trochaicos ſeptenarios ſive tetrametros catalecticos. Quare perſpecte KOPPIERS monuit, ita concinnandum illum verſum fuiſſe:

Πότερ', ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω;

Ne *ſecundus* quidem talis, qualis & vulgo editus & a Caſaubono defenſus eſt,

ἢ τροχορυμασίτευκτον κοιλοσώματον κύτος,

ferri potuit. Nec ſpernenda erat ſcriptura e membranis & Epit. a Caſaub. prolata, quam eamdem & noſtri codices exhibent. At ea ipſa per ſe non faciebat ſatis, ſed leviter adiuvanda erat, ῥύμαισι ſcribendo; pro ῥύμασι, quod nec ad ſententiam nec ad metrum valebat. Ea etiam emendatio KOPPIERSIO debetur. In ms. *A.* κῦτος ſcribitur: recte κύτος edd. cum ms. *Ep.* *Verſ.* 4. Parum feliciter τέκνα ſcripſit Grotius; pro πνικτὰ, quod bene habebat ſuoque loco ſtabat. Vide IX. 395. f. & Animadv. ad II. 65. d. *Verſ.* 5. Pro ταχεροχρῶτα δικτύουσαν, quod habent editi, ταχεροχρῶτι δικτύουσαν ſcribitur in vetere cod. *A.* ſub quo quid lateat melius, quam quod adhuc prolatum eſt, videant qui ingenio & doctrina valent. Satis placeret ταχεροχρῶτα διαπέττουσαν, quod eſt a Gallico interprete propoſitum, ſi trochaicum metrum in impari ſede pedem anapaeſtum admitteret. Grotius δικτύωσαν ſcripſit, eamdemque ſcripturam in Notis repetiit; quam interpretatus eſt, *in ſe claudit irretitos*. Neſcio an δικτυῶσαν voluerit, quod Koppierſio placuit; quaſi a verbo δικτυάω, quod quidem verbum vix agnoverit Graeci ſermonis uſus. Nos δικτυοῦσαν ſcripſimus, a δικτυόω, quod Graecum ſaltem verbum eſt: quamquam pulcre intelligimus, parum commode cum *reti* conferri *ollam*. Quintus ille verſus in editis terminabatur in voce Ἡράκλεις, non adiectâ diverſae perſonae notâ: tum *ſextus* ab ἀποκτενεῖς usque γνωρίμως decurrebat: *ſeptimus*, a μοὶ πάνυ usque εὖ λέγεις: *octavus*, a ξουθῆς usque μηκάδων:

nonus, a μηκάδων usque ἐγκαθήμενον. Reliqui, usque ad quintum decimum, recte erant distributi. Istos, quos dixi, rectius ad trochaicorum normam digessit GROTIUS, suffragante Koppiers: iidemque *vers.* 6. pro ἄρα, quod penacute vulgo scribebatur, metri caussâ ἆρα correxerunt, penultimâ longâ: quod *profecto* significat.

Vers. 7. »Subiicitur griphus alius, quo *placenta* descri- c
»bitur *ex melle, lacte, farinâ, subtili artificio ficta.* Sic *An-*
»*tiphanes*:

» — Ξουθῆς μελίσσης νάμασίν τε συμμιγὴς
» μηκάδων αἰγῶν ἀπόῤῥουν θρόμβον ἐγκαθήμενον
» εἰς πλατὺ στέγαστρον ἁγνῆς παρθένου Δηοῦς κόρης,
» λεπτοσυνθέτους τρυφῶντας μυρίοις καλύμμασιν.

»Etiamsi non adiecta essent sequentia verba, ἢ σαφῶς πλα-
»κοῦντα φράζω σοι; non erat attendenti obscurum futu-
»rum, *placentam* his versibus describi. In primo scriben-
»dum συμμιγῆ: in postremo λεπτοσυνθέτοις, vide-
»licet καλύμμασι: & τρυφῶντα, nempe θρόμβον.«
CASAUBONUS. — Recte *versu* 7. νάμασιν δὲ (non τε) dedit ms. *A.* quemadmodum dein λιβάδα δὲ scribitur, & κασιόπνουν δέ. Notanda vero *mellis* denominatio, ξουθῆς μελίσσης νᾶμα: quo firmatur elegans viri ingeniosi emendatio, νασμὸς μελίσσης, X. 432. c. Reliqua editorum librorum errata etiam codicem nostrum occuparunt: quorum commodissimas emendationes a Casaub. propositas adoptavimus cum Grotio & Koppiersio.

Vers. 12 *sq.* »Nemo dubitabit, cur vocet *vinum* Βρομιά-
»δος ἱδρῶτα πηγῆς. At proximus versus corruptissimus est:

» λιβάδα δὲ φαίανδρον ὠδὴ παράλιπον, ὕδωρ φάθι.

»Legendum ex Vindelicianis Excerptis:

» λιβάδα φαιδρὰν δροσώδη παρ. —

»vel potius φαιὰν δροσ. quod verum esse nullus dubito.
»De vero aquae colore, & an ullus sit ei color, alibi
»disputamus: sed poëta φαιὰν, *pulli coloris*, appellat Ho-
»meri exemplo, cui semper *aqua* dicitur *nigra*. Passim
»enim in eius poësi κρήνη μελάνυδρος: & μέλαν aut δνο-
»φερὸν ὕδωρ.« CASAUBONUS. — Recte vero φαιὰν δρο-
σώδη dedit uterque noster codex mstus. At claudicabat praeterea versus sub ipsum initium, ubi λιβάδα δὲ habebant editi. Quod commovisse GROTIUM videtur, ut λιβάδα φαίδανδρον corrigeret: quod latine reddidit, *sorde-*

lutricem ſcatebram. Sed aliud ei incommodo remedium obtulere noſtrae membr. *A.* nempe, λιβάδα νῦν φαιὰν, ubi νῦν valet οὖν vel δέ: malebam tamen equidem λιβάδα δ' οὖν. Coniunctivam particulam omiſit Breviator. Quod dein editum erat, παράλιπον, id ſatis placuiſſe Caſaubono videtur, qui intactum reliquit, pro παράλειφον fortaſſe aut παράλιπε accipiens. At nec grammatica ratio, nec metrica, ferebat illud verbum: quod eodem quidem vitio in vetere etiam msto laborare videtur, in Epit. vero deeſt. Perſpecte vero GROTIUS, Παραλιπὼν correxit, & (quod conſentaneum erat) alterius perſonae notam praefixit.

d *Verſus* 14 *& ſeqq.* ſic concepti legebantur:

Κασιόπνουν δ' αὔραν δι' αἰθρας. σμύρναν εἰπέ μοι
μακρὰν, μὴ δὲ τοιοῦτον ἄλλο μηδὲν, μὴ δὲ τοὔμταλιν
λέγων ὅτι δοκεῖ τοῦτ' ἔργον εἶναι μεῖζον ὥς φασί τινες.

Ibi, cum vitioſe κασιόπουν in ed. Ven. & Baſ. legeretur, tacite Κασιόπνουν in contextu poſuit CASAUBONUS, ſuffragante noſtro cod. *A.* (nam in *Epit.* deſunt iſta omnia.) Tum in *Animadverſ.* haec adnotavit: »Κασιόπνουν αὔραν »δι' αἰθρας, interpretatur comicus *myrrham.* Mirum: nam »aliud *caſia*, aliud *myrrha.* Sed videntur *myrrham* lata no»tione poſuiſſe pro *quolibet aromate.* Quare etiam a *mor*, »quod *Hebraeis myrrham* ſignificat, fecerunt μύρον com»mune nomen omnium eius generis. Quia tamen quem »locum habere queat dictio μακρὰν initio inſequentis ver»ſus non video: fortaſſe ſcribendum eſt, σμύρναν εἰπέ μοι »ἰὴ κασίαν. Sed mallet fortaſſe aliquis μιαρὲ pro μακρὰν »reſcribi: hoc igitur κείσθω εἰς μέσον. At in iis quae »adiicit comicus, legi metricae conſulere nunc non labo»ro: ſententiae utcunque conſulueris per hanc lectionem »& interpunctionem:

» — μηδὲ τοιοῦτον ἄλλο μηδέν μοι εἰς τοὔμταλιν
»λέγων, ὅτι δοκεῖ, τοῦτ' ἔργον εἶναι μεῖζον ὥς φασί
τινες,
» αὐτὸ μὲν μὴ λέγειν, παρ' αὐτὸ δ' ἄλλα συστρέφειν
πυκνά.

» *Myrrham*, ait, *dic mihi aut caſiam*, (vel, *o infrunite*,)
» *neque quicquam eiusmodi mihi* dixeris, *loquens contrario mo*»*do* atque omnes alii: *quoniam* videlicet *magnum videtur*
» *nonnullis, rem quidem ipſam non dicere, ſed circa rem alia*
» *multa torquere.* « Haec ille: in quibus multa docte obſer-

vata, nec tamen ad liquidum perducta omnia. Illud quidem felicius atque omnino recte a GROTIO curatum nobis visum erat, quod *versum* 14 & 15. sic constituit:

— Β. Σμύρναν εἰπέ. μὴ μακρὰν
μοὶ τοιοῦτον ἄλλο μηδὲν, μηδὲ τοὔμπαλιν λέγων.

Ubi ad μηδὲν ἄλλο e superioribus intelligendum, verbum εἰπέ: rursusque deinde, ad τοὔμπαλιν λέγων, idem imperativus εἰπὲ intelligendus videtur, hàc sententiâ: *neque mihi contra dicito, allegans* (vel, *neque mihi vicissim hoc oppone, ut dicas*) *magnum aliquod opus hoc videri, ut aiunt nonnulli, nihil ipsum per se* (nempe λέγειν, εἰπεῖν, φάναι, vel φράσαι) *dicere* aut *nominare, sed circa rem multa alia torquere*, vel *convolvere*. Nec enim ullo modo necesse nobis videbatur, μεῖζον in μωρὸν mutare cum GROTIO: cuius tamen latinam versionem hoc loco tenuimus, quoniam ad sententiae summam nihil admodum interesse videbatur.

AD CAP. LXXI.

Καὶ Ἀλεξις δ' ἐν Ὑπνῳ &c. »*Aenigma de Somno*, quod »recitatur ex *ALEXIDE*, circumferebatur debile, & tan»tummodo hemitomum: [nempe *quartus & quintus versus deerant* ed. Ven. & Bas.] »nos alterum hemitomum ex Eu»stathio & membranis adiecimus. Sed perperam distincta »sunt quaedam; ideo hìc describemus:

»Οὔ θνητὸς οὐδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινὰ
»σύγκρασιν· ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει
»μήτ' ἐν θεοῦ ζῇν. ἀλλὰ φέσθαί τ' ἀεὶ
»καινῶς, φθίνειν τε τὴν παρουσίαν πάλιν.
»ἀόρατος ὄψιν, γνώριμος δ' ἅπασιν ὤν.

»*Non est mortalis, neque immortalis, sed habet mixtum tempe»ramentum:* [mediam quamdam naturam] *itaque nec ut »homo, nec ut Deus vivit: sed cum nascatur subinde nove, »perit rursus eius praesentia*, id est, ipse postquam est re»natus; *invisibili specie, notus est omnibus.* Quare *invisibi»lem* somnum dicat, stultum sit quaerere: simul enim na»scitur somnus, & caecus fit homo: simul redit facultas »videndi, & abit somnus. Tamen argutantur Grammati»ci, & eius rei causam afferunt nec causam. Aiunt enim: [nempe sic Eustathius, ad Iliad. ω'. p. 1463. l. 24.] »ἔστι »δὲ τοῦ τοιούτου γρίφου τὸ ἀόρατος ὄψιν, ἐξ Ὁμήρου· ὃς

d »ἀόρατον Διὶ τὸν ὕπνον πεποίηκε: quia dixit poëta, Δία »δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.« CASAUBONUS. — De fabulae titulo obſervemus, Ὕπνον etiam *Antiphani* auctori adſcribi apud Noſtrum, XV. 671. d. alibi vero etiam dubie citari *Alexidem ſive Antiphanem* ἐν Ὕπνῳ, XIII. 572. b. Quod dein ait auctor, τοιούτους γρίφους προβάλλει, malles utique τοιοῦτον γρῖφον, quia nonniſi unum (de *ſomno*) aenigma proponit: ſed nihil mutat vetus codex *A*. In *Epitoma* quidem commode ſic ſcribitur: Ἄλεξις δὲ περὶ ὕπνου τοιοῦτόν τινα γρῖφον προβάλλει. De duobus verſibus, qui prioribus editionibus deerant, adiiciendis e veteribus libris & ex Euſtathio, iam monuerat MURETUS, Var. Lect. XVIII. 2. (in Gruteri Theſ. Crit. T. II. p. 1211 ſq.) & *Adrian.* IUNIUS, Animadverſor. lib. VI. cap. 26. (in Theſ. Crit. T. IV. p. 481.) Potuerat Caſaubonus, ſi Euſtathium cum Athenaei Epitoma diligentius contuliſſet, nos docere, ex *Epitomâ* ibi Euſtathium (ut alibi conſtanter) ſua hauſiſſe: nam, quod pro eo, quod *verſ.* 3. recte in editis & in mſstis operis plenioris codicibus ſcribitur ἐν Ἅιδου (ſcil. μέρει) ζῆν, apud Euſtathium ἐν Θεοῖς legitur, id ipſum ex Epitomâ ductum. Aenigma illud de *Somno*, in Analectis poſuit BRUNCK, Tom. III. pag. 320. num. IX.

e In *ſexto verſu* magna naſcebatur dubitatio, quam non attigit Caſaubonus. Nam quum in editis ſic ſcriberetur:

Παίζειν σὺ χαίρεις ὦ γύναι μ' αἰνίγμασι:

primum, non erat illa dictio, παίζειν σὺ χαίρεις, Attici ſtili: quare merito VALCKENARIUS, ad Phoeniſſ. pag. 180. Παίζουσα χαίρεις legi maluerat. Sed ipſum illud verbum παίζειν prorſus *ignorant veteres mſti*: noſter certe vetuſtiſſimus, & fons reliquorum, illud ignorat, & eius loco vocem αἰεὶ habet, parum quidem commode ſuperioribus ita iunctam, ἅπασιν ὧν αἰεί. σὺ χαίρεις &c. Eamdem vero ſcripturam Breviator quoque in ſuo codice operis plenioris repererat: quare & ipſe ſic ſcripſit, γνώριμος δ' ἅπασιν ὧν ἀεί. Et ſatis etiam adparet, ipſam illam voculam αἰεὶ ſive ἀεὶ, quae ex duorum verſuum intervallo repetita erat, omiſſioni duorum verſuum, quos in vetuſtis editionibus deeſſe diximus, occaſionem dediſſe. Ex quo intelligi par eſt, poſtquam a priori ἀεὶ ad poſterius aberraſſet iunior aliquis librarius, deinde ab alio quodam docto viro (fortaſſe a MUSURO, qui Venetam editio-

nem curavit) connectendae sententiae & complendi metri e caussâ verbum παίζειν *ex ingenio* esse adiectum. Nunc restitutâ voce, quae perierat, percommode ab his verbis incipiebat versus, Αἰσὶ σὺ χαίρεις, ὦ γύναι: modo ne sequeretur sub finem versus illud μ' αἰνίγμασι: in quo accusativus με perapte quidem a verbo παίζεις pendebat; sed, hoc sublato, nihil quo referretur, habebat. Iam ad illam scripturam nulla quidem varietas e nostro cod. *A.* adnotata est: & silet prorsus Epitoma, in qua post verba ἅπασιν ὧν ἀεί. statim illa subiiciuntur, Τίς οὖν τοσαύτην &c. Sed quemadmodum aliis licitum fuerat in locum particulae αἰεὶ verbum παίζειν ex coniectura substituere: sic nobis licitum putavimus, in suum locum reposità illâ particulâ, deinde pro vulgato μ' αἰνίγμασι restituere auctori γ' αἰνίγμασι, quod ab illius manu esse coniectavimus: ac fortasse id ipsum in vetere nostro codice scriptum reperietur, si quis eum denuo excutiendi occasionem fuerit nactus. Porro, pro τοσαύτην equidem τοιαύτην exspectaveram; sed nil mutant libri: valebitque (puto) τοσαύτην φύσιν, *tam miram naturam.*

Εὔβουλος δ' ἐν Σφιγγοκαρίωνι. Idem codex *A.* qui hîc Σφιγγοκαρίονι per ο breve in penultimâ scribit, alibi cum editis in ω longum consentit, III. 80. a. & XIII. 553. a. Quale sit quove pertineat posterius vocabulum, e quo compositum illud nomen est, mihi non compertum: nisi forte sit servi nomen, aut certe hominis servili conditione. Atque id ita esse, perquam probabile fit, primum, ex IX. 377. d. ubi vide notata: tum, quod tale aenigma, quale est quod primum statim proponitur, vix ab ingenuo homine proponi potuisse consentaneum est. Et sicut Καρίων pag. 377. coquus est, sic alium coquum, qui aenigmatice loqui amabat, σφίγγα adpellatum vidimus, IX. 382. b.

Ἔστι λαλῶν ἀγλωσσος. »Insequuntur aliquot *griphi* ex »*Eubuli Sphingocarione* cum ipsorum interpretatione. Gri»phum *hexametris versibus* complexus est poëta, instar ora»culorum, quae saepe fabulis suis eo genere versuum in»serunt comici. Interpretatio *iambicis senariis* scripta est. »Primi griphi *primus versus* ita scribitur in vulgatis libris:

»Ἔστι λαλῶν ἀγλωσσος, ὁμώνυμος, ἀῤῥενόθηλυς.

»Melius scripta lectio, ὁμώνυμος ἀῤῥενι θήλυς: *sive* »*mas, sive foemina, idem habet nomen.*« CASAUBONUS. —

At, si Venetam inspicere editionem doctus Animadversor voluisset, eamdem ibi scripturam erat reperturus: quae quum temere in unam vocem ἀρρενιθῆλυς in ed. Bas. contracta esset, ipse dein Casaubonus suo arbitratu ἀρρενοθῆλυς in sua editione poni iusserat.

Vers. 2. Recte ἄλλοτε λεῖος edd. ubi vitiose δεῖος ambo mssti.

f *Vers.* 3. »Non damno quod est editum, ἀξύνετ' ἀξυνέτοισι λέγων. Coniectura nostra an omnino damnari debeat, viderint eruditi: ἀξύνετα ξυνέτοισι λεγ. Sed iam »coniectura haec non est, postquam ita scriptum reperimus in Excerptis. [Sic recte etiam in nostro ms. *Ep.*] »Quid hic significet, νόμον ἐκ νόμου ἕλκων, melius declarari »non potest quam verbis Aristophanis in Nubib. [vs. 389.]

»χὥσπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ, καὶ δεινὰ κέκραγεν,
»ἀτρέμας πρῶτον παππάξ, κἄπειτ' ἐπάγει παπαπαππάξ.

»Scribe *ultimum iambicum:*

»λεῖος. τί βούλει; πνευμάτων πολλῶν φύλαξ.« CASAUBONUS. — Nempe corrupte, τί βουλεπινευμάτων ed. Ven. cum ms. *A.* (In *Epit.* deest aenigmatis solutio.) tum τί βουλεπνευμάτων ed. Bas. & Cas. *Versu* 3. facile intelligis, νόμον ἐκ νόμου, ridicule, de *modis musicis* dici.

a *Vers.* 10 *sq.* »Transeamus ad proximum griphum. Ait »Eubulus:

»Ἀττελεβόφθαλμος, μὴ πρόστομος, ἀμφικνέφαλος,
»αἰχμητὴς παίδων ἀγόνων γόνον ἐξαφανίζων.

»Hic sane opus habebamus Oedipo: nam haec Sphinx »Davis οὐ ξυνετὰ hic loquitur. *Ichneumonem* intelligi, ipse »auctor griphi docet nos. Posterior versus totus ab eo »est expositus. De priore videamus. Igitur versu isto, »Ἀττελεβόφθαλμος, μὴ πρόστομος, ἀμφικνέφαλος, describitur ichneumon bestia tribus notis. Prima est, quod sit »ἀττελεβόφθαλμος, id est, *oculos habens locustae oculis si»miles:* quarum species una ἀττέλεβος vel ἀττέλαβος di»cta Graecis. In quo autem haec similitudo? Locustarum »genus constat esse ἐξόφθαλμον & σκληρόφθαλμον: *habere »oculos eminentes & praeduros.* Ichneumonis oculi adeo non »prominent, ut κοιλοφθάλμοις adnumerandi sint potius quam »ἐξοφθάλμοις. Restat igitur, ut in oculorum duritie similitudo sit posita. De quo tamen amplius censeo pronuntian-

» dum: nam viſus mihi ichneumon oculorum acie pluri- a
» mum valere; at τὸ σκληρόφθαλμον inter maxima oculo-
» rum vitia: quare non dubitavit olim Nigidius negare
» locuſtas oculos habere. De *oculis ichneumonis* nihil Ari-
» ſtoteles, nihil Plinius, nihil Nicander. Oppianus, philo-
» ſophus & poëta magnus, tribuit ei *oculos igneos*, iſto
» verſu: [Κυνηγετ. III. 435.]

» νάσφι μόνης οὐρῆς τε καὶ ὀφθαλμῶν πυροέντων.

» Item λοξοὺς & *torvum tuentes*, ſed tum quando praedae
» eſt intentus: [ibid. vs. 425 ſq.]

» Δὴ ῥα τότ' ἰχνεύμων δολιὴν ἐπὶ μῆτιν ὑφαίνων,
» λοξοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀπείρονα θῆρα δοκεύει.

» Plinius paulo aliter: [VIII. 24, 36.] *In dimicatione cau-*
» *dam attollens, ictus irritos averſus excipit, donec obliquo*
» *capite ſpeculatus invadat in fauces.* Altera nota eſt, μὴ
» πρόστομος: quae ſi non accipitur caute, falſa eſt.
» Nam ichneumonem *roſtro acutiſſimo* eſſe dubitat nemo:
» quod negari videtur hac voce; πρόστομα enim vocan-
» tur, quae ſunt *acuta*, ut gladius & id genus. Sed non
» eſt novum, ut eadem vox diverſas atque adeo contra-
» rias aliquando interpretationes recipiat. Proprie idem eſt
» πρόστομος atque ἐστομωμένος, *ore praeditus.* Gladius πρό-
» στομος dicitur, qui ſecat & vorat quae ſunt obvia: quod
» ore faciunt animalia. Alia notione *ichneumon* dicitur μὴ
» πρόστομος, quia *os* proprie dictum non habet, ſed *ro-*
» *ſtrum mucronatum*: nam habet iſtud animal ῥύγχος inſi-
» gne, ut ſcimus ἀπὸ τῆς αὐτοψίας. Sustuleris hanc diffi-
» cultatem, ſi contra librorum auctoritatem ſcribere ſuſti-
» neas καὶ πρόστομος, vel μικρόστομος: quod nobis pro-
» pe temerarium videatur. Tertius character eſt, ἀμφι-
» κνέφαλος, vel quod idem eſt ἀμφικνάφαλος, *caput ha-*
» *bens tomentaceum*, aut *pulvino ſimile*: [vide ad X. 430. b.]
» quod ne Deus quidem Hermes recte poſſit ἑρμηνεύειν.
» Dalecampius emendavit ἀμφικνέφαιος, ad colorem refe-
» rens, qui eſt ſane ſubobſcurus, ut omnium rerum ἐντέ-
» φρων. Eſt autem κνεφαῖος, *caliginoſus.* Sic apud Hippo-
» cratem ζοφοειδὴς coloris eſt nomen, ut obſervamus alio
» in opere. [nempe, quod de Coloribus ex profeſſo ede-
re conſtituerat Caſaub.] » Sed neque huic emendationi aſ-
» ſentiri debemus: cum in antiquiſſimis membranis & opti-
» mis Excerptis diſerte ſcriptum ſit ἀμφικέφαλος. Sic
» etiam alibi dictiones ἀμφικέφαλος & ἀμφικιέφαλος reperi-

a » mus invicem confusas. Nam quae Polluci lib. X. cap. VI. » [sect. 36.] ἀμφικνέφαλος κλίνη dicitur, hanc alii Gram- » matici ἀμφικέφαλον nuncupant: sed veriorem puto Pol- » lucis γραφὴν, & in Etymologico ita censeo emendan- » dum. Κνέφαλον dicebant τὸ προσκεφάλαιον: inde ἀμφικνέ- » φαλος κλίνη, *lectus habens utrinque pulvinar.* [vide rursus supra, pag. 430. b. & ibi not.] » At in hoc gripho ἀμ- » φικέφαλος scribendum omnino: vel, quod idem est » & metro convenit potius, ἀμφικάρηνος. Videtur » glossa irrepsisse in locum vocis legitimae, ut sexcentis » locis apud poëtas. Porro *ancipitem* appellat *EUBULUS* » *ichneumonem*, sive *utrimque capitatum*, quia in dimicatio- » ne aversus pugnans [vide Plin. l. c.] pro capite utitur » cauda. Adde quod eius *cauda speciem aliquam capitis prae* » *se fert*, auctore Oppiano, cuius fides in talibus non fa- » cile suspecta sapientibus. Sic autem ille: [Κυνηγ. lib. III. » vs. 436 sqq.]

» Οὐρὴ οἱ δολιχὴ γὰρ ὀφιανέη τε τέτυκται
» ἄκροισι κεφαληδὸν, ἐειδομένοισι κορύμβοις.
» ἄντα μελαινομένη θηρῶν φολίδεσσιν ὁμοίη.

» Satis manifesto similitudinem aliquam cum capite caudae » tribuit voce κεφαληδόν. Sed quid aliorum quaerimus te- » stimonia? *Eubulus* ipse, auctor griphi idemque interpres, » mox ἀμφίστομον *ichneumonem* vocat; & caussam adiicit: » *quia*, ait, κεντεῖ κάτωθεν, τοῖς δὲ χείλισι δάκνει. Qua- » re nullum dubium, ἀμφικέφαλος scribendum esse, aut, » sicut dicebamus, ἀμφικάρηνος. Vidimus nos Francofur- » ti ad Moenum ante hos decem annos ichneumonem ex » Aegypto allatum. Forma erat qualis est ictidis, ut recte » cecinit Nicander: [Theriac. vs. 195 sqq.]

» Μορφὴ δ' ἰχνευτάο κινωπέτου οἷον ἀμυδρῆς
» ἴκτιδος, ἥ τ' ὄρνισι κατοικιδίοισιν ὄλεθρον
» μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πεταύρων
» ἔνθα λέχος τεύχονται ἐπ' ἰκρίου.

» Describit poëta quem vulgo *furetum* vocant: cuius in- » sidiae gallinis periculosissimae: *mustelarum* genere & ap- » pellatione Plinius *ictidas* complectitur. Huic ergo anima- » li, quantum recordamur, similis erat *ichneumon* quem vi- » dimus: magnitudine felem superabat: *rostrum* illi *acutissi-* » *mum*: auriculae perbreves, & quarum rotundus ambi- » tus: *cauda* pro caetero corpore *admodum producta*: co- » lor cinereus: sed in rostro & pedibus crebrae erant ni-

»grae maculae: irritatus pilos ſurrigebat. Caetera de Ich- a
»neumone Petrus Bellonius, vir magnus, & cui multum
»ſtudioſi omnes debent. Subiecta duo verba his duobus
»verſibus, Ἰχνεύμων Αἰγύπτιος, reliquiae ſunt integri ver-
»ſus *Eubuli.* Integrare poſſis hoc modo:

»Τίς οὗτος; Ἰχνεύμων ὅδ' ἐστ' Αἰγύπτιος. α

Haec Casaubonus. — Qui, primum, quod ait, *locuſtarum genus* eſſe ἐξόφθαλμον & σκληρόφθαλμον; e quo nata ei eſt dubitatio, quo pacto *ichneumonis igneos oculos* cum *oculis locuſtae* conferre potuerit auctor griphi: vereor ne ambiguitate nominis deceptus iſta ſcripſerit vir doctiſſimus. Sane illi κάραβοι, quibus ὄμματα σκληρόφθαλμα & *introrſum extrorſumque mobiles oculos* Ariſtoteles tribuit lib. IV. Hiſt. Anim. cap. 2. non ſunt *locuſtae* de *inſectorum* claſſe, de quibus Caſaubonus accepit; ſed *locuſtae marinae*, de *canerorum* familiâ, quae cum *attelabo* nihil, quod huc ſpectet, commune habent. Caeterum *locuſtis* de *inſectorum* claſſe, quarum ad genus ἀττέλαβος, ſive ἀττέλεβος refertur, oculi ſunt pro ratione capitis ſatis magni torvique: (& *magnos* eſſe ichneumoni *oculos*, teſtificantur qui vivum animal obſervarunt. Vide *Buffon* Hiſt. Nat. T. XI. in 8vo. pag. 143. in Nota.) quaenam autem ſit potiſſimum ſpecies locuſtarum, quas ἀττελάβους Graeci nominarunt, haud ſatis conſtare video inter eruditos, ut iudicare nobis liceat quonam potiſſimum reſpectu ἀττελεβόφθαλμος in hoc gripho adpelletur *ichneumon.* Quod ad alteram notam ſpectat, quae his verbis vulgo exprimitur, μὴ πρόστομος: quum perinde certum ſit, & πρόστομον ſignificare *acutum*, (vide Heſych. in voce, & Polluc. II. 101.) & ichneumoni *acutum* eſſe *roſtrum*; nullam equidem cauſſam vidi, cur dubitaremus μὲν pro μὴ corrigere, licet negantem particulam cum editis teneat uterque noſter mstus codex. Neque Grotium probavi, μιαρόστομος corrigentem, id eſt, *ore improbo.* Tertia nota in ed. Ven. ſic ſcribitur, ἀμφικνέφαλλος: pro quo ἀμφικνέφαλος poſitum in ed. Baſ. & Caſ. In ms. *Ep.* vero ἀμφικέφαλος, itemque in ms. *A.* niſi fortaſſe (de quo haud ſatis mihi liquet) ἀμφικέφαλλος in cod. *A.* ſcriptum, geminatâ (ſicut in ed. Ven.) ob verſum λ literâ. Hac quidem ratione equidem metro conſultum malui, quam ſubſtituto alio nomine ἀμφικάρηνος. Iam mire quidem utique dictum, ἀμφικέφαλον eſſe *ichneumonem*, id eſt, *ancipitem*, ſive *utrimque caput ha-*

a *bentem*. Sed mire & insolenter enunciatis gaudent qui *griphos* proponunt. At nec satis perspicua (mihi quidem) illa aenigmatis solutio, *vers.* 14 *sq.* quae sic vulgo scribebatur:

— διότι δὲ ἀμφίστομος
κεντεῖ κάτωθεν, τοῖς δὲ χείλεσι δάκνει.

Illud abunde adparet, metrum claudicare. Cui incommodo praesens remedium attulit GROTIUS, alteram personam interrogantem statuens, B. Διότι δ' ἔστ' ἀμφίστομος; tum rursus respondentem priorem, A. κεντεῖ κάτωθεν &c. Cuius rationem lubens secuturus eram, si satis certum haberem, particulam διότι *interrogative* accipi posse: quam in partem διατί, ni fallor, necessario scriptum oportebat. Vulgata scriptura, διότι, ita fortasse ferenda fuerit, ut elliptice dictum intelligamus: *Quod vero* ἀμφίστομος dicitur in gripho, haec causa est: nempe, *pungit inferne* &c. Caeterum, quod ex Oppiano probatum iverat Casaubonus, *ichneumonis caudae similitudinem aliquam tribui cum capite*, id, qualecumque sit, magis etiam firmatur ex illa scriptura, quam Oppiano l. c. ex msstis codicibus restituit *Belin de Balu*, quae est huiusmodi:

οὐρὴ οἱ δολιχὴ γὰρ ὀφιονέη τε τέτυκται,
ἄκροισι καφαλὴ δοκέει δ' ἔμεν οἷσι κορύμβοις.

Quod post *vers.* 11. pro nudis duobus verbis, Ἰχνεύμων Λιγύπτιος, quae habet ms. *A.* cum editis, Ἔστι δὲ ἰχνεύμων Λιγύπτιος scribitur in *Epit.* id suo arbitratu sic scripsisse Breviator videtur, perspicuitati consulturus. *Vers.* 12. recte λαμβάνων habet *Ep.* cum editis: perperam λαμβάνω ms. *A.* *Vers.* 13. ἥηριοῦσθαι, quod aliàs *efferari* significat, hoc loco denotat ad *perfectae belluae aetatem & magnitudinem pervenire*: quemadmodum recte Dalec. accepit. *Ibid.* κατάγνυσιν cum editis tenet uterque codex mstus: ubi καταγνύει corrigendum censuit PORSON ad Euripid. Med. 744. *Vers.* 15. Bene δάκνει ms. *Ep.* cum editis. δάκνων ms. *A.* GROTIUS, in Excerptis pag. 635 sq. omisso priore *EUBULI* gripho, hunc de *ichneumone*, & eum qui sequitur de *pappo*, exhibuit: cuius latina versione, quatenus nonnimis a Graecis recedebat, usi sumus.

Vers. 16. Οἶδ' ἐγὼ ὃς νέος ὢν &c. »Griphus *de pappo* »interpretis non eget. In explicatione subiecta penulti»mus versus mutilus est. Sententia non dissimile aliquid »postulat:

» — ὅταν δ' ἀποβάλῃ
» τὴν ὑγρότητα τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν.
» vel, — ὅταν δ' ἀποβάλῃ
» τοῦτο, πέτεται τότε κοῦφος ὡς ἔχων πτερά.« CASAUBONUS. — Nempe, poſt *duos hexametros*, quibus ipſe griphus continetur, (quorum in priori, pro Οἰδ' ἐγὼ ὡς νέος, quod in edd. & in ms. *A.* legebatur, recte ὃς νέος dedit ms. *Ep.* quod etiam ex ingenio GROTIUS poſuerat) ſequebantur vulgo *quaſi quatuor iambici ſenarii* huiusmodi:

Πάππος ἀπ' ἀκάνθης, οὗτος γὰρ νέος μὲν ὢν b
ἔστηκεν ἐν τῷ σπέρματ', ὅταν δ' ἀποβάλῃ
τοῦτο πέτεται κοῦφος ὢν
δήπουθεν ὑπὸ τῶν παιδίων φυσώμενος.

Perſpecte vero GROTIUS, nonniſi *metricas eclogas* exhibiturus, priora iſta verba, Πάππος ἀπ' ἀκ. οὗτος γὰρ, videns extra verſum poſita, omiſit, (ſatis habens in orâ adnotaſſe, ad *florem cardui* ſpectare griphum) ſenariosque tres tantum conſtituit huiusmodi:

» Νέος μὲν οὖν ἔστηκεν ἐν τῷ σπέρματι,
» ὅταν δ' ἀποβάλῃ τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν,
» δήπουθεν &c. «

Nos, ut in Athenaei editione conſentaneum erat, quemadmodum paulo ſuperius iſta Ἰχνεύμων Αἰγύπτιος, ſic hic illa, Πάππος ἀπ' ἀκάνθης· οὗτος γὰρ, extra verſum poſuimus; ut primus ſenarius ab his inciperet,

νέος μὲν ὢν ἔστηκεν &c.

Ibi recte σπέρματι dedere ambo noſtri mssti, non σπέρμαθ' per apoſtrophum, qui prorſus inſolens eſt in dativo caſu. In poſteriore hexametrorum (*verſ.* 17.) ferendum putavi κούφως πέταται, quod cum editis tenet ms. *A.* Percommode vero κοῦφος correxit GROTIUS, quemadmodum dein *vs.* 19. ubique legitur. Et favere etiam illi emendationi videtur mendoſa ſcriptura codicis *Ep.* in quo eſt κοῦφον. Quod ibidem ait poëta, γῆν ἀφανίζει, tropice dictum, pro ἀφανίζεται, (vel ἀφανίζει ἑαυτὸν) ἀπὸ τῆς γῆς.

Verſ. 21 *ſqq.* »Poſtremus *griphus ex* EUBULO recitatus, » ita habet:

» Ἔστιν ἄγαλμα βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνὸς
» εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετριμένον, ὀξύ, διατρὲς
» ἀνθρώπους τίκτειν κατὰ τὴν πυγὴν ἕν' (ἓν edd.)
ἕκαστον.
» ὧν οἱ μὲν μοῖραν ἔλαχον βίου· οἱ δὲ πλανῶνται.

b » αὐτὸ δ' ἕκαστος ἔχων αὐτὸν καλέουσι φυλάττειν.
» Eubuli interpretationem non ſubiecit Athenaeus: con-
» tentus verbo monuiſſe, *intelligi* τὸ κληρωτικὸν, *inſtru-*
» *mentum ſortiendi.* Nullum dubium eſt, referendam eſſe
» hanc deſcriptionem γριφώδη ad conſuetudinem Attici
» fori, ut fere omnia quae apud Comicos etiam Latinos,
» nedum Graecos, leguntur. Cum autem calculis ſuffragia
» ferre moris eſſet in ea urbe, duo vaſa in eos uſus ad-
» moveri ſolita legimus: καδδίσκον ſive κάδον, & κημόν:
» quorum erant formae diverſiſſimae. *Cadus*, urna erat
» ſatis capax, quae coniectos calculos aut choerinas con-
» tinebat: *camus*, vasculum erat ſive textum vimine opus
» oblongum, ab altera parte latum, ab altera anguſtum,
» utrinque patens, per quod in cadum calculi immitte-
» bantur. Pollux libro VIII. [ſect. 17.] καδδίσκος μὲν οὖν
» ἐστιν ἀγγεῖον, ᾧ τὰς ψήφους ἐγκαθίεσαν: κημὸς δὲ δι' οὗ
» κατήεσαν αἱ ψῆφοι, ἐπικειμένου τῷ καδδίσκῳ. Docti viri
» de *cado* griphum hunc iunt interpretati: nos de *camo* aucto-
» rem griphi ſenſiſſe contendimus. Sed verba inſpiciamus.
» Ita autem vertimus: *Eſt ſtatua*, inquit, *cuius baſis in*
» *ſummo eſt, in imo hians, a capite ad calcem perforata, de-*
» *ſinens in acutum, ibique foramen habens, viros patiens per*
» *nates*, (id eſt, *poſticam partem*) *unumquodque, quorum alii*
» *ſortem vitae nanciſcuntur, alii errant.* Appellat ἄγαλμα ca-
» mum; quia, ut *ſtatuae* ſuper ſua baſi ſolent collocari,
» ſic camus ſuper ore cadiſci ſive urnae; nam & Graeci
» ὑδρίαν vocant: neque probem *ſimulacrum* exponi. Mi-
» nus probo eruditorum hominum ſententias ſuper ſequen-
» tibus verbis: βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνός. Legunt
» μεμυκὸς ἄνω, *connivens ſuperne*, ſive *clauſo ore*: [ſic Da-
» lec.] quod abſurdum eſt. Nam camus immittebatur in
» os cadi, & per ipſum traiiciebantur ſortes in cadum:
» quare veteres colo & infundibulo comparant camum,
» cum ratione figurae, tum propter uſum. Scholiaſtes
» Ariſtophanis: [ad Equit. 1147.] Κημὸς, ὃ ἐπὶ τοῦ κα-
» δίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις.
» Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις χοίνιον ἠθμὸν καλεῖ. τοιοῦτος
» γὰρ ἐγίνετο, καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ. Scribendum σχοινί-
» νον ἠθμόν. *Cratinus camum appellat, colum iunceum.* Hely-
» chius: σχοίνινος ἠθμὸς, δι' οὗ τὰς ψήφους εἰς τὰς ὑδρίας
» οἱ δικασταὶ καθιᾶσι. Reſpicit ſine controverſia ipſum il-
» lum Cratini locum. Iidem Grammatici *camum* vocant

» πλέγμα κωνοειδὲς καὶ ἠθμοειδές : *textum coni figurâ, colum* b
» *referens :* &, cur ori cadiſci imponeretur camus, cauſ-
» ſam afferunt, ἵνα μὴ ὀλισθαίνωσιν αἱ ψῆφοι : *ne calculi*
» *aberrantes ab anguſtiore cadiſci foramine dilaberentur.* [Vide
Schol. ad Ariſtoph. Veſp. 99. & ad Theſmoph. 1040. & Heſychium in Κημός.] » Quare etſi ſpecie veri blanditur
» illa lectio μεμυκὸς ἄνω, quia opponuntur inter ſe μύειν
» & χαίνειν, falſa tamen eſt, atque adeo ridicula. βεβη-
» κέναι eſt *rectum inſiſtere*, ut cum ſuper *baſi* ſuâ *ſtat* ſta-
» tua. At quaecunque ſunt κωνοειδῆ, ut colum, infundi-
» bulum, & camus, inverſae pyramidi ſimilia ſunt, cuius
» *baſis* eſt *ſurſum verſa*, cuſpis deorſum. Ex his intelligi-
» mus, quam eleganter *Eubulus camum* appellet ἄγαλ-
» μα βεβηκὸς ἄνω. In *ſecundo verſu* διατρὲς poſitum
» pro διάτρητον. Videtur autem battologia mera, τετρη-
» μένον, ὀξὺ, διατρὲς, niſi commode exponatur. In
» Excerptis & membranis pro διατρὲς ſcriptum inveni-
» mus διάτρωτον : forte pro διάτρητον. Aliquando le-
» gebamus διαμπὲς, pro διαμπερές : ſed poenitet con-
» iecturae. In *tertio verſu*, Τίκτον ſcribe cum Excer-
» ptis. In iisdem eſt ἕν' ἕκαστον, *unumquemque*, ſive *ſin-*
» *gulos homines :* quia de ſingulis ſontibus ſeparatim ferun-
» tur ſuffragia. Non displicet ἓν ἕκαστον : [ſic editiones
» omnes :] ut obſcure reſpiciatur ad diverſos camos. Duos
» enim (aut etiam tres) cados cum ſuis camis ſtatuebant:
» in alterum nigri, in alterum albi calculi coniiciebantur.
» πυγὴν appellat *anguſtam cami partem*, per cuius foramen
» calculi in urnam ingrediebantur. Obſcure dictum & pla-
» ne αἰνιγματωδῶς, *homines parere*, pro *ferre decretoriam de*
» *vita aut morte hominis ſententiam.* Magis proprie uſus eſ-
» ſet verbo γεννᾷν : tum enim *generatur* & *concipitur* ſen-
» tentia, cum per camum ſortes in urnam mittuntur: *pa-*
» *ritur* autem tum, quando edens urna immiſſos calculos
» palam facit iudicum voluntatem. [At de *generatione* etiam,
non modo de *partu*, verbum τίκτειν uſurpant poëtae :
ſed in gripho ne opus eſt quidem, ut adeo ſubtiliter ſin-
gula verba aeſtimentur.] » In *quarto*, legunt Excerpta ὧν
» οἱ μὲν μοίρας ἔλαβον [μοίρας ἔλαχον noſter codex
» uterque] βίου : eos intelligit qui *abſolvuntur.* πλανᾶσθαι
» eſt *in exilium pelli*, quae civilis mors eſt. *Ultimus ver-*
» *ſus* eſt corruptiſſimus. Breviatori licuit eum praetermit-
» tere : liceat & nobis idem. Hoc malumus quam incide-

b »re in fumum, vitantes humum: quod ſcimus accidiſſe »iis qui adhuc de eius interpretatione aliquid ſcripſerunt. »Nam quidquid eſt, quod iſto verſu ſignificatur, omni»no ad camum iudicialem id pertinet: qui alio referunt, »errant, & Athenaeum inſcitiae aut ſupinae ac dolo pro»ximae negligentiae inſimulant.« Haec CASAUBONUS. — Quibus ſane quam erudite disputatis nihil propemodum, quod operae pretium ſit adiicere, ſuppetit nobis. In fine *verſus* 22. διάτρωτον cum Caſauboni libris exhibet noſter codex mstus uterque: quod nec ad verſum, nec ad ſententiam aptum, & omnino ne Graecum eſt quidem. Nec magis verſui convenit διάτρητον: quod etiamſi conveniret, tamen ob id quod modo praecedebat, εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, minime ferri poſſet. Quid vero ſecutus ſit is qui editam ſcripturam διάτρες invexit, exputare non potui: metro quidem ſic ſatis conſultum video, ſed ad ſententiam nihil promotum. At, ſi illi licuerat coniecturam qualemcumque ſuam in contextu ponere, quae ad hunc diem ibi ſervata eſt; quidni nobis foret licitum, eidem coniecturae (quandoquidem manifeſte corrupta veterum codicum ſcriptura eſt) aliam, ſi qua modo occurreret paullo probabilior, ſubſtituere. Miratus equidem eram, διαμπρὲς illud, quod Caſaubono in mentem venerat, pro διαμπερὲς accipiendum, tam praeciſe ab eodem abiectum damnatumque eſſe; qui tamen aliud, quod proponeret, non habuerit. Poteras interpretari διαμπερὲς ἀνθρώπους τίκτει ἕν' ἕκαστον, *omnes omnino homines parit unumquemque*: ſi modo intelligi poſſet, cur tam ſignate *omnes omnino homines* dicerentur, cum tamen nonniſi ad eos hoc pertineat, quibus lis capitalis fuiſſet intentata. Satis utique ſuperque erat id quod continuo ſequitur, ἕν' ἕκαστον, *unumquemque*: nempe, quemcumque illa ſtatua in utero geſſiſſet, id eſt, cuius ſors in urnam fuiſſet coniecta: nam ἕν' ἕκαστον omnino cum *Epit.* ſcriptum oportuit; (quo dein ſtatim refertur ὧν οἱ μὲν &c.) non ἓν ἕκαστον in neutro genere. Sed qui διάτρες primus hîc poſuit, (pro quo dein ex Caſauboni Animadv. διατρὲς receptum in ed. Caſ. 2. & 3.) is fortaſſe id ipſum voluerat, quod nos ſpectavimus, cum διάτρις corrigere auderemus: nempe ſic metri cauſſa dictum coniectabamus pro διάτριχα, *tripliciter, trifariam, trium modorum uno*. Quinam ſint illi tres modi, ſequenti verſu in-

dicatur; obſcurius utique, ut ſolet in griphis vel aenig- b
matibus:

ὧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται.

Ubi quin *hi qui errant*, ſint *qui exſilio multantur*, nullum eſt dubium: *quibus* vero *ſortes vitae obtingunt*, ii duplicis generis intelligi videntur: (quare & μοίρας in plurali, non μοῖραν, habent veteres libri:) nempe alii qui *abſolvuntur*, alii qui *capitis damnantur*. Neque vero curioſius iam quaerat aliquis, quo pacto, qui capitis damnatur, eum *pari* aut *gigni* dicere griphus poſſit. *Pariuntur ex urna*, id eſt, *prodeunt*, *alii ſortem nacti vitae ſervatae*, *alii vitae amittendae*, *alii in exſilium mittendi*. Quod τίκτειν (non τίκτον) legitur in ms. *A*. unde & in editiones omnes transiit; pro eo τίκτει fortaſſe ſcriptum oportuerat: quod quidem percommodum foret. In *poſtremo verſu* non minus nobis, quam Caſaubono haeret aqua. Pro καλέουσι φυλάττειν, quod erat editum, καλέω δὲ φυλάττειν dedit vetus codex *A*. quo tamen nihilo clarior nobis factus eſt huius aenigmatis exitus; fortaſſe vero, in lucem protractis his veteris ſcripturae veſtigiis, facile nunc verum inveniet felicius ingenium. Nam *Samuelem* quidem PETITUM, puto, nemo probaverit, ſic corrigentem,

αὐτὸ δ' ὁ κάδδος ἔχων αὐτὸν καλέουσι φυλάττειν:

nec Gallicum interpretem, levi operâ ſic refingendum verſum contendentem:

ὅτι δ' ἕκαστος ἔχει, τοῦτόν γε λέγουσι φυλάττειν.

Ubi τοῦτόν γε pro τοῦτό γε accipiendum ait. Sententia vero quam in eo verſu quaeſiverat idem interpres, haud ita abſurda: *& l'on dit que chacun garde ſoigneuſement ce qui lui eſt échu*. Videndum vero ne ſententia quaedam hic lateat huiusmodi, ut cadus, cui camus imponitur, dicat: *Ego illam* (ſtatuam) *habens*, *te iubeo eamdem cavere*. Epitomae auctor, non modo poſtremum verſum omittens, ſed & ſequentia verba, ταῦτα δ' ὅτι κλῆρ. &c. eorum loco haec ſcripſit: καὶ ζήτει λύσιν: id eſt, *& quaere ſolutionem*. Ad κληρωτικὸν conſentaneum eſt ut intelligatur ἀγ- c
γεῖον: quod etiam H. STEPHANUS monuit, Theſ. T. II. pag. 248. e. Pro ἡμεῖς διακρ. quod ex ed. Ven. in omnes alias imperite propagatum erat, recte ὑμεῖς dedit ms. *A*.

AD CAP. LXXII.

c Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ Προβλήματι &c. »Referuntur alii »griphi ex *ANTIPHANIS Problemate.* Videtur hic comicus »hanc fabulam edidiſſe, ut inanes Sophiſtarum logoma»chias traduceret. *Primus griphus* ita concipitur:

»Ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων
»οἰηθεὶς, μεγάλῃ δαπάνῃ μίαν εἵλκυσε πέρκην,
»καὶ ταύτην ψευσθεὶς, ἄλλην κεστρεὺς ἴσον αὐτὴν
»ἦγεν. βουλομένῳ δ' ἕπεται πέρκῃ μελανούρῳ.

»Viri docti ſcribunt ἐπιβάλλειν οἰηθείς. [nempe Dalec. *ar»bitratus ſeſe inicciſſe.*] Nihil cenſemus eſſe mutandum: ſed »οἰηθεὶς interpretor, *cum animos iam ſuſtuliſſet ob ſpem prae»dae.* Nam ita accipitur τὸ οἴεσθαι: unde eſt veteris ſa»pientis dictum ſapientiſſimum, οἴησις ἔστιν ἐγκοπὴ προ»κοπῆς: *ſpiritus elatus eſt qui progredientes facit regredi.* [Bion, apud Diog. Laërt. IV. 50.] »In *tertio* ſcribendum »videtur,

»καὶ ταύτης ψευσθέντ' ἄλλην κεστρεὺς ἴσον αὐτῇ,

»(vel αὐτῷ) ἦγεν. In *ultimo* ſcribunt veteres, βουλομένῃ. »Sic autem exponi poteſt aenigma: *Quidam* libidinoſus, »*multis piſcibus* (foeminis aut meretricibus) *rete iniecerat:* »*cum magnam de ſuo incepto ſpem concepiſſet, magno ſumtu* »*unam percam extraxit. Cum & ab iſta deluſus fuiſſet, mugil* »leno *aliam priori parem ei adduxit. Volentem autem* & cu»pientem [immo, *Volens*] *ſequitur perca haec melanurum,* »id eſt, *ſcortum ſcortatorem,* ἢ πόρνη τὸν πόρνον. « CASAUBONUS. — Et emendationem tertii verſus, & totius aenigmatis interpretationem Caſaubono praeiverat DALECAMPIUS. Mihi non liquet: ac vereor, ne multum abſit ut ſic ſatis ſit emendatus tertius verſus, qualis eſt a viris doctis conſtitutus. In *Epit.* omiſſus totus griphus: in ms. *A.* nulla ab editis diſceſſio, niſi quod βουλομένη dat percommode, non βουλομένῳ. In proverbio fuiſſe dictum illud, ἕπεται πέρκη μελανούρῳ docuit auctor noſter, lib. VII. pag. 319. c. ubi vide notata.

d *Verſ.* 7 *ſqq.* Ἔστι τις ὃς τὰ μὲν ὄντα διδοὺς &c. »Iſte »griphus quid ſibi velit neſcio: & fortaſſe merum eſt nu»gamentum. « CASAUBONUS. — Habent hunc griphum ambo noſtri codices: & ms. *A.* quidem absque ulla varietate: nec ms. *Ep.* mutat quidquam, niſi quod *vs.* 8. ὃν ἐδεῖτο habet, non ὧν οὐδὲν ἐδεῖτο: & *vs.* 12. poſt ὅσ' ἀντ'

αὐτῶν ἔχεις adiicit νῦν, quae particula etiam ſuperiorem d verſum claudit. Pro illis, οὐδ' αὐτὸς ἔχων ὧν οὐδὲν ἐδεῖτο, DALEC. in verſione poſuit, *& eorum quae dedit, habuit nihil:* cuius ex praeſcripto PURSANUS integrum verſum Graece ſic reddidit:

οἷσι δέδωκεν· μηδὲν ἔχων τῶν αὐτὸς ἔδωκε.

Totum aenigma in obſcoenam ſententiam interpretatus eſt Dalec. in hominem dictum ratus qui virginem ſibi ignotam compreſſiſſet. Probabilius videtur, quod initio dixerat Caſaubonus, traduci hoc gripho inanes & mente caſſas ſophiſtarum disputationes. Sic ADAMUS acceperat, ὧν οὐδὲν ἔδεκτο legens, teſte *Villebrunio:* cuius eſt ad hunc locum adnotatio haud abſurda huiusmodi: »*Un homme qui* »*dit à un autre une choſe inintelligible* [poterat adiicere, *ou des mots vuides de ſens*] »*ne lui donne rien, en ce qu'il ne* »*lui apprend rien: celui qui l'entend, n'a rien non plus, en ce* »*que la choſe qu'on lui donne, ou communique, eſt inintelli-*»*gible pour lui.*« .

Verſ. 15 *ſqq.* »Obſcurum eſt *de pinna & mullo* aenigma. »In eo verſum ſecundum, qui ante fuit corruptiſſimus, e »e libris ita iuſſimus ſcribi,

»πόλλ' ἐλάλουν· περὶ ὧν δὲ, πρὸς ὅν τ' ᾤοντο λέγειν τι.

»In ultimo ſcripſit Dalecampius ἐπιθρέψει, [nempe *nutriet* interpretatus erat:] »non ἐπιτρέψει. Forte ἐπιτρίψει.« CASAUBONUS. — Pro πρὸς ὅν τ' (*verſ.* 16.) erat πρόσσοι * τ' (ſic) in ed. Ven. & Baſ. προσσόν τ' in ms. *A.* πρὸς ὅς τ' in ed. Caſ. operarum errore. Si vera dein eſt vulgata ſcriptura *verſ.* 17. & nihil ſi deeſt *verſ.* 18. hoc dixerit griphus: *Itaque ad hunc quidem erat illis directus ſermo, ſed inter ſe multa loquentes ipſas ambas* &c. De verbo ἐπιτρίβειν (*verſ.* 19.) quod paſſim alibi cum ἐπιτρέπειν perperam commutatum, vide VII. 300. a. & ibi not. Codex *A.* quidem hîc nil mutat: in *Epit.* vero deeſt poſtremus iſte griphus.

AD CAP. LXXIII.

Ἐν δὲ Σαπφοῖ ὁ Ἀντιφάνης &c. »Recitatur griphus alius »ex eiusdem *ANTIPHANIS* dramate cui titulus *Sappho.* »Eius fabulae meminiſſe Pollucem memini libro ſeptimo »extremo. Praeponitur primum griphus planiſſimis *quin-*»*que heroicis verſibus:* deinde ſubiicitur interpretatio non

» minus perſpicua ſenis cuiusdam, acuti quidem; ſed cuius » acumen iuveni Sapphoni haud probetur. Ea interpreta- » tio *verſibus ſeptem* [*iambicis ſenariis*] continetur: quorum » poſtremus eſt,

a » ὁ δῆμος οὐδὲν οὔτ' ἀκούων, οὔθ' ὁρῶν.

» Hinc ſumit occaſionem Sappho improbandae expoſitio- » nis huius ſenis: quia videbatur mutos facere Athenien- » ſium oratores & demagogos; quorum caninâ facundiâ » forum ſemper & comitium perſonabant. Ait igitur:

» Πῶς γὰρ γένοιτ' ἂν, ὦ πάτερ, ...
» ῥήτωρ ἄφωνος, ἢν μὴ ἁλῶ τρὶς παρανόμων·
» καὶ μὴν ἀκριβῶς ὤμνυν . . . . .
» ἐγνωκέναι τὸ ῥηθέν· ἀλλὰ δὴ λέγε.

» Poteſt impleri verſus primus, ſi adiicias a fine, πρὸς » τῶν θεῶν. *Quid ais, o pater? nullius vocem eſſe auditam* » *a populo? Quid igitur demagogis factum, obſecro te per Deos?* » *aut quis ullum oratorem vidit obmutuiſſe, niſi qui ter fuerit iu-* » *dicio damnatus, quod contra leges aliquid ſuaſerit?* Ἁλῶναι » παρανόμων, frequentiſſimum dicendi genus Graecis ora- » toribus. Tertium verſum impleveris, ſi ſcribas,

» καὶ μὴν ἀκριβῶς ὠόμην τέκνον φίλε. « CASAUBONUS.

— In gripho propoſito nil mutat ms. *Ep.* Et conſentit ms. *A.* niſi quod ex eo (*verſ.* 2.) pro ταῦτα enotatum » τα (ſic) quo ᾗ τάδ' indicari puto, quod loco τοῦ ταῦτα in pleniore opere ſcriptum fuiſſe videtur. Priorem ſolu- tionem conſulto a comico poëta fuiſſe ſub ſenis perſona propoſitam traducendorum Demagogorum cauſſâ, facile intelligitur. In iſtis verſibus plane nil mutat ms. *A.* & *ver- ſum* 13. & 15. imperfectos finit, absque ullâ lacunae notâ. (Nam, quod iam ſubinde monui, nusquam diſtincti ſunt verſus in illo vetere codice.) In ms. *Ep.* prior ſolu- tio terminatur in verbo ἔλκουσι *verſ.* 10. Tum continuo ſubiiciuntur iſta, Καὶ μὴ καλῶς λύσαντος, λέγει ἡ Σαπ- φώ· Θύλεια μὲν οὖν &c. GROTIUS hunc griphum exhi- bens in Excerptis pag. 625 ſq. vocabulum λήμματα (*verſ.* 9.) *negotia* & *res* interpretatus erat:

— *transmarina negotia*
& Thraciae res, & res ſimul Aſiaticas.

Pro quibus nos, reliquam adoptantes eiusdem verſionem, *munera & quaeſtus* poſuimus cum Dalecampio. Idem GRO- TIUS quatuor verſus, num. 13-16. (quorum duo im- perfecti) omiſſis verbis ὦ πάτερ, transpoſitisque aliis, in

tres hosce contraxit:

Σ. Ῥήτωρ δ' ἄφωνος πῶς γένοιτ', ἂν μὴ ἁλῷ
τρὶς παρανόμων; Α. Καὶ μὴν ἀκριβῶς ᾠόμην
ἐγνωκέναι τὸ ῥητόν. ἀλλὰ δὴ λέγε.

Quos latine in hunc modum convertit:

S. *Orator ſed enim mutus qui fiat niſi*
ter deprehenſus? A. *Atqui coniexe optime*
credebam. Sed tu carmen perplexum expedi.

Mox rectè τὸν γρῖφον ſcribunt edd. ſed τὸν γρίφον conſtanter ms. *A.* Deinde vero (*verſ.* 17.) rectè μὲν οὖν ms. *A.* & *Ep.* cum ed. Ven. & Baſ. ubi perperam μέν γοῦν ed. Caſ.

AD CAP. LXXIV.

Τί πάντων ἰσχυρότατον; »Proponitur problema, *Quid* b
»*ſit omnium rerum validiſſimum?* idque etiam inter *griphos*
»voluerunt cenſeri veteres. In fragmentis Danielis, quae
»habentur inter libros Apocryphos, pulcherrime diſpu-
»tatur haec quaeſtio, & apud Joſephum ben Gerſon li-
»bro primo.« CASAUBONUS. —— Bene φησὶν, ad Δίφιλος relatum, edebatur: non φασὶν, ut eſt in vetere codice; quod ſonat *narrant*, & commode quidem hic ſtaret, ſi aliud praeceſſiſſet verbum ad Δίφιλος relatum. Videndum tamen, ne fortaſſe φησὶν, ut ſaepe aliàs ſubintelligi debuerit, & verbum φασὶν revera ſit ex ipſius poëtae ſive ex eius perſonae ſermone, quam is loquentem induxit. Sunt autem utique in iſta narratiuncula ſatis clara *verſuum ſenariorum veſtigia*; ſuperſunt etiam nonnulli integri ſenarii, velut,

φάσκειν τε τὸν χαλκέα πολὺ κρείττω φέρειν:
& κάμπτειν, μαλάσσειν, χ' ὅ τι ἂν χρήζῃ ποιεῖν. (vel
ποεῖν. ut in ms. *Ep.*)

Caeterum nil adtinebat, hosce ſignate diſtinguere; quoniam adparet integram eclogam ipſius poëtae verbis adponere noluiſſe Athenaeum. Verba προβαλεῖν δ' αὐταῖσι τὸν γρῖφον omiſit Breviator. αὐταῖσι, pro edito αὐταῖς, dedit ms. *A.* Porro quum τὴν γριφ. in ed. Caſ. legeretur, ingenioſe ſuſpicatus erat CORAY in *Notis msstis*, τινὰ ſcriptum oportuiſſe; puto in hanc ſententiam, *propoſuiſſe nonnneminem illis griphum:* ſed nonniſi ex operarum errore orta illa ſcriptura erat: τὸν γριφ. tenet ms. *A.* cum edd.

b vett. Itaque αὐταῖσι vel αὐταῖς accipi debuit pro ἑαυταῖς vel ἀλλήλαις, *ſibi ipſis, invicem.*

Ubi dein ſcribitur, καὶ τὰν μὲν εἰπεῖν, & τὰν ἀπόδειξιν, ibi ſuper τὰν in ms. *A.* notata litera *n* indicat quidem communem formam τήν: ſed non modo hîc doricas formas cum editis libris & cum ms. *Ep.* in contextu tenet ille codex, verum etiam deinde τὰν δευτέραν, & τὰν τρίταν. Quare mirabar, cur, ubi de Samiis puellis agitur, quas *ionice* loqui conſentaneum erat, *doricâ* linguâ utatur poëta. Sed videtur in Samo inſulâ, quamquam Ioniae proximâ, inde a Carum temporibus, qui illam olim tenuerant, Dorica lingua vulgo invaluiſſe. Porro, ὁρύσσουσίν τε commode dedere ambo noſtri codices mssti. Deinde καὶ χρῶντ' εἰς ἅπαντα habet ms. *A.* neſciens γ' particulam, quae in editis adiecta. In *Epit.* prorſus omiſſa quatuor illa verba. Dein in ed. Ven. & Baſ. ſic legebatur: εὐδοκιμοῦσαν δὲ τὰν δευτέραν, Φάσκειν τε &c. Caſaubonus in ſua ed. poſt δὲ tacite verbum ἐπάγει inſeruit, nullo ſenſu. Videtur vir doctus ἐπάγει pro εἰσάγει accepiſſe: quaſi diceret Athenaeus, *inducit deinde poëta alteram.* At ἐπάγειν in infinitivo opportune nobis exhibuit ms. *A.* quod ſonat *dictis adiicere, pergere.* Nec vero εὐδοκιμοῦσαν habet idem ms. *A.* ſed εὐδοκιμοῦσαι: ubi iota in fine poſitum poſſis pro *iota ſubſcribendo* accipere, ut eſſet dativus caſus cum verbo ἐπάγειν conſtructus. Sic ſententia foret: *illi vero laudatae adieciſſe alteram.* Sed verbum ἐπάγειν in eâ notione, quae huius loci eſt, abſolute poni ſolet, non cum dativo caſu conſtrui. Quare, quod ſaepe aliàs obſervavimus, id hîc obtinere ſuſpicatus ſum, ut terminatio ας cum terminatione αι ſit permutata, ſive ut poſtrema litera ita picta ſit, ut aegre discernas, utrum ς ſit, an ι. Denique εὐδοκιμούσας ſcripſiſſe Athenaeum mihi perſuaſi, quae eſt dorica forma genitivi, pro communi εὐδοκιμούσης, ubi ſubintelligendum pronomen ταύτης, ut ſententia ſit, *quae cum eſſet laudata*, vel *quae quum plauſum tuliſſet*: quam in partem iam ſaepius uſurpatum verbum εὐδοκιμεῖν vidimus, & paullo poſt videbimus, pag.
c 452. f. In extremis verbis, non ferendum putavi στένοντα, quod habent quidem ambo mssti cum editis, ſed neceſſario σθένοντα legendum, idem valens ac ἰσχυρὸν, vel ἰσχὺν φέροντα.

Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριεὺς, γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν

σύνθεσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὴν φράσιν. Sic, περὶ τὴν c
σύνθεσιν, ms. *A.* cum editis: quae si vera est scriptura, debuerunt haec verba, commate post σύνθεσιν posito, ad superiora referri, contra quam factum erat in ed. Bas. & Cas. in quibus *post* ποιητὴς, *non post* σύνθεσιν, incisa est oratio. In ed. Ven. nulla prorsus distinctio: sic & (puto) in ms. *A.* Sed *Epitomae* auctor, παρὰ τὴν σύνθεσιν scribens, recte ad sequentia haec traxit, post ποιητὴς incidens orationem. De vocabulo σύνθεσις, eiusque notione eâ quae hîc locum habet, diximus ad pag. 445. b. Recte ἔσθ' ὅτε, non ἔσθ' ὅταν, dedit codex uterque.

ὥσπερ ἐν Ἰριδι Σατυρικῇ &c. Exspectabam, Σατυρικῷ, scil. δράματι: sed nil mutat vetus codex. »*Irim*, fabu»lam *satyricam ACHAEI Eretriensis*, laudant & Paroemio»graphi [Suidas] in Βοῦς ἕβδομος. Griphum inde prola»tum ab auctore, ita recitat Breviator: Λέγει γοῦν που »λιθάργυρος (non αἰθάργυρος, ut operarum incuriâ in no»stris libris) δ' ὅλπιν παρηωρεῖτο χρίσματος πλεκτὸν Σπαρ»τιάτην γραπτὸν κύρβιν. Addit, τὸν γὰρ λευκὸν ἱμάντα ἐξ »οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος ἐξήρτητο Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη »κύρβιν. ἢ τὴν Σπαρτιάτην σκυτάλην. melius Σπαρτιᾶτιν. »Horum comparatione illustrari & exponi debet nostro»rum librorum lectio. « CASAUBONUS. — Quosnam *libros* dixerit, in quibus *operarum incuriâ* αἰθάργυρος scribatur, velim scire: sane in omnibus editionibus λιθάργυρος recte expressum video, sicut in mss. In omnibus vero editionibus illud peccatum erat, ut, quum ex duarum linearum intervallo in vetustis libris repetita legerentur verba Σπαρτιάτην γραπτὸν, e priore loco in posterio- d
rem aberrando, omissis multis, ista statim subiicerentur, ἔφη κύρβιν, ἀντὶ τοῦ &c. Quae in his deerant, ea noster ms. *Epit.* eodem modo, quo ex Hoescheliano codice Casaubonus proposuit, suppleta dedit, nisi quod non ἢ τὴν Σπαρτιάτην σκυτ. scribit, sed ἤτοι σπαρτιάτιν (sic) σκυτάλιν: ubi ms. *A.* ἀντὶ τοῦ Σπαρτιᾶτιν σκυτάλην. Idem vero supplementum etiam idem codex *A.* exhibet, atque etiam hoc amplius, quod ante verba, τὸν γὰρ λευκὸν, ista inserat, ἐν διπλῷ ξύλῳ, ad praecedentia relata. Obscuritas, quam hîc sectatus est poëta, primum in eo consistit, quod, pro *loro albo*, *scriptam Laconicam scytalam*; tum, quod ne *scytalam* quidem dixit, sed, loco *scytalae*, κύρβιν nominavit: quo vocabulo Athe-

d nis nominabantur tabulae legis, quae a ſcytalis Laconicis plurimum differebant. Nam levis quidem admodum illa ſimilitudo eſt, quam *Hadr.* IUNIUS, hunc locum tractans Animadv. lib. IV. cap. 14. notavit, ubi ait: »Ut in κύρ»βεσι leges exaratae erant, ita in ſcytala praecepta ad »duces & imperatores militiae inſcribebantur.« Caeterum, in ipſis poëtae verbis quo pacto conſtructioni verborum conſtet ratio, aut quo pacto omnino concipienda ſit orationis ſtructura, minime adparet; & vix ſana eſſe videtur illorum verborum ſcriptura. Nam haec quidem ſententia, *ampulla ſuſpenſa erat* ex κύρβι, Graece illis verbis exprimi nullo modo poſſe videtur, ὅλπη παρηωρεῖτο κύρβιν. Conſtaret utcumque ratio, ſi converſis nominum caſibus dixiſſet poëta, ὅλπην παρηωρεῖτο κύρβις: quod ſic intelligi poſſet, *κύρβις ex ſe ſuſpenſam habebat ampullam.* Neſcio, utrum in vocabulo λιθάργυρος etiam obſcuritatem quamdam iam olim fuiſſe dicam, an nobis tantum hodie obſcurum eſſe, quid ſit quod λιθαργυρον *ampullam* Achaeus aut λιθαγύρεον *pelluvium* Steſichorus dixerit; quandoquidem ex *lithargyro* vel *lithargyrio*, quod vulgo vocatur, *vaſa* confici nequeunt. Quam λιθάργυρον ampullam Achaeus vocat, eam ἀργυρᾶν (*argenteam*) interpretatur Athenaeus, ſive apud Athenaeum Clearchus. Suſpicari autem licet, non intelligi debere prorſus *argenteam*, ſed *argento ſimilem*, nempe *aeneam argento obductam.* Vide Epigramma in Analectis Brunckii T. II. p. 142. num. 8. & apud Suid. voc. Ὅλπη: & confer IACOBS Animadv. in Anthol. T. II. P. 1. pag. 358. &, quem is laudavit, SCHNEIDERUM in Lexic. Graec. voce λιθάργυρος. Caeterum de Lithargyro, ex mente atque ſermone veterum, conſulendus Salmaſius in Exercitat. Plinian. pag. 760. & 762.

Ἴων δὲ – – δρυὸς ἱδρῶτα εἶρηκε τὸν ἰξόν. »Locus hic »erat praeclarae θεωρίᾳ de *generatione viſci.* Sed neque in»ſtituto noſtro convenit, quaeſtiones philoſophicas pluri»bus explicare: & de ea re griphoque hoc Ionis ita docte, »accurate, & ſubtiliter diſſeruit *Iulius Caeſar* SCALIGER, »ut tanti viri pudor vel maxima ingenia ad Lucilianum »*mu* iure poſſit adigere. Studioſi legant quae ſuper hoc ſcri»pſit vir incomparabilis cum ad Theophraſtum DE Cauſis »Plantarum lib. II. [cap. 23.] tum in Exercitationibus »contra Cardamum. *Ionis* ſunt verba de aucupe quodam;

» — Δρυὸς μὲν ἱδρὼς (vel μ' ἱδρὼς)
» καὶ Θαμνομήκης ῥάβδος, ἥ τ' Αἰγυπτίη
» βόσκει λινοῦλκος χλαίνα, θήραγρος πέδη.

» *Alit me*, inquit poëta, *quercinum viſcum, & ſurculoſa vir-*
» *ga longa, & laena ex Aegyptio lino facta, pedica beſtiis ca-*
» *piendis apta.* Appellat λινοῦλκον χλαῖναν, *retia, quibus*
» *ceu veſte amictae aviculae capiuntur.* Vocem βόσκει quare e
» damnarunt? Theocritus de piſcatore:

» ἑξ ἁλὸς ᾧ ζῶει· [immo ζωή·] τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ
ἀσσοτρα. «

CASAUBONUS. — Verbum βόσκει agnoſcunt libri omnes: ſed parum illud perceperat Dalecampius. Pro θήραγρος, temere θύραγρος ed. Baſ. & Caſ. 1. λίνουλκος non tam ſignificare videtur *ex lino factus* vel *textus*, ut accepit Caſaub. cum Dalec. quam *qui lino trahitur*; quod ſatis commode dici poterat de *reti*, quod *lineo funi tractum* aves involvit. Pronomen perſonale, quod deerat vulgo, omnino fuit adiiciendum. Initium fragmenti ſic ſcripſit TOUPIUS, Μ' ἱδρὼς δρυὸς, (Epiſt. Crit. pag. 89.) transpoſitis vocibus: puto quod primam in ἱδρὼς neceſſario longam iudicaret, quae tamen anceps eſſe videtur. Idem: » λινοῦλκος
» χλαῖνα (ait) eſt *rete loris ſive funiculis aptum.* Aegyptus
» autem *lino* abundabat: hinc Αἰγυπτίη vocatur. «

AD CAP. LXXV.

Griphus de *umbra* nihil obſcuri habet. Hexametros non adpoſuit Breviator, proſaica ſolutione contentus, quam praemiſit Athenaeus. Quae *verſ.* 1. poſt Τῆς φύσεως in ms. *A.* adiicitur particulâ οὔθ', ea interpretationis cauſſâ, reclamante metro, adiecta erat; merito reiecta ab editoribus. Recte item *verſ.* 5. μείζων habent edd. ubi μείζον ms. f
Inſeruit illud aenigma Analectis ſuis Brunckius, T. III. pag. 321. 14.

Aenigma de *die & nocte*, ſatis quidem lepidum, quum ſic ſcriptum eſſet in editis,

Εἰσὶ κασίγνηται δίτται, ὧν ἡ μία τίκτει
τὴν ἑτέραν· αὐτὴ δὲ τεκοῦσα πάλιν γ' ὑπὸ ταύτης
τεκνοῦται. —

illud incommodi habebat, quod minus eſſet rotundum, nec duobus hexametris concluſum, ſed ſupereſſet verbum extra verſum poſitum. Ea fortaſſe cauſſa fuit, cur in Ana-

lectis exhibere dedignatus sit Brunckius. Cui incommodo praesentissimum remedium adtulerunt ambo nostri codices mssti; duobus illis perfectissimis hexametris, quos exhibuimus, totum aenigma complectentes.

a Καλλισθένης ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς. Si vera ista scriptura, subintelliges Ἱστορίαις vel Πράξεσι. Sed solent fere in neutro genere concipi eiusmodi tituli librorum. Sic vides apud Vossium, De Historic. Graec. lib. I. c. 9. citata eiusdem Callisthenis Μακεδονικὰ, Θρᾳκικὰ, Περσικά. Quare consentaneum est, horum librorum titulum fuisse Ἑλληνικά: non Ἑλληνικαί.

b Quod dein in editis legebatur, ἐάν τι παρέλθωσι, quamquam haud satis adparet quid ibi valeat vocula τὶ, ferenda tamen fortasse illa fuerat; hoc sensu, *si forte illi dies praeterüissent*. Sed aliud dabant mssti libri: & codex *A*. quidem prorsus corrupte in hunc modum, ἐν αὐτὰ παρέλθωσι, & super postremâ vocali vocis αὐτὰ notata litera *n*. In ms. *Epit*. vero perspicue ἐὰν αὐτὰς παρελθ. scribitur: ubi verbum παρέλθωσι active accipiendum, & ad Spartanos referendum, *si Spartani illos* (decem dies) *praeterüissent*, id est, *praetermisissent, praeterire passi essent*. Quam scripturam cum adoptaverim, tamen non dissimulo, similia exempla eiusdem usus verbi παρέρχεσθαι me requirere. Quod supra dicebatur, δέχ' ἡμερῶν, ibi satis constat praepositionem ἐντὸς subintelligendam. Sub ipsum finem narrationis, ubi ἐβοήθησαν κατὰ κράτος dabant edd. cum ms. *A*. ibi longe probabilior nobis visa erat scriptura *Epitomae*, κατὰ τάχος.

AD CAP. LXXVI.

Πολλοὶ δὲ γρίφων καὶ τοιοῦτοί τινές εἰσιν. »Non est plena oratio: erit hoc aut simili modo: Πολλῶν δὲ γρίφων »ὄντων, καὶ τοιοῦτοί τινές εἰσι. « Casaubonus. — Nobis ad integritatem dictionis nihil deesse videbatur. Agitur de aenigmatibus simili quadam ratione conceptis & expressis atque illud pervulgatum de *cucurbitula*, aut illud de *eunucho & vespertilione*.

Ἀνδρ' εἶδον &c. »Griphus subiicitur:

»Ἀνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,
»οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

»Male editum est πυρίχαλκον. [Sic quidem unâ voce

ſcribitur apud Noſtrum non modo in edd. ſed & in utro- b
que cod. msto.] »Melius apud alios, πυρὶ χαλκόν: »neque aliter poteſt. [Sic apud Ariſtot. Rhetor. lib. III. c. 2. (al. c. 1.) & Poëtic. cap. 23. 5. item apud Demetrium περὶ Ἑρμηνείας, cap. 102.] »Omnis gratia & ob- »ſcuritas huius griphi eſt in duabus vocibus κολλᾷν & »σύναιμα: ſed maxime in illâ; ſicut docet Philoſophus »in tertio Rhetoricorum. Ἔτι δὲ, inquit, οὐ πόρρωθεν δεῖ, »ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ »ἀνώνυμα ὠνομασμένως, ὃ λεχθὲν δῆλόν ἐστιν ὅτι συγ- »γενές. οἷον ἐν τῷ αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι,

»Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

»ἀνώνυμον γὰρ τὸ παθος. ἔστι δ' ἄμφω πρόσθεσίς τις. κόλ- »λησιν τοίνυν εἶπε, τὴν τῆς σικύας προσβολήν. Negat philo- »ſophus eſſe propriam in Graeca lingua vocem ad deno- »tandam *coniunctionem cucurbitae cum cute*: quod verum eſt. »Medici fere προσβολὴν vocant. Galenus κόλλησιν ſaepe, »non ſine alluſione ad hunc griphum. Cornelius Celſus »τὸ κολλᾶσθαι vertit *inhaereſcere*: τὸ κολλᾶν, *imponere*. Iu- »lius Pollux, qui libro quarto [ſect. 179.] ſcribit, τὸ »κολλῆσαι vocabulum eſſe medicae artis, non horſum re- »ſpexit, ut aliquis putet: verum ad coalitionem partium »vulneratarum aut alio caſu divulſarum, quae etiam »κόλλησις dicitur Graecis medicis: ut Galeno περὶ Ἀνατ. »Ἐγχειρ. ὡς κινδυνεύειν τῶν ἐπιπολῆς κολληθέντων, ἀκόλ- »λητα μεῖναι τὰ διὰ βάθους. & ita ſemper. (*Additur in* ed. »2. & 3. Sic apud Medicos Latinos, *glutinare* & *gluti- »natio*: ut in libris Aureliani ſaepe, *diviſuras conglutinare.*) »Olim, ut opinio noſtra eſt, ſolo hexametro hoc aeni- »gma conſtabat: poſterior aetas hexametro adiecit pen- »tametrum: cuius apud antiquiſſimos auctores [quos ſu- »pra nominavimus] mentio nulla. Ineſt velut alter gri- »phus in voce σύναιμα, id eſt, *conſanguinea*, vel *eundem »ſanguinem participantia*; quod verum eſt, cum τῇ κολ- »λήσει adiicitur ſcarificatio. « Casaubonus. — Confer Schneiderum ad Demetrium de Elocut. & Buhle ad Ariſtot. Rhetor. locis citatis.

Καὶ τὸ Πανάρκους δὲ &c. παναρκοῦς ſcribebatur in c edd. tamquam eſſet appellativum nomen. Recte vero, ut videtur, Πανάρκους ms. *Ep.* ut ſit Πανάρκης proprium nomen viri: de quo caeteroquin quidem nihil nobis compertum.

c ὅτι βάλοι ξύλῳ τε κοὐ ξύλῳ καθημένην. Satis adparet, verba ξύλῳ τε κοὐ ξύλῳ non ad βάλοι esse referenda, sed ad καθημένην. Itaque pro καθημένην malles ἐπὶ καθημένην. Commodius apud Suidam in Αἶνος scribitur: ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου: quod ipsum etiam metri ratio requirebat. Nam qualis apud Suidam exhibetur hic griphus, tribus his hexametris conclusus fuisse videtur:

Ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ, ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιν,
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην,
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βαλὼν διώλεσεν.

Eodem pertinet, quod apud Platonem, loco mox citando, ἐφ' οὗ scribitur. Sed quum in aenigmatibus versemur, iuvabit huc transscribere idem aenigma duobus membris auctum, quale *ex* nescio quo *auctario ad Phaedri fabellas* exhibuit Brunck in Notis ad Analect. T. III. p. 308. praescripto hoc lemmate: Εὐνοῦχος, στραβὸς ὤν, νυκτερίδα ἐπὶ νάρθηκος καθημένην κισσήρει βάλλει καὶ ἀστοχεῖ.

Αἶνός τις ἔστιν, ὡς ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ
ὄρνιθα κοὐκ' ὄρνιθ' ἰδών τε κοὐκ ἰδὼν
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλεν τε κοὐ βάλε.

A Grammaticis sequioris aevi subinde uno atque altero membro auctum circumferri solitum esse illud aenigma intelligo ex Eustathio: qui mentionem illius faciens (ad Iliad. θ'. pag. 599. l. 26.) non modo omnia eadem posuit, quae in versibus a Brunckio prolatis leguntur, sed insuper etiam ad verbum καθημένην (reclamante licet metro) adiecit τε κ' οὐ καθημένην: quae quidem ille non ex Athenaeo aut ex Athenaei Epitoma, sed aliunde, desumsit. Nam nihil hic ab editis dissentiunt mss. *A.* & ms. *Ep.* nisi quod ubi λίθῳ κοὐ λίθῳ erat editum, ibi τε particulam priori λίθῳ adiectam dedere ambo mssti. Tum, κίσσηρις bene edd. cum *Ep.* sed κίσηρις ms. *A.*

Πλάτων ἐν πέμπτῳ Νόμων. Non in *quinto Legum libro*, sed in *quinto Reipublicae*, aenigmatis illius meminit PLATO, (Tom. VII. ed. Bipont. pag. 65.) ubi παίδων αἴνιγμα appellat. Ibidem, quod modo diximus, non d ἀφ' οὗ, ut in Athenaei libris, sed ἐφ' οὗ scribitur, scil. ἐφ' οὗ καθημένην. Possis tamen ἀφ' οὗ ad βαλεῖν referre, & intelligere *qua de arbore avem non avem deiecerit:* nisi iungi debuit utrumque, ut ἐφ' οὗ ad arborem spectet, ἀφ' οὗ vero ad materiam seu instrumentum, quo feriit eunu-

chus. Sed habent etiam alias difficultates illa Platonis verba hîc citata; quas nunc non vacat ſubtilius excutere.

AD CAP. LXXVII.

Nullam habent difficultatem, & vel pueris nota ſunt iſta, quae *Pythagorae aenigmata* perhibere ſolent. Illud miratus ſum a nemine interpretum eſſe obſervatum, defectam eſſe ſub finem huius capitis orationem. Profecto enim non cohaerent iſta, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι. ὅρος γὰρ καὶ πέρας ζωῆς ὁ θάνατος. In ſuperioribus verbis terminatur interpretatio illius aenigmatis, μὴ καθῆσθαι ἐπὶ χοίνικα: cui interpretationi fortaſſe etiam cauſſa erat adiecta, cur illud praeceptum tali potiſſimum aenigmate fuerit comprehenſum. Deinde vero dubitari non poteſt, quin ſubiectum fuerit aliud aenigma, cum ipſius interpretatione: cuius ratio deinde redditur in eis verbis quae ſuperſunt, ὅρος γὰρ (ſive, ut nos ex ms. *A.* edidimus, ὅρια γὰρ) καὶ πέρας ζωῆς ὁ θάνατος &c. Quibus ex verbis facili etiam coniecturâ intelligi poterat, quodnam fuiſſet aenigma, quod hîc ab Athenaeo poſitum fuerit, ſed per librariorum lapſum interciderit: nempe illud, quod apud Plutarchum De Puerorum Educat. lib. III. cap. 2. (cap. 17. pag. 56. ed. Schneid.) his verbis expreſſum eſt, Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας. Cui aenigmati talis quaedam interpretatio adiecta fuiſſe videtur: ἀντὶ τοῦ, τὸν θάνατον εὐκόλως προσδέχεσθαι: *id eſt*, *mortem aequo animo exſpectandam* vel *admittendam*. Ac fortaſſe loco verbi προσδέχεσθαι, quod hodie proxime poſt τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ legitur, aliud olim verbum erat poſitum, velut προορᾶσθαι, προνοεῖν, aut tale aliquod: ut *defectûs nota* rectius inter duo verba ἀεὶ & προσδέχεσθαι fuerit ponenda. Nam verbum quidem προσδέχεσθαι ad iſta τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ (nempe ἡμέραν) haud ſatis aptum videtur pro eâ ſententiâ de qua hîc agebatur. Apud Plutarchum l. c. ſic habes, φεύγειν ἀργίαν, καὶ προνοεῖν ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν. Rurſusque apud eumdem, Sympoſiac. VII. 4. ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν. Repererat tamen & Epitomae auctor in ſuo operis plenioris exemplo iam tum iuncta iſta verba, τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι, quae & ipſe ſic in *Epit.* poſuit: ſed pulcre intelligens, cum

istis nullo modo cohaerere ea quae sequebantur, ὅρια γὰρ καὶ πέρας &c. consulto haec praetermisit.

AD CAP. LXXVIII.

f ἐν τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ. »Enumerantur aliquot ve»teres aenigmatum auctores εὐφυεῖς: inque his *Aristony»mus psilocitharistes, & Cleon cognomine mimaulus.* Ambos »fuisse *pantomimos saltationis Italicae artifices*, non obscure »indicatur; cum, ubi dixit de Cleone, ὥσπερ καὶ τῶν »Ἰταλικῶν μίμων ἄριστος γέγονεν αὐτοπρόσωπος ὑποκρι»τὴς, addit dipnosophista, καὶ γὰρ Νυμφοδώρου περιῆν »ἐν τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ. Videtur dicere, *victum Nym»phodorum a Cleone*, cum ambo mimum quemdam Romae »recitarent & gestum agerent in theatro. Sed quis ille »μνημονευόμενος *mimus?* Aut titulus hic latet alicuius mi»mi corruptus: aut aliquem celeberrimum mimum intel»ligit, vulgo omnibus tum notum, cuius tamen fama sit »hodie extincta, in hac bonorum librorum penuria.« Casaubonus. — At mihi perspicuum esse videbatur, quem dicit auctor τὸν μνημονευόμενον μίμων esse eumdem quem modo memoraverat *Italicum mimum.* Pro eo quod modo in plurali dixerat τῶν Ἰταλικῶν μίμων ὑποκριτὴς, nunc singulari utitur, non diversa sententia. τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ idem valet ac si dixisset τῷ προειρημένῳ γένει τῶν μίμων, nempe τοῖς Ἰταλικοῖς μίμοις. Neque hic de hominibus agitur, qui Romae (ut existimavit Casaubonus) mimos recitassent & gestum egissent, sed de iis qui in *inferiore Italia*, quae magna Graecia dicta est, artem illam exercuerunt. *Nymphodorus* Syracusius, de quo hic agitur, multo prius vixit quam Graecos artifices urbs Roma vidisset: nam (quod ipso Athenaeo teste scimus, I. 19. f. ubi conf. notata) illius meminit Duris historicus, qui Ptolemaei Philadelphi aetate scripsit. *Aristonymus*, qui paulo ante nominatur, Athenienſis fuit, citharamque pulsavit in nuptiis quas Alexander M. sublato Dario celebravit, ut docet Noster, XII. 538. e. Quare cum Aristonymo comico poëta, qui sub Ptolemaeo Philadelpho & Philopatore vixit, non confundi debuit; quod factum a viro docto in nova editione Bibliothecae Graecae, T. II. pag. 288. Nec vero *Ischomachus*, quem continuo deinde ait Athenaeus fuisse aemulum Nymphodori, confundi de-

buisse videtur (quod nobis accidit, in Animadv. ad I. 8. f.) cum parasito illo Ischomacho, cuius meminerunt Cratinus comicus, & Araros, Aristophanis filius, apud Athenaeum I. 8. f. & VI. 237. a. Quod mox ait auctor, ἐν τοῖς δαύμασιν, de eo vocab. vide Animadv. ad I. 6. d.

Τὰ τοῦ Ἀριστωνύμου &c. »Mutila sunt & corru- a
»pta verba, τῶν ἀριστωνύμων δ' ἦν εὐπαρύφων λόγων. Si-
»ne libris ne hiscere quidem licet nobis. Desunt fortasse
»non pauca. Nam videtur his verbis transitum facere ad
»*Aristonymi* aenigmata: quorum aliquot, opinor, exem-
»pla posuerat. « CASAUBONUS. — Ne nobis quidem meliores libri quidquam profuerunt: nil mutat ms. *A.* in *Epitoma* vero desunt ipsa ista verba, quae crucem figebant doctissimo viro. At vel sic hiscere nos ausi sumus; nobisque persuasimus, aut tali prorsus modo, quo usi sumus, aut in eamdem sententiam simili alio, corrigendum supplendumque esse desperatum istum locum: neque aliud quidquam hîc desiderari. εὐπαρύφους λόγους Athenaeus, Romanorum sermonem (ut passim alibi) imitatus, eâdem prorsus notione dixit, quo Romani *praetextata verba* dixerunt, quae essent *lasciviora & obscoena.*

ὁ Σωσιφάνης ὁ ποιητής. Ex Pleiade, quae dicebatur, Tragicorum poëtarum *Sosiphanes* fuit; aliis quidem passim citatus, Athenaeo vero nusquam nisi hîc nominatus. *Articulum ante* Σωσιφάνης *adiectum* dedit ms. *A.* Iunguntur autem haec verba cum superioribus, non, ut plerumque solet Noster, per δὲ particulam, sed per copulam καὶ, quâ indicaret auctor, *etiam* Sosiphanis dictum *eiusdem* fere *generis* fuisse quo delectatus erat Aristonymus.

λοιδορῶν αὐτὸν ὡς· εὐρύστομον. »Refertur inter gri-
»phos etiam hic, sane αἰνιγματώδης mihi quidem: Σωσι-
»φάνης ὁ ποιητὴς εἰς Κηφισοκλέα τὸν ὑποκριτὴν εἶπεν, λοιδο-
»ρῶν αὐτὸν ὡς εὐρύστομον· ἐνέβαλλον γὰρ ἂν σου, φησὶν,
»εἰς τὰ ἰσχία λίθον, εἰ μὴ καταῤῥαίνειν ἔμελλον τοὺς περι-
»στηκότας. Offendit me ista lectio multis modis: nam si
»*latius & nimis diductum os* (quid enim aliud τὸ εὐρύστο-
»μον? Interpretis ille *ex pituita fluor* ineptum commen-
»tum est:) Cephisocli ivit obiectum Sosiphanes; quid
»attinebat, ἰσχίων, id est, *coxarum* aut *natum* facere men-
»tionem? Deinde nihil penitus video in his verbis unde
»colligi possit ullâ ratione Cephisoclis deformitas ex oris
»latitudine. Postremo, illud καταῤῥαίνειν λίθοις haud scio

a » an satis probum censeri debeat genus locutionis. In Ex- » cerptis καταῤῥέειν offendimus. Acutiores excogitabunt » aliquid melius. Nos ita censemus: non τὸ εὐρύστομον, » sed τὸ εὐρύπρωκτον exprobrat Sosiphanes Cesiphocli. Id » quid sit norunt omnes qui non sunt in Graecorum scri- » ptorum lectione peregrini. Pro καταῤῥαίνειν, lego κατα- » ῥάττειν. Quid poterat ingeniosius dici ad declarandam » εὐρυπρωκτίαν quam hoc? *Ego tibi in nates coniicerem la-* » *pides; nisi vererer ne transmissis saxis circumstantes feriam.* » In corona hominum haec dicta sunt, &, ut opinor, in » theatro: ubi moris erat malos poëtas & histriones im- » peritos lapidare, quemadmodum antea probavimus. « CASAUBONUS. — De priori emendatione (merito, uti videtur) adsentiens Casaubono PALMERIUS, in Exercitationib. pag. 517. recte defendit verbum καταῤῥαίνειν, quod cum editis tenet cod. *A.* in καταραίειν detortum in nostro ms. *Ep.* Nec vero (quod Casaub. existimaverat) intelligi debet λίθοις καταῤῥαίνειν: sed, quod *Palmerius* ait: » qui in lacunam lapidem violenter iacit, is *adspergit cir-* » *cumstantes.* « — Gallicus interpres, suo sensu abundans, quo Casaubono obganniret, vulgatam scripturam εὐρύστομον defendit: qui quod ait, ipsum vocabulum τὰ ἰσχία, quod suspectam Casaubono fecerat scripturam istam, contra ipsum pugnare; id quo pacto ita nude nullà prolatà ratione adfirmare potuerit, viderit ipse.

b Ἀρχαιότατος δ' ἐστὶ λογικὸς γρῖφος. Quodnam sit genus griphorum quod prae caeteris *griphum logicum* sive *rationalem* adpellat auctor; aut, cur ad hoc genus tres illos potissimum griphos, qui mox subiiciuntur, retulerit, profiteor mihi non liquere. Vellem mentem suam aperuisset Casaubonus: nec enim probabile est, DALECAMPIO illum adsensisse, verba ista graeca, Ἀρχαιότατος δ' ἐστὶ λογικὸς γρῖφος, his latinis reddenti: *Est autem vetustissima griphorum oratio:* quasi legisset, λόγος γριφικός. Haud dissimili vero ratione difficultatem eluit Gallicus interpres, sic vertens: *Voici un très-ancien propos qu'on peut bien rapporter au caractère des griphes: Qu'est ce que nous enseignons* &c. Vocabulum graecum latine saltem expressit NATALIS COMES: *Antiquissimum est aenigma rationem sequens, maximeque accommodatum naturae aenigmatum.* Sed videtur γρῖφος λογικὸς opponi τῷ μνημονικῷ. (cf. Poll. VI. 108.) In hoc sola memoria, in illo valet ingenium.

Τί πάντες οὐκ ἐπιστάμενοι διδάσκομεν; » Etiamsi non » adieciſſet ſuam interpretationem Athenaeus tribus quae- » ſtionibus aenigmaticis quae ſequuntur ſtatim, non erat » arduum illas ſolvere. Nos ita reſpondiſſimus, partim ut » ab eo factum, partim paulo aliter. Exempli gratia: *Quid* » *eſt quod omnes docemus, cum neſciamus tamen?* ſi quis me ro- » get; dicam, *praecepta medicinae.* Etiam imperitiſſimos, » etiam aniculas praecepta recuperandae aut conſervandae » valetudinis aliis dare videas: nobiliſſimam artem pauci » recte tenent, quos aequus amavit Apollo. Athenaeus » vero reſpondet, τὸ ψυχὰς ἔχειν: *quod animas habeamus.* c » Paralogiſmus eſt in hac reſponſione: nam verum qui- » dem eſt, ignorari vulgo quid animus ſit, itemque alia » quae de animâ & animo quaerunt ſapientes: at illud » falſum eſt, neſciri a nobis quod animam habeamus. Hoc » igitur omnes docemus, quod ſcimus omnes: illud alte- » rum, quod ſcit nemo, docere etiam aggreditur nemo, » niſi ſoli ſapientes aut ſapientiam profeſſi. « CASAUBO- NUS. — Sane, ſi de *animâ*, quam vulgo dicimus, id eſt, de *animo* (ut latine reddidit Dalec.) intelligi debet Athe- naei interpretatio; multo mirabilior nobis accidat opor- tet interpretatio griphi, quam griphus ipſe. Et, ut dicam quod ſentio, prorſus non percipio quo pacto in eam ſen- tentiam interpretari griphum iſtum quisquam potuerit. Quare mendae ſuſpecta mihi fiebat vox ψυχάς: ſed nec mssti codices aliam dedere, neque occurrebat quidquam ex quo illam ortam aut huc invectam eſſe hariolari poſ- ſem. Itaque videndum putavi, ne notione quadam plurimum diverſâ hîc accipiendum eſſet illud vocabulum; nempe, de *halitu ex ore* & pulmonibus *prodeunte:* quem ſi quis *foetidum* habet, *non animadvertit ipſe*, ſed διδάσκει τὸν πλησίον, *docet eum qui prope adſtat.*

» *Altera quaeſtio*, Τί ταυτὸν οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ; Re- b » ſpondiſſem, *Infinitum:* ſive, *Deus;* de quo noti ſunt » Arati verſus, & illud, *Iovis omnia plena.* Olympiodo- » rus, in Phaedonem Platonis: λέγομεν εἶναι ἐν οὐρανῷ » τὸν θεὸν, καί τοι πανταχοῦ κοὐδαμοῦ. Ad *tertiam quae-* » *ſtionem*, Τί ταὐτὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν θαλάττῃ; » etſi poteſt etiam aliter, malim tamen cum Athenaeo re- » ſpondere, *canis, aquila, urſus & ſerpens.* Etiam marinos » ſerpentes eſſe, pluraque eorum genera, auctor Ariſtote- » les, Hiſt. Anim. lib. II. « CASAUBONUS. — Ubi nos edidi-

mus, τὸ δὲ, χρόνον σημαίνει, ibi fidem msstorum noſtrorum ſecuti ſumus: nec aliter legitur in ed. Ven. & Baſ. Ac ſatis hoc erat: distinguuntur tria, τὸ μὲν, *hoc;* tum τὸ δὲ, *illud;* denique τὸ δὲ προάγον, *iſtud quod erat primum.*

AD CAP. LXXIX.

c Ὁ δ' Ἀθηναῖος Καλλίας - - - ἐποίησε τὴν καλουμένην Γραμματικὴν Θεωρίαν, &c. » Sequuntur quae de CALLIA » *Athenienſi* multis verſibus commemorat dipnoſophiſta. » Tragoediam narrat ab eo compoſitam, τὴν καλουμένην » Γραμματικὴν Θεωρίαν. Ita ſcribitur hoc in loco: & aſſen- » tiuntur veteres libri atque Excerpta. [Etiam noſtri ms. » *A.* & *Ep.*] Paullo ante vocavit Γραμματικὴν τραγῳ- » δίαν. [pag. 448. b. conf. VII. 276. a. ubi vide not.] Ar- d » tificium poëtae eâ in componendâ, *primum ex literarum ſin-* » *gularum nominibus, deinde ſyllabarum*, curioſi talium di- » ſcant ex Athenaeo: &, ſi videbuntur facturi operae » pretium, eam partem nobis illuſtrent: item quod de e » *Euripidis Medea* & *Sophoclis Oedipode* dicitur ibidem. *Oe-* » *dipum* autem intellige *Tyrannum:* nam, quod ait, *So-* » *phoclem* διελεῖν φασιν ἀποτολμῆσαι τὸ ποίημα τῷ μέτρῳ » τοῦτ' ἀκούσαντα, καὶ ποιῆσαι ἐν τῷ Οἰδίποδι οὕτως· ἐγὼ » οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ ταῦτ' ἐλεγχθείς: reſpicit » hos duos eius fabulae verſus a Tireſia pronunciatos: » [vs. 332 ſq. ed. Br.]

» Ἐγώ τ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ· τι ταῦ-
» τ' ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

» Hinc erant emaculandi interpretibus codices Athenaei. » Caeterum de huius loci ſententia quaeremus alibi ac- » curate. Quid ſint στροφὴ & ἀντίστροφος, quid ῥῆσις & » παραγραφαὶ, non ex interpretibus Athenaei, ſed ex He- » phaeſtione & Graecis Tragicorum Comicique interpre- » tibus diſcent ſtudioſi. « CASAUBONUS. — Promiſſo-ne ſteterit vir doctus, huiusque loci ſententiam alio in opere, quod publicam lucem viderit, accuratius explicuerit, non habeo compertum: ſed id ab eo praeſtitum valde dubito. Poſt hunc in primis in excutiendo hoc loco elaboravit *Samuel* PETITUS, Miſcellan. lib. VI. cap. 15. & nuper FIORILLO, in Obſervatt. in Athen. pag. 75 ſqq. Quorum qui noſſe cupit coniecturas ſuper *verſibus*, quibus vel

ludicrus ille *Calliae prologus*, vel *chori cantus* fuerit conceptus, ipsos adeat. Nobis, quibus multa hîc obscura sunt; liceat ad ea quae de isto lusu Athenaeus commemoravit, nonnihil adnotare.

Ubi edidimus δν χρὴ λέγειν ἐκ τῶν στοιχείων διαιροῦντα c κατὰ τὰς παραγραφὰς: ibi παραγραφὰς cum *Petito* & *Fiorillo* correximus, coniecturâ cum per se probabili, tum quae extra dubitationem ponebatur per id, quod infra (hac pag. lit. f.) contentiente vetere codice cum editis scribitur; κατὰ τὰς παραγραφὰς ὁμοίως τοῖς πρόσθεν &c. Est autem παραγραφὴ (ut cum Athenaeo nominat ex aliis Grammaticis Eustathius ad Iliad. α'. pag. 81. l. 18. & alter ex Scholiastis Venetis Villoisoni ad Iliad. α'. vs. 304.) sive ἡ παραγραφος (ut apud Hephaest. in Enchirid. pag. 74 sq. & ex illo apud Schol. ad Aristoph. Plut. 253. & ad Nub. 518.) signum quoddam sive nota, qua in vetustis libris distinguebatur oratio, ubi ab uno argumento ad aliud, ab una re ad aliam transitur. Confer Montfauc. Palaeogr. Graec. pag. 372. Quae hîc praecedunt verba, ἐκ τῶν στοιχείων, ut temere e superioribus repetita, abiicienda censuit *Sam. Petitus*. Tenens eadem *Fiorillo*, si sententiam ingeniosi viri recte percepi, sic interpretatur, ut personarum partes secundum seriem literarum distinguerentur, & singulae personae omnes literas recitarent, sed ita ut prima inciperet ab *alpha*, altera a *beta*, & sic porro, donec ad extremum eo perventum esset, ut post *omega* rursus ab *alpha* fieret initium; quo facto terminaretur illa prima pars huius ludicri dramatis. Quod si vera scriptura est ποιουμένους, debebat paulo ante διαιροῦντας scribi, non διαιροῦντα. Si ποιούμενος corrigas, referetur hoc ad ὁ πρόλογος.

Seriem nominum literarum Graecarum, quae dein adponitur, nisi multa mutes, fieri vix poterit, ut in iustos & rite cadentes versus cogas. Quare aut ignoto nobis modulo decurrebant illi versus: aut in scriptura passim peccatum est. Et parum quidem praesidii vetus codex hîc nobis praebuit. Deesse literam ζῆτα adparet: nec ille eam agnoscit. Tum litera *epsilon* non suo stat loco, sed post d *theta*; quod fortasse metri caussâ factum: quo etiam pertinet illa circumlocutio, θεοῦ γὰρ εἶ γε, id est, *Deo enim consecrata est ε litera*: nempe *Apollini* in Delphico templo. Notum est autem, nomen literae, quam *epsilon* vul-

go vocamus, Graecis olim fuiſſe ει: quemadmodum & nomen τοῦ *omicron* illis erat ου, de quo paulo poſt etiam Caſaubonum audiemus monentem. Itaque deinde, ubi βῆτα ε, & ubi γάμμα ε ſcribebatur in editis, ibi βῆτα ει & γάμμα ει dedit noſter codex *A.* & ubi βῆτα ο edebatur, ibi ex eiusdem codicis praeſcripto βῆτα ου edidimus. Inter nomina literarum υ & φῖ idem codex inſertam dedit vocem παρὸν, quam rurſus metrica ratio videtur deſideraſſe: ſed videtur oportuiſſe υ παρὸν τῷ φῖ, quemadmodum continuo dein ſubiicitur, χῖ τε τῷ ψῖ. Paullo inferius, e pro olim edito ἕκαστος, recte ἑκάστων dedit idem ms. *A.* ad συλλαβῶν relatum.

Quod deinde ait Athenaeus, ὥστε τὸν Εὐριπίδην μὴ μόνον ὑπονοεῖσθαι τὴν Μήδειαν ἐντεῦθεν πεποιηκέναι πᾶσαν, id eſt, *Euripidem exiſtimari hinc feciſſe totam ſuam Medeam*, itemque de *Sophoclis Oedipo:* id ipſum iam ſupra, lib. VII. pag. 276. a. his verbis propoſuerat, Καλλίαν ἱστορεῖ τὸν Ἀθηναῖον Γραμματικὴν συνθεῖναι Τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίποδα. Ad quem locum memini me in Animadv. T. IV. pag. 9. polliceri, quale id eſſet quod *de Euripidis Medea & de Sophoclis Oedipo ex Calliae Grammaticâ Tragoediâ expreſſis* diceretur, hoc loco curatius inquiſiturum. Quae quidem quaeſtio, ſi non niſi de *modulatione carminum a choro decantatorum* ageretur, parum difficultatis erat habitura: facile enim credi poſſet, *in concinnandis ſtrophis*, &, quae his adcuratiſſime ſingulis in partibus reſponderent, *antiſtrophis, Euripidem Sophoclemque, itemque alios* (ut mox diſerte ait auctor noſter) *imitatos eſſe* aliquatenus *eam rationem quam Callias praeiviſſet.* Sed quod τὴν διάθεσιν etiam, immo *totam ſuam Medeam*, ex eodem Calliae dramate deſumſiſſe perhibeatur Euripides, id quale ſit haud facile dixeris: & ignoſcendum hactenus *Petito*, quod hoc ipſo uſus argumento negavit, *Medeam*, quae hodie ſupereſt, non *illius Euripidis* eſſe, cui vulgo tribuitur. Caeterum haud abſurde fortaſſe coniectare aliquis poſſet, praecipuum argumentum eius tragoediae *Calliae*, cuius in prologo & in choro proponebatur illa γραμματικὴ θεωρία, quae hîc vocatur, (unde alibi tota etiam fabula Γραμματικὴ Τραγῳδία nominatur, VII. 276. a. & X. 448. b.) fuiſſe revera *Medeae hiſtoriam* eamdem quam in ſua *Medea Euripides* tractaverit. Sed de *Sophoclis Oedipo* quid dice-

mus? in quo iam non patebat *Petito* refugium illud, quod e in Euripide quaesivit; quandoquidem ipsa verba hîc citantur, quae (ut vidimus) hodie in *Sophoclis Oedipo Tyranno*, quamquam nonnullà cum varietate, leguntur. Neque profecto fuerat cum ulla rationis specie licet, argumentum fabulae *Calliae* simul *Medeam* atque *Oedipum* fuisse. Quare consentaneum est, ut *hoc* certe, in quo Calliam *Sophocles* imitatus esse perhibetur, non nisi ad τὸ *μέλος* & *ad chori institutionem* referamus. Sed ecce hîc nova atque etiam gravior difficultas. Nam, quae verba ex Sophoclis Oedipo Tyranno hîc citantur, non sunt ea e chori cantu, sed e mediis dialogi iambis decerpta: quae cum nonnihil quidem ab illis differant quae apud ipsum Sophoclem leguntur; si cum Casaubono corrigendos e Sophoclis libris libros Athenaei statueris, gravius etiam nasci incommodum ac paene immedicabile videri poterat. At eâ difficultate non deterritus PETITUS, & ipse quidem ex Sophocleis libris supplenda nonnulla, quae desunt in nostris, censuit, sed in hunc modum scribendos illos versiculos:

» Οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἄλγυ-
» νῶ. τί ταῦτ' ἄλλως ἐλέγχεις;
» οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

»ut duo priores sint dimetri trochaici acatalectici, qui»bus subiectus sit tertius dimeter catalecticus.« — Quod quale sit, viderint docti. Equidem miratus sum, nec apud Euripidis nec apud Sophoclis interpretes quidquam quod ad eam, quae nos dudum exercebat, quaestionem spectaret adnotatum me reperisse. Sed, quidquid tandem sit, fatendum videtur, non satis perspicue, nec satis adcurate, sive Athenaeum, sive eum a quo haec ille mutuatus est, *Clearchum* id, quod docere hi nos voluerunt, enunciasse. CLEARCHUM dico: nam sicut alia pleraque, quae hac disputatione *de Griphis* continentur, ex illo scriptore desumta sunt, quem frequenter etiam nominatim in his citavit Athenaeus: (vide pag. 448. c. 452. c. & f. 454. f. 455. c. 457. c.) sic & hoc quod de *Callia & Euripide & Sophocle* hîc narratur, ex eodem *Clearcho* ductum esse, ipse Athenaeus lib. VII. pag. 276. a. diserte docuit. Sunt autem & alia, quae a *Clearcho Solensi* scripta sive vere sive falso perhibentur, vel subtestae fidei, vel levitatis certe in affirmando & indiligentiae in enunciando, merito suspecta: (conf. Ionsium De Scriptorib. Histor. Philos. lib. I. c. 18.)

e & in his ea, quae ex hoc ſcriptore paulo ante (p. 448.) de Griphorum definitione & diviſione ab Athenaeo prolata ſunt, hominem oſtendunt parum luculentâ parumque ſubtili ratione in tractando ſuscepto argumento utentem.

Caeterum hac occaſione intellexi, male me feciſſe quod in Athenaei lib. VII. pag. 275. b. vulgatam & veteris noſtri codicis ſcripturam nimis religioſe ſecutus, titulum libri *Clearchi*, qui ibi citatur, ſic ediderim, περὶ Γραφῶν: cum περὶ Γρίφων, ut ſuſpicatus erat Caſaubonus, fidenter corrigere debuiſſem; de quo vix ullum dubium ſupereſſe poterit, ſi id quod ibidem paulo poſt (p. 276. a.) docet Athenaeus, *in eodem libro ſcribi etiam illud de Callia & Euripide & Sophocle*, cum hoc loco, in quo nunc verſamur, contuleris. Atque etiam libro XIV. pag. 648. f. pro vulgato περὶ Γραφῶν, rurſus περὶ Γρίφων ſcriptum oportuiſſe, manifeſtum videtur ex illius loci collatione cum his quae lib. X. pag. 448. c. d. leguntur: nam, quae illic commemorantur problemata, ad idem fere genus pertinent cum his quarum variae ſpecies pag. 448. recenſentur. Denique idem ſtatuendum de tertio loco, XIV. 620. f. ubi ex *CLEARCHI libro priore* Παραγραφῶν, ſive, ut ms. *A.* habet, περὶ Γραφῶν, refert Athenaeus, *Simonidem Zacynthium carmina Archilochi in theatris cecinisſe:* quod ad idem fere pertinet argumentum de quo hic agitur. Nam etiam hoc, quod de *Calliae Tragoediis Grammatica & de Euripide & Sophocle* hîc commemoratur, non tam ad *griphos*, quam ad *cantum in theatro* ſpectat; de quo *Clearchus* in libro περὶ Γρίφων verba faciendi neſcio quam occaſionem arripuerat. Quod vero praedicto loco, (lib. XIV. p. 620.) quemadmodum & lib. VII. pag. 275. ἐν προτέρῳ περὶ Γρίφων ait Athenaeus, cum alibi nude ἐν τῷ περὶ Γρίφων dixerit; ratio eſt fortaſſe, quod opus integrum περὶ Γρίφων in duos libros fuerit diſtributum; quorum *prior* de Griphis generatim ageret, de variisque rebus quae cum eodem argumento aliquatenus coniunctae videri poterant; poſteriori vero diverſae griphorum ſpecies ſigillatim exponerentur. Et *priori* illi libro fortaſſe peculiaris inſuper titulus erat praefixus, Ὅρος, nempe Ὅρος γρίφων, id eſt, *De Griphi natura & conſtitutione:* alter autem fortaſſe ſigillatim rurſus, & quaſi proprio titulo, περὶ Γρίφων inſcriptus erat. Quare pag. 448. c. ab eo libro, quo continebatur *griphi definitio*, diſtinguitur ille cui πε-

ρὶ Γρίφων titulus: & priorem iſtum librum dicere videtur e Athenaeus p. 457. c. ubi de *mulctâ* loquens, qua mulctabatur qui griphum ſolvere non poſſet, *de ea*, ait, *dixiſſe Clearchum* ἐν τῷ Ὄρῳ. Sed hoc quidem in medio relinquimus: pergimusque ad ea quae de eodem CALLIAE dramate, de quo iam dudum agebamus, porro ſubiicit Deipnoſophiſta.

Priusquam tamen ad reliqua progrediamur, videamus etiam quo pacto totum hunc locum, haud ſane expeditum, in quo adhuc verſati ſumus, tractaverit *Epitomae* auctor. Sic igitur ille: Ὅτι πρῶτος εὗρεν ἣν Γραμματικὴν καλεῖ Θεωρίαν, ὁ Ἀθηναῖος Καλλίας· καθ' ἣν πρῶτα μὲν λέγει ἕκαστον τῶν στοιχείων χορὸς γυναικῶν, πεποιημένος αὐτῷ ἐμμέτρως καὶ ἐμμελοποιημένως. εἶτα καταστρέφει εἰς τ' ἄλφα, τόνδε τὸν τρόπον· βῆτα ἄλφα, βα· βῆτα ει, βε. βῆτα ῆτα, βη. καὶ οὕτω δι' ὅλων τῶν φωνηέντων. καὶ πάλιν ἐν ἀντιστρόφῳ τοῦ μέλους καὶ τοῦ μέτρου· Γάμμα ἄλφα, γάμμα ει, γάμμα ῆτα, καὶ ἑξῆς. καὶ ἐπὶ τοῦ λοιποῦ, συλλαβῶν ὁμοίως ἑκάστων τό τε μέτρον καὶ τὸ μέλος ἐν ἀντιστρόφοις ἔχουσι πᾶσαι ταυτόν. διὸ οἱ λοιποὶ τὰς ἀντιστρόφους ἀπὸ τούτου παρεδέχοντο πάντες, ὡς ἔοικεν, εἰς τὴν τραγῳδίαν. Haec Epitoma: in qua dein continuo ſic pergitur, (ex pag. 454. a.) Δεδήλωκε δὲ, φησὶ, (nempe ὁ Ἀθήναιος) καὶ διὰ τῶν ἰαμβείων γράμμα πρῶτος οὗτος &c. Nec vero relinquere hunc locum poſſum, quin commemoraverim, quo pacto id, quod *de Sophocle* hîc in opere pleniore legitur, Gallicus interpres acceperit. Cuius haec eſt verborum illorum, Τὸν δὲ Σοφοκλέα διελεῖν φασιν &c. interpretatio: *On dit même que Sophocle, ayant aſſiſté à la repréſentation de cette pièce, oſa diviſer les parties de ſon Oedipe en ſuivant le même mètre; (pouvant s'en appliquer à lui-même ces paroles:)* »En agiſſant ainſi je ne me fais au»cun tort, ni à toi, convaincu (*de t'avoir* imité).« — Ad illa verba, *en ſuivant le même mètre*, monuit idem in Nota, legendum cum ADAMO τῷδε μέτρῳ, vel αὐτῷ τῷ μέτρῳ. Voluerat, puto, τῷ αὐτῷ μέτρῳ.

Καὶ μετὰ τὸν χορὸν εἰσάγει πάλιν ἐκ τῶν φωνηέντων f ῥῆσιν. Ex coniecturâ εἰσάγει corrigendum putavi. Sin εἰσάγειν ſcripſit Athenaeus, debuit adiicere φησὶν, ſc. ὁ Κλέαρχος: aut certe ſubintelligendum hoc verbum fuerit. ῥῆσις in dramate eſt *ſermo* vel *dialogus*, qui rectâ pronunciatur, non canitur: diſtinguiturque a τῷ μέλει. Quod

f dein ſubiicitur, κατὰ τὰς παραγραφὰς, id recte hîc tenet Ms. cum edd. De quo vocab. paulo ante dictum, ad lit. c.

Qui ſequuntur *verſus*, hi veluti ſoluta oratio ſic editi erant: ἄλφα μόνον ὦ γυναῖκες εἴτε δεύτερον μόνον λέγειν χρὴ καὶ τρίτον μόνον γ' ἐρεῖς εἶτ' ἄρα φησω τὸ τέταρτον ταῦ μόνον ἰῶτα πέμπτον οὖ τό θ' ἕκτον υ μόνον λέγε. λοίσθιον δὲ φανῶ σοι τὸ ω τῶν ἑπτὰ φωνῶν, ἑπτὰ δ' ἐν μέτροις μόνον. Tum ſequitur: (pag. 454. a.) καὶ τοῦτο λέξασα, εἶτα δὶς αὐτὴ λαλεῖ. Neque quidquam varietatis e vetere cod. *A.* enotatum: niſi ει τε δευτ. pro εἴ τε δευτ. tum ηταρα, pro εἶτ' ἄρα: & τ' αῦ, pro ταῦ: porro πέμπτον ου, non οὖ: denique ubi in edd. ſcribitur δὶς αὐτὴ, ibi e misto δὶς pro δὶς enotatum eſt. Ad quem locum ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »Lege »ſubiecta *CALLIAE* verba hoc modo:

»Ἄλφα πρῶτον, ὦ γυναῖκες, Εἰ τὸ δεύτερον μόνον
»χρὴ λέγειν. τρίτον δὲ μόνον οὖ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ΗΤ' ἐρεῖς.
»Ἆρα φησω καὶ τὸ τέταρτον αῦ μόνον; Οὐκ· ΙΩΤΑ γοῦν.
»Τί δὲ τὸ πέμπτον; πέμπτον ΟΥ. τὸ δ' ἕκτον Υ μόνον
λέγε.
»λοίσθιον Ω τῶν ἑπτὰ φωνῶν, ἑπτὰ δ' ἐν μέτροις μόνον.
»καὶ τοῦτο λέξασ', εἶτα δὶς ταὐτὶ λαλεῖ.

»Inducitur magiſtra, quae diſcipulas ſuas literarum voca»lium nomina docet. *Prima vocalis*, inquit, *Alpha nomi»natur: ſecunda ει tantum: tertia non per ſe dicitur υ, ſed* »ῦτα. *Quid quarta?* ait diſcipularum una: *an ſimpliciter* »*nominanda eſt ut ſonat? Non:* reſpondet magiſtra: *quin* »*potius ἰῶτα dicendum. Quid quinta? Quinta ου. Sextam υ* »*tantum* dicito. *Ultima eſt ω ſeptem vocalium: quae quidem* »*non ſono ſunt ſeptem, verum τῇ προσῳδίᾳ tantum, & tem*»*porum ratione.* Nam alioquin ε & η non differunt, neque »ο atque ω. *Hoc poſtquam ſemel dixit grammatica haec mu*»*lier, iterum eadem repetit.* Haec eſt mens horum verſuum: »de quibus erudite disputatum eſt ab elegantiſſimo & po»litiſſimo MURETO, initio libri XVIII. Variarum [Lectio»num]: cuius hanc particulam nobiliſſimus & eruditiſſi»mus Marcus Welſerus nobiscum communicavit. Quem»admodum autem ου pro ſimplici vocali ο ponitur hîc: »ita alii ο ſimplex poſuerunt pro ου diphthongo, ut libro »ſequente ſcribitur: vide ibi capite quinto. [XI. 466. f.] « — *Caſauboni* rationem a *Mureto* acceptam, probavit DA-

wes, in Miscell. Crit. p. 12. ita quidem, ut, quem iambicum versum quinque trochaicis illi subiecerant, prorsus omitteret, tum ut *tertium* trochaicum sic refingeret,

»ἆρα φήσω καὶ μόνον τὸ τέταρτον; Οὐκ ἴσ̃τα γοῦν.«

& in postremo pro λοίσθιον Ω, λοισθί' Ω mallet, quod valeret λοισθία, ad φωνὴ referendum. Sed, quanta fuerit vis adferenda verbis, ut isti versus prodirent, nemo non videt. Et satis tamen significat Athenaeus, versus a se (praeeunte utique Clearcho) tales esse hic adpositos quales ab ipso poëta fuissent concepti: nam diserte admonet lectorem, *legendos eos esse* κατὰ τὰς παραγραφὰς, id est, *secundum notas quibus indicatur orationis distinctio, quo teneatur ea pronunciatio quae sit menti poëtae consentanea.* Iam illas notas quidem nobis non conservarunt librarii, nec erant eae hic quidem admodum necessariae: sed non credibile est, tam immaniter in describendis verbis errasse librarios, ut tantae molis fuerit versus ipsos restituere. Id praeclare intelligens vir olim doctrinâ & ingenio & omni humanitate politissimus *Thomas* Tyrwhitt, in Appendice ad Dawesii Miscell. Crit. pag. 350. docuit, non in quinque versus trochaicos cogenda fuisse illa verba, sed in sex iambicos senarios digerenda, hoc modo conceptos:

»Ἄλφα μόνον, ὦ γύναικες· Εἰ τε δεύτερον
»μόνον λέγειν χρή. καὶ τρίτον μόνον γ' ἐρεῖς
»ΗΤ'. ἆρα φήσω καὶ τὸ τέταρτον αὖ μόνον
»ΙΩΤΑ. πέμπτον ΟΥ. τό θ' ἕκτον Υ μόνον
»λέγε. λοίσθιον δέ σοι μόνον φωνῶ τὸ Ω
»τῶν ἑπτὰ φωνῶν· ἑπτὰ δ' ἐν μέτροις μόνον.

»In his (inquit) vix litera mutata est, nisi in vs. 3. & 5. »in quorum priori καὶ ex emendatione Casauboni recepi; »in altero μόνον inserui, tam sensu quam metro postulan»te. Per μόνον autem vocalem, nec *simpliciter nominandam* »*ut sonat*, neque μονοσύλλαβον cum *Dawesio* intelligo; sed »*solam per se enunciandam.*« — Nempe agitur de nominibus quibus insigniuntur singulae vocales, quaeque per se spectata; non de ratione qua pronunciantur in legendis syllabis & verbis, ubi cum consonantibus connexae sunt. Etiam illud perspecte observatum, quod ait idem vir praestantissimus: »Duos hic loqui, mihi minus probabile vi»detur: adeoque in *vers.* 3. pro φήσω libenter legerem φή»σεις, vel sic φημί σοι τὸ τέταρτον.« — Cuius universam

rationem merito probans equidem, *tertio verſui* ex ipſius mente leviorem etiam adhibui medicinam, tenens verbum φάσω & pronomen σοι adiiciens, quod poſt ſyllabam σω perfacile intercidere potuerat. Ita ſimillimâ ratione hoc dictum fuerit atque *penultimo verſu* legitur φανῶ σοι, ubi φανῶ idem valet ac ἀναφανῶ, ἀποφανῶ, προφανῶ, *edam, oſtendam, proferam, dicam:* quod verbum quo conveniret verſui nil neceſſe nobis videbatur ut in φανῶ cum Viro doctiſſimo mutaretur, ſed ſatis eſſe ſi σοὶ φανῶ ſcriberetur, pro φανῶ σοι, quod habet vetus codex cum editis.

a Denique vero *ſex* illis *ſenariis* adiiciendus omnino nobis videbatur *ſeptimus*, qui cum a Daweſio tum a Tyrwhitto prorſus neglectus erat: ſed is alia ratione, quam a Caſaubono & Mureto factum, refingendus fuit. Nam ſi verbis illis, quae ſic edita legebantur, καὶ τοῦτο λέξασα, εἶτα δὶς αὐτὴ λαλεῖ, ea ineſſet ſententia, quam Caſaubonus (praeeunte Dalecampio & ſuffragante Gallico interprete) voluerat, *Hoc poſtquam ſemel dixit grammatica haec mulier, iterum eadem repetit:* conſentaneum foret, non eſſe haec poëtae verba, ſed verba Athenaei & Clearchi, Calliae verſibus ab his ſubiecta. At nihil ad id de quo hic agitur adtinebat, ut hi nos docerent, *mulierem, quae iſtos verſus pronunciaverat, eosdem deinde repetiiſſe:* & ne mentio quidem facta erat *mulieris*, quae ſuperiores verſus pronunciaſſet. Ineſt autem manifeſte verbis his, de quo nunc quaerimus, numerus atque metrum ſenarii verſus, qui ſuperioribus iungendus videri debuit. Qui verſus qua ratione genuinae formae reſtitui debuerit, indicavit nobis ſcriptura e vetere noſtro cod. *A.* peropportune enotata, δὴς pro δὶς: quae ſcriptura, quum primâ ſpecie manifeſtiſſimum ſcribae ſphalma eſſe videretur ex itacismo natum, eadem diligentius expenſa nos docuit, *ſeptimum ſenarium* nullâ veteris ſcripturae literâ mutatâ ſic ſcriptum oportuiſſe, ut a nobis editus eſt:

καὶ τοῦτο λέξασ', εἶτα δὴ σαυτῇ λάλει.

Id eſt, *Et tu* (nempe *tu mulier:* notum eſt enim, chorum modo in plurali numero, modo in ſingulari, & loqui & compellari) *poſtquam haec dixeris*, poſtquam repetieris ſicut ego praeivi, *tum deinde videlicet* (δὴ, *ut conſentaneum eſt*) *tecum ipſa loquere*, i. e. *tecum ipſa idem repete & meditare.* ἑαυτῷ λαλεῖν, eſt *ſecum ipſum loqui:* quam dictionem in

Epicteti Dissertationibus saepe observavimus: eamdem a habes apud Lucian. in Scytha, cap. 6. nec pluribus opus est testimoniis.

AD CAP. LXXX.

Κύω γὰρ, ὦ γυναῖκες. &c. » Afferuntur ex eodem CALLIA senarii iambici quinque: quorum duobus prioribus » fatetur quaedam foemina *esse se gravidam*; sed *cuius rei* » *gravida*, hoc vero *se audere negat palam proloqui*. Tum ver- » siculis tribus *literae* describuntur *quibus embryonis huius* » *nomen scribatur*. Eae sunt ΨΩ. Constat liquido ex Athe- » naei verbis, *obscoeni* aliquid a poëta intelligi: sed quâ » notione inter praetextata verba censeatur τὸ ψῶ, alium » quam me malo explicare. In *primo versu* scribe φίλαι, » non φίλη. In *tertio*, γραμμή ἐστιν, non γράμμ' » ἐστίν.« CASAUBONUS. — Poterat φίλαι in plurali ferri, quemadmodum etiam γυναῖκες in plurali positum: sed quoniam haesitanter in ms. *A.* φίλαι & φίλη scribitur; praetuli φίλα, quod dedit ms. *Ep.* in *duali* numero: nam ad duas dirigi sermonem, monstrat *versu* 2. pronomen σφῶν, cui subscripsimus *iota* quod deerat vulgo. *Vers.* 3. γραμμή ἐστιν scribitur in utroque msto. Quae vero in eisdem deinde inseritur δὲ particula, est ea ad sententiam quidem commoda, sed adversatur metro. De nomine quod ista descriptione designabatur, sic commentatus erat DALECAMPIUS: » Ait *se gravidam*, id est, flatu » distentam: *foetus nomen futurum* ψῶαν, id est, *putrem gra-* » *veolentiam*, nempe foetidum ventris crepitum: verecun- » de tamen, ut honor sit auribus, praefatur. Videtur de- » siderari versus, qui dictionis ψῶα tertium elementum A » depingat.« — An aliud quid in mente habuerit Casaubonus, nescio. Illud video (quod tamen quo pacto huc conveniat, haud satis percipio) a Gregorio Corintho DE Dialectis memoratum, p. 258. τὸ ψῶ Ionibus fuisse ἀγροικικὸν προσφώνημα, id est, *rusticanam compellationem*.

Μαιάνδριος μὲν ὁ συγγραφεύς. » MAEANDRIUS scriptor » nequitiarum, Calliae imitator, mihi incognitus.« CASAUBONUS. — *Maeandrii* (nescio an eiusdem, sed nil vetat quo minus credamus) meminit Strabo, ubi de Henetis agit, lib. XII. pag. 552. ed. Cas. Vocabulum συγγραφεὺς b poterat reddi *Historiarum scriptor*: & convenire id nomen

b videtur ei Maeandrio, quem Strabo citavit. Sed & magis generatim intelligi *συγγραφεὺς* poterit *profaicus ſcriptor*: quemadmodum apud Iſocratem (notante H. Stephano, Theſ. I. 876. e.) & apud Noſtrum IV. 164. c. *συγγράμματα* diſtinguuntur a poëtarum ſcriptis. Et hoc reſpectu Maeandrium Clearchus *συγγραφέα* hîc dixiſſe videtur, quod *in ſolutâ* etiam *oratione* illum *poëtae* luſum ſit imitatus. Caeterum moroſe nimis feciſſe Caſaubonus videtur, quod ita praeciſe *nequitiarum ſcriptorem* nominaverit. Quodnam autem ſive *Mandatum* ſive *Praeceptum* ſit, quod hîc nominatur, haud liquet: illud ſatis intelligi videtur, fuiſſe aut libri titulum, aut partis alicuius libri.

Εὐριπίδης δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν. &c. Si abeſſet τὴν articulus *ante* ἐν τῷ Θησεῖ, nemo eum (puto) eſſet deſideraturus. — »Ῥῆσιν ἐγ»γράμματον vocat auctor *plusculos verſus quibus literae de»pinguntur*: hoc enim eſt ῥῆσις, ut ſaepe diximus. Reci»tantur autem tres ῥήσεις trium tragicorum, quibus ele»gantiſſime deſcribuntur literae nominis ΘΗΣΕΥΣ.« Casaubonus. — Quod ait auctor ἔοικε ποιῆσαι, *videri feciſſe*: id, ni fallor, eo ſpectat, quod *videatur* Euripides in illo luſu *imitatus eſſe Calliae exemplum*. Quod deinde in ed. Caſ. legitur, αὐτόθι, id commode quidem habere videtur: ſed mireris rurſus hunc Editorem, quum ex merâ coniecturâ vocem iſtam, multum a librorum ſcriptura diverſam, (nam in αὐτῷ τι conſentit ms. *A*. cum ed. Ven. & Baſ. in *Epitoma* vero omiſſae duo illae voces) in contextu poſuiſſet, nihil prorſus de ea aut de librorum ſcriptura monuiſſe in Animadv. Dalecampii nempe coniecturam ſecutus erat, qui *illic* in verſione poſuerat: at videndum etiam atque etiam, ne ſub vetere illa ſcriptura aliud neſcio quid, ac fortaſſe proprium aliquod perſonae nomen lateat. Euripidis verſibus latinam Grotii verſionem ſubiecimus ex eiusdem Excerptis pag. 386. Planiorem qui deſiderat, ſolutâ oratione conceptam, adeat Musgravii Fragmenta Euripidis, T. III. p. 592.

c *Verſ.* 7. »Literae *ſigma* figuram hoc verſu declarat *Eu»ripides*.

»Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἰλιγμένος.

»Ubi non aſſentior viris magni nominis & eruditionis [Scaligerum puto, dicit] »qui deſcribi putarunt figuram »τοῦ *ſigma* C Latino ſimilem: de qua Martialis,

» *Adſpice lunatâ ſcriptum teſtudine ſigma.*
»Ego non video, quî rectè appelletur talis figura *cincin-*
»*nus contortus*: nam aliud longe eſt καμπὴ ſive hemicy-
»clus, aliud ἕλιξ. Et quod in eamdem ſententiam dicit
»mox *AGATHO* de *ſimilitudine literae huius cum arcu Scy-* d
»*thico*, non illi figurae quadrat, verum iſti Σ. quod plu-
»ribus alibi oſtendimus. « CASAUBONUS — De *arcus Scy-*
thici forma conf. *Iſaac.* VOSSIUM ad Pomponium Melam, lib. I. cap. 19. pag. 658 ſq. In *AGATHONIS vs.* 4. rectè πλάγιος dedit codex mstus uterque. Tum προσκείμενος ex ms. *Ep.* recepi: id eſt, *adiacens.* Nec tamen damnatum praeciſe velim προκείμενος, id eſt, *procumbens*; quod cum editis tenet (ni fallor) codex *A. Verſ.* 6. Rectè ὅπερ δὲ τρίτον edd. absque articulo, quem damnabat metrum. Et ſicut τελευταῖον absque artic. ponitur, ſic & τρίτον percommode carere illo potuit.

Θεοδέκτης δ' ὁ Φασηλίτης. De hoc conf. pag. 451. & 452. f. & Animadv. ad IV. 134. b. c. In ed. 2. & 3. Animadverſionum CASAUBONI ad hunc locum adnotatur: »In
»*THEODECTAE verſu primo* ſcribebat SCALIGER:
»Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν καλόφθαλμος κύκλος. « e
— Nobis κύκλος, pro edito olim κύκλῳ, dedit ms. *Ep.* Sed μαλακόφθαλμος cum editis tenet codex mstus uterque, idque mutare non ſum auſus: quod ſi voluiſſem, dubitaturus eram quid potiſſimum amplecterer. μελανόφθαλμος correxit GROTIUS in Excerpt. pag. 447. μεσόμφαλος, quod eſt apud Agathonem, etiam Theodectae reſtitutum malebat VALCKENARIUS ad Phoeniſſ. pag. 61. Sed *verſu* 2. quin δισσοὶ corrigerem pro vulgato δύο οἱ, monente eodem doctiſſimo VALCKENARIO, non dubitandum exiſtimavi. *Verſu* 4. tenui quod commode editum erat, τρίτον, quod & ms. *A.* agnoſcit, ubi τρίτος habet ms. *Ep.* & προσεμφερὲς tenuimus cum editis, in neutro genere, ubi masculinum habet uterque codex. In *verſ.* 5. πλάγιος ὢν δ' ἐφαίνετο ſuâ de coniecturâ tacite correxerat Caſaubonus, cum mendoſe ὃς δ' ſcriptum in ed. Baſ. reperiſſet: qui ſi Aldinam inſpexiſſet editionem, haud dubie ὅς γ' ex ea erat reſtituturus. Sed & iſtud nonniſi coniecturae neſcio cuius docti viri debetur, commodae illi quidem: & facile credi poteſt, ὥστ' illud, quod codex *A.* habet, ex ὅς γ' corruptum eſſe. Quum vero nudum ὃς ἐφαίνετο, quod ex coniectura etiam *Grotius* poſuerat, dederit

codex Epitomae, in hoc adquiescendum putavi. *Vers.* 6. Probum videbatur πέμπται, quod dedit ms. *A.* ad ῥάβδοι relatum. *Postremo versu*, in editâ scripturâ, ὅπερ καὶ πρόσθεν εἶπον βόστρυχος, nihil quidem desiderasse: sed non temere factum videri nobis debuit, quod uterque codex mstus ὁ βόστρυχος habet, cum quo consentiebat quod in ms. *Ep.* εἶφ' ὁ βοστρ. scribitur. Quod εἶπ' ὁ βοστρ. habet ms. *A.* id haud dubie ex antiquo codice propagatum, in quo neglectâ elisione εἶπα ὁ βοστρ. scriptum fuerat.

Καὶ Σοφοκλῆς δὲ &c. Confer BRUNCKII *Fragm. SOPHOCLIS ex Amphiarao*, num. 3. Ibi Brunckius, *rusticum* a Sophocle induci ait saltantem & gesticulantem. At nulla *rustici* mentio apud Athenaeum: videndumque ne *satyrus* fuerit, quem ὀρχούμενον induxerat poëta. Cf. XI. 466. f. De notione quâ hic accipitur verbum ὀρχεῖσθαι conf. I. 21. a. & 22. a.

AD CAP. LXXXI.

Νεοπτόλεμος ὁ Παριανὸς &c. »NEOPTOLEMUS *Parianus*, »cuius citatur *liber* περὶ Ἐπιγραμμάτων, videtur collegis»se in unum inscriptiones statuarum, [aliorumque monu»mentorum,] quae per urbes Graeciae visebantur. Simi»liter Polemo librum ediderat, περὶ τῶν κατὰ πόλεις Ἐπι»γραμμάτων: de eo dictum abunde in superioribus. Ex »*Neoptolemo* refertur huiusmodi Epigramma:

»Τοὔνομα, Ζῆτα. ῥῶ. ἄλφα. σὰν. υμ. ἄλφα. χι. οὐ. σάν. »πατρὶς Χαλκηδών· ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

»Ita editum in omnibus libris: ita etiam scriptum in ple»risque. Atqui arguit mendae priorem versum lex metri»ca: deinde, cum aliae omnes literae separatim positae »sint, quid causae est cur duae solae υμ cohaereant? »Nimis certum est, ita emendari deberi, οὐ. μῦ.« CASAUBONUS. — Immo vero, υ. μῦ. oportuit: nam, quam vocalem nos *ypsilon* vocamus, eius nomen apud Graecos nullum aliud erat nisi ipse sonus υ, medius inter sonum vocalis *iota* & *u* Gallofrancorum: nomen autem vocalis *omicron* illis erat ου, quod pronunciasse videntur fere ut Angli suam diphthongum *ow*. De quo iam paulo ante nonnihil monitum: conf. DAWES Miscell. Crit. pag. 127 sq. Eodem spectat id quod superiori CASAUBONI Animadversioni adiectum in ed. 2. & 3. »Ipsum quidem *ypsilon*

» ſimplici charactere indicatur υ : at pro ο poſuit ου. « De *Thraſymacho ſophiſtâ*, vide Suidam h. v. & Philoſtratum in Vitis Sophiſtar. I. 14. pag. 497. ed. Olear. *Epigramma*, ex Athenaeo, Anthologiae ſuae inſeruit H. Stephanus p. 509. & Brunck, T. III. p. 264. n. 537. Quod apud Noſtrum in *poſteriori verſu* Χαλκηδώ ſcribitur, pro Χαλκηδών, id operarum erratum eſt editionibus Caſ. 2. & 3. proprium.

Τὸ δὲ Καστορίωνος τοῦ Σολέως &c. » CASTORIONIS *Solen-* » *ſis* artificium, quo uſus eſt cum *carmen in Panem* com- » poneret, eſt huiusmodi. Verſus eius poëmatis ſenarii a » ſunt iambici, quorum *omnes pedes unâ pluribusve dictioni-* » *bus integris finiuntur:* unde evenit *ut transponi ſinguli pe-* » *des in varias ſedes tuto poſſint.* Omnes enim pedes aeque » ἡγεμονικοὶ atque ἀκολουθητικοί. *Pedes*, intellige *iambicas* » *dipodias.* « CASAUBONUS. — Sed initio, ubi vulgo τῶν ποδῶν ἕκαστος ſcribitur, ibi potius τῶν στίχων ἕκαστος ſcriptum oportuiſſe perſpecte PORSONUS monuit, in Praefat. ad Euripidis Hecub. edit. ſecund. (Cantabr. 1802.) pag. 27. At egregie equidem fallor, aut ſimul deinde pro περιειλημμένος corrigi debet περιειλημμένους, nempe ἔχει τοὺς πόδας. — Pergit CASAUBONUS: » Exem- » plum eſto in hisce verſibus:

» Σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον
» † ναίονθ' ὁδὸς θηρονόμε Πὰν χθόν' Ἀρκάδων,
» κλήσω γραφῇ, τῃδὶ σοφῇ, πάγκλυτ' ἔπη
» συνθεὶς ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σωφοῖς κλύειν.
» † Μουσοπόλε θὴρ κηροχίτωνος μείλιγμ' ἰείς.

» In *ſecundo verſu*, vitio ſcriptum ὁδός: nec minus male » ὁδοὶ in msstis. [Noſter vetus cod. *A.* ὁδὸς tenet: in *Epit.* vero deſunt iſti verſus.] » Lego, *ναίονθ' ὅμως. Te qui icti-* » *bus nivis reſonantibus*, id eſt, *nive*, [at, ſi *reſonat*, grando fuerit, non nix: cum impetu quidem decidere, & ſua mole premere tecta & arbores poteſt, quibus incumbit; *reſonare* nix non ſolet.] » *infeſtam colis tamen, o Pan, paſtor* » *ferarum, terram Arcadum, celebrabo ſcripto hoc erudito: com-* » *poſitis, o rex, inclytis verſibus, quos difficile intelligant in-* » *docti, ſuavem, o Muſis amica fera* Pan, *mittens vocem quâ* » *demulcearis* « — Sequitur in ed. Caſ. 2. & 3. ex ſchedis eiusdem adnotatio haec: » *Ioſephus* SCALIGER in *ſecundo verſu*, » pro ὁδὸς emendabat ἕδος: quae ſi placet correctio, » χθόν' erit χθονὶ, non χθόνα: ſed *ναίειν* durum videtur. « — Haud dubie veriſſime emendatur ἕδος, id eſt, *ſedem*,

a vel *ſolum;* quod etiam PORSONUS l. c. probavit adoptavitque. At, cur deinde durum *ναίειν* iudicaverit Caſaubonus, nullam prorſus cauſſam video; non magis quam cur, ſi ἕδος legas, χθόν' valere deberet χθονί. Immo percommode habet *ναιονθ'*, quod tacite Caſaubonus in ſua editione poſuit pro *νέονθ'*, quod erat in ed. Ven. & Baſ. & in ms. *A*. Recteque idem Caſaubonus χθόν' (id eſt, χθόνα) in ſua edit. poſuit, pro χθὼν, quod habebant ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A*.

Verſ. 5. Μουσοπόλε Σὴρ κηρόχυτον ὃς μείλιγμ' ἑεῖς. »In ultimo verſu corrupte in omnibus libris κηροχί»τωνος, pro χαριέστατον: orto errore ex repetitione »vocis Σὴρ: deinde error errorem peperit, ut fieri amat. »Tolle igitur tres literas primas in corrupta lectione, ac »ſcribe, χαριέστατον: aut aliâ dictione eiusdem ſignifi»cationis. Appellat Σῆρα *Panem*, ob caprinos pedes: pin»gebatur enim αἰγομελὴς & αἰγίπαν. Viri eruditi [Dale»campius nempe] in *primo verſu* βώλοις ſcripſerunt: [*gle»bis*:] in *poſtremo*, Σηρὸς κηροχίτωνος legerunt, verterunt»que *animalis ceream veſtem induti*: ſane quam abſurde, »ſive ſententiam ſpectes, ſive metrum. Sunt enim, ut di»ximus, ſenarii iambici, ita facti ut ſinguli pedes trans»poni commode poſſint, hoc modo:

» Νιφοκτύποις σὲ τὸν βόλοις δυσχείμερον: vel,
» Δυσχείμερόν σε τὸν βόλοις νιφοκτύποις:

b »ſic in caeteris. Hoc amplius ſervatum eſt a Caſtorione »in his verſibus, ut eſſet τῶν ποδῶν ἕκαστος δεκαγράμ»ματος: *ut haberent ſinguli pedes decem literas.* Rem ad »calculos revoca: non ſemper verum reperies. Verum »eſt in hoc, σ. ε. τ. ο. ν. β. ο. λ. οι. ς. & iſto, ν. ι. φ. ο. κ. »τ. υ. π. οι. ς. & aliquot aliis. Falſum in nonnullis, ut »θ. ι. ρ. ο. ν. ο. μ. ε. Π. α. ν. Literae ſunt *undecim:* totidem »in ſequente dipodia, niſi legas χθόν' Ἀρκάδα: familiari »figura Graecis Latinisque poetis. Diphthongus pro literâ »ſimplici cenſetur, contra quam ſoleat fieri. Martialis:

» *Naevia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur.*

»Idem: *Sex iubeo cyathos fundere: Caeſar erit.*« CASAUBONUS. — At, non *pedibus nonnullis*, ſed *plerisque* ſunt *undecim literae:* imo, ſi diphthongum, ut par eſt, & ut fert uſus, pro duabus literis numeres, *omnibus pedibus* (nempe dipodiis) ſunt *literae undecim.* Quare fere non dubitandum, ἑγδεκαγράμματος ſcripſiſſe Clearchum

& Athenaeum. Nonnullarum quidem dipodiarum diversa ratio poterat videri: verbi caussa, illa ναίονθ' ἕδος nonni- a
si *decem* habet elementa; quin immo, si diphthongum αι pro una litera habes, nonnisi *novem* fuerint: sed αι haud dubie pro duabus literis numerabat subtilis ille poëta; deinde fere non dubitandum, ναίοντα ἕδος absque elisione eum scripsisse. *Vers.* 3. Dipodia κλήσω γραφῇ, si κλήσω (ut est in ed. Cas.) cum iota subscripto scribas, quod ad latus olim ponebatur, constabit *duodecim* literis: sed potuit κλήσω absque iota scribi, unde etiam κλήσις & κλῆδην absque iota scribuntur: conf. Etymol. M. p. 519. l. 32 sq. & sic scribi h. l. a poëta debuit, ut artificio ipsius constaret ratio. *Eodem versu*, dipodia τῇδε σοφῇ, sive (ut meri caussâ correxit Casaubonus) τῇδι σοφῇ, ex eiusdem Casauboni ratione, si diphthongum pro unâ literâ habes, nonnisi *octo* literis constabit: si pro duabus numeras diphthongum, erunt literae *decem*: sed, si pro vitioso τῇδε σοφῇ, cum PORSONO τῇδ' ἐν σοφῇ ponas, quod nobis faciendum putavimus, habebis *undecim*. (Suspicari tamen fortasse aliquis possit, mutatâ verborum serie scriptum olim sic fuisse, κλήσω σοφῇ τῇδε γραφῇ: sic rursus utrique dipodiae eadem ratio constiterit.) *Ibidem*, pro πάγκλυτ' aut πάγκλιτ', cum eodem quem iam saepius laudavi PORSONO πάγκλειτ' correxi. Eidemque doctissimo Viro debetur in *postremo versu* felicissima emendatio, κηρόχυτον ὃς μείλιγμ' ἱεῖς: quae verba sic ille interpretatus est, *qui melodiam e fistula ceris compacta excitas*. Et, quam ille scripturam doctrinâ suâ & ingenio fretus divinaverat, eamdem ipsam nobis optimus codex mstus exhibuit. κηρόδετος σύριγξ vocabatur apud Nostrum, IV. 184. a. De πολυκαλάμῳ *fistulâ* Pollux IV. 69. καλάμων ἐστὶν συνθήκη, λίνῳ καὶ κηρῷ συνδεθεῖσα. Virgilius, Ecl. II. 32 sq.

Pan primus calamos cerâ coniungere plures
instituit. Pan curat oves oviumque magistros.

Denique, si constantem volumus illam legem, quam sibi de *undecim literis*, quibus quaeque dipodia constaret, imposuisse utique videtur poëta; non ferenda fuerit *versu penultimo* illa dipodia, σοφοῖς κλύειν, duodecim literis constans, sed λύειν fuerit corrigendum; quod a FIORILLO (Observ. in Athen. p. 81.) propositum, perapte convenit huic loco.

Quod deinde sequebatur, τὸ αὐτὸν μέτρον, ab operis

peccatum erat in ed. Baſ. indeque in ed. Caſ. traductum. Recte τὸ αὐτὸ μέτρον ed. Ven. cum msstis. *Mox*, ἀποδώσει commode tenet ms. *A.* cum edd. ubi ἀποδώσεις ms. *Ep.* Deinde, loco duorum verſuum, quos fide utriusque codicis msti edidimus,

Σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον:
νιφοκτύποις σὲ τὸν βόλοις δυσχείμερον:

omiſſis duobus vocabulis nude ſic legebatur in editis, σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις σὲ τὸν βόλοις δυσχείμερον.

b Quod ſequitur, ὥστε πλείω πρὸς τὴν χρῆσιν ἐκ τοῦ ἑνὸς ἔχειν, haud ſane perſpicue enunciatum, ut multa alia Clearchi. In Dalecampii vero verſione, quae Caſaubonianis editionibus Athenaei adiecta eſt, prorſus etiam vitioſe legitur, *ut maior ex uno ſit unus*: pro quo (ut erat conſentaneum) in ipſius Dalecampii editione ſuae verſionis, *ex uno ſit uſus*, legitur. Nempe hoc dixit, puto, Clearchus: *unum eumdemque verſum pluribus modis variari poſſe, verbis varia ratione transpoſitis.* Adnotavit hac occaſione Gallicus Interpres, ad Caeſii Mineralogiam lib. II. cap. 2. pag. 140. provocans, latinum hunc verſum,

Tot tibi ſunt dotes virgo quot ſidera coelo,

mille viginti duobus modis poſſe variari.

Primus quatuor *verſuum* qui ſequuntur, cum ſic vulgo ſcriberetur,

Μέτρον φράσον μοι τῶν ποδῶν,

haud dubie decurtatus erat; adiiciendaque fuerunt duo verba, μέτρον λαβὼν, ut monuit CORAYUS noſter, in Notis msstis: aut λαβὼν μέτρον, ut Gallico placuit interpreti. *Quartus verſus*, cum deeſſet ſuperioribus editionibus, adiectus eſt in ed. Caſ. ex veterum codicum praeſcripto, quibus noſtri mssti adſentiuntur.

AD CAP. LXXXII.

Πίνδαρος δὲ &c. » Ait, Πίνδαρος δὲ πρὸς τὴν ἀσιγμο-
c »ποιηθεῖσαν ᾠδὴν, ὡς ὁ αὐτός φησι Κλέαρχος, οἱονεὶ γρίφου
»τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τούτων
»προσκρουόντων, διὰ τὸ δυνατὸν εἶναι ἀποσχέσθαι τοῦ
»σίγμα, καὶ διὰ τὸ μὴ δοκιμάζειν ἐποίησε, Πρὶν μὲν
»εἶρπε σχοινοτενία † τὰ οἶδα· καὶ τὸ σὰν κίβδηλον
»ἄνθρωποι. De *Ode Pindarica cui nullum inerat ſigma*,
»dictum iam cap. XVI. [ad pag. 448. d.] Ibi loco ſuboh-

» ſcuro ex iſtis verbis [quae hîc leguntur] lucem facie- c
» bamus. Utinam aut ex illo loco aut aliunde occurreret
» aliquid, quod nunc auxilio eſſet nobis. Haeremus enim
» in explicatione pericopae quam praepoſuimus. Corrupta
» Athenaei ſive Clearchi verba: corruptum *PINDARI* te-
» ſtimonium: quodque moleſtiſſimum eſt, ad veritatis per-
» veſtigationem nulla nos ducunt veſtigia. Pergemus ta-
» men, ἀγαθὴν ἐλπίδα προβαλλόμενοι: ſpem dico veniae,
» ſi minus poſſumus quod optamus exſequi. Legimus ſic
» hunc locum: Πίνδαρος δὲ ποιήσας τὴν ἀσιγμοποιηθεῖ-
» σαν ᾠδήν, ὡς ὁ αὐτὸς φησι Κλέαρχος, οἱονεὶ γρίφου τινὸς
» ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τούτῳ προσκρουόν-
» των διὰ τὸ δυνατοὶ οὐκ εἶναι ἀποσχέσθαι τοῦ σίγμα,
» ἢ διὰ τὸ μὴ δοκιμάζειν, ἐποίησε· Πρὶν μὲν ἥριπε σχοι-
» νοτενής τ' ἀοιδά, καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀνθρωποι ἀπὸ
» στομάτων: vel ἀπὸ διθυράμβων. *PINDARUS cum odam*
» *ſine ſigma feciſſet, ut ait Clearchus idem, ceu gripho quodam*
» *propoſito in Lyrico poëſeos genere, contracta multorum offen-*
» *ſione, quod non poſſent ipſi a ſigma abstinere, vel quia id*
» *parum probarent, cecinit in dithyrambico carmine: Olim qui-*
» *dem exulabat a carminibus exilitas, & ſigma reprobum ex*
» *oribus* mortalium, *o homines:* vel, *ex dithyrambis.* Mirum
» verbum initio iſtorum occurrit, ἀσιγμοποιεῖσθαι: ſed
» quod extra omnem ſuſpicionem eſt, per membranas,
» Epitomen, Euſtathium. [Tenet ſane id verbum & noſter
ms. *A.* Item ms. *Ep.* in quo totus locus leviter tangitur,
his verbis, Ὅτι εὕρηται παρὰ Πινδάρῳ ἀσιγμοποιηθεῖσα
ᾠδή: itemque Euſtath. ad Iliad. ω'. pag. 1462. ſub fin.]
» Pro τούτων προσκρουόντων recte emendari a nobis τού-
» τῳ, neminem dubitaturum confido. [Et id ipſum, τούτῳ,
nobis codex noſter *A.* exhibuit.] » Atqui hinc primum
» odorari contigit nobis veram ſententiam totius loci;
» quae, niſi fallimur, haec eſt: Laudem magnam tulerat
» Pindarus ex aſigmo illo cantico. Secuta eſt comes invi-
» dia, *multis* τῶν ἀντιτέχνων non adeo felicis ingenii *idem*
» *conantibus, non pari ſucceſſu. Cum iſti* igitur *Pindaro ob-*
» *trectabant; tum alii* non minus, qui *ſtudium illud evitan-*
» *dae literae huius,* quod fuit in veteribus, *ſe non probare*
» *dicebant.* Hos malevolos obtrectatores ſuos perſtrinxit
» Pindarus prolatis ab Athenaeo verbis. Scripſimus διὰ τὸ
» δυνατοὶ οὐκ εἶναι: id enim viſum eſt convenientiſſi-
» mum.« [Nobis in eamdem ſententiam expeditior viſa

c erat CORAYI emendatio, διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι: ubi ante Δ facillime intercidere potuit A litera. Quae emendatio, a SCALIGERO occupata, memoratur etiam in Animadv. Caſaub. ed. 2. & 3. »*Scaliger* legebat, διὰ τὸ ἀδύνα»τον εἶναι: *quod eſſet ipſis impoſſibile abstinere a ſigma.*« Pergit CASAUBONUS: »Si cui placet vulgata lectio, διὰ »τὸ δυνατὸν εἶναι, erit ſenſus: ubertatem ingenii con»flaſſe Pindaro multorum invidiam; qui oculis rectis eum »non poterant tueri, cui impares erant ingenio. Pindari »adtexta verba, principium erant cuiusdam dithyrambici »carminis, ut teſtatur diſertim Strabo lib. X. [pag. 469. ed. Caſaub. Conf. SCHNEIDERI Fragmenta Pindari, pag. 51 ſq.] »unde etiam licebit ſtudioſis de argumento eius di»thyrambi non pauca cognoſcere. Apparet poëtam eo »carmine recentem poëſin cum vetere comparaſſe, & in»ſtituta antiquorum poëtarum cum nuperis inventis: »quod & prima cantici verba declarant. [Apud Strabonem initium carminis ſic vulgo ſcribitur, Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτονίας τ' ἀοιδαὶ διθυράμβῳ. Apud Athenaeum] »legebatur εἶρπε, vel ἧρπε, ut libro XI. [immo vero, hoc loco εἶρπε leni ſpiritu ſcribitur in edd. & ms. *A.* & ἧρπε in eisdem, XI. 467. b.] »Emendavimus ἧρπε ex Dio»nyſio Halicarnaſſeo, cuius verba neceſſario adſcribenda. »Scribit Dionyſius in libro DE Compoſitione dictionum, »[Tom. V. edit. Reisk. pag. 80 ſq.] loquens de litera σ, »quam ait refugiſſe veterum nonnullos: Τῶν γοῦν παλαιῶν »σπανίως ἐχρῶντό τινες αὐτῷ καὶ πεφυλάγμένως. εἰσὶ δὲ »οἱ ἀσίγμους ᾠδὰς ὅλας ἐποίουν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Πίνδαρος »ἐν οἷς φησί· Πρὶν μὲν ἧριπε σχοινοτενῆ φωνήεντα διθυράμ»βων, καὶ τὸ σὰν κίβδηλον [al. κίβδαλον] ἀνθρωποι. Haec »eſt lectio librorum Dionyſii. Atque, ut haec ſcriptura »eſt, Pindari mens erit: *fuiſſe tempus cum dithyramborum* »*poëtae in ſua carmina non admitterent vocales* σχοινοτενεῖς, »*neque adulterinum illud ſigma.* Eruditi viri exiſtimarunt, »vocales σχοινοτενεῖς eſſe *vocales longas* & *quae buccas im*»*pleant:* ut α Doricum & ω. Plane contrarium vox Grae»ca ſignificat. σχοινοτενεῖς enim, ut ſi dicas *funiceae*, lite»rae ſunt *exiles & tenuis ſoni:* puta, inter vocales, ι & ο; »inter conſonantes, σ. Inde oratio σχοινοτενὴς, *ſoluta &* »*inconcinnis longisque periodis conſtans.* Photius, de Maxi»mo monacho: ἔστι δὲ τὴν φράσιν σχοινοτενής τε ταῖς »περιόδοις καὶ χαίρων ὑπερβάτοις. (Adiicitur in ed. 2. & 3.

» Sic σχοινοτενὲς mentum, *prominens & longum*, [immo, c *barba promiſſa.*] » Nicetas Choniates, libro ſecundo, καὶ » τὴν σχοινοτενῆ γένυν ἐκέκαρτο. Apud Athanaſium, de » Synodis Arimini & Seleuciae, πίστις σχοινοτενὴς, fidei » confeſſio *prolixa*, & additionibus depravata.) Placet ni- » mis haec lectio Dionyſiana, σχοινοτενῆ φωνήεντα: quam » tamen reſtituere hoc Athenaei loco auſi non ſumus, ut » nimis remotam a vulgatâ ſcripturâ non hîc ſolum, ſed » & libro XI. [ubi ſic edd. & Ms. σχοινοτενείατα οἶδα καὶ τὸ σὰν κιβδήλον ἀπὸ στομάτων.] » & apud Strabonem. Ex » libro ſequente adiecimus iſta, ἀπὸ στομάτων. Inde, at- » que etiam ex Dionyſii Halic. ſuperioribus verbis, mani- » feſtiſſimum eſt, utut de lectione parum conſtet, Pindarum » hoc dicere: *Priores homines literam ſibilantem ſtudio fugiſſe.* » Propterea adiicit hîc Athenaeus: Ταῦτα σημειώσαιτ' ἂν » τις πρὸς τοὺς νοθεύοντας Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον » ᾠδήν. LASUS *Hermionenſis* antiquiſſimus poëta fuit, &, » ut quidam tradiderunt, unus ſeptem ſapientum. Sub eius » nomine circumferebatur *oda* quaedam *ſine ſigma*, ἥτις » ἐπιγράφεται Κένταυροι, *inſcripta Centauri.* Multi *critici in-* » *ter* ψευδεπίγραφα *id carmen habuerunt. Adverſus iſtos*, in- » quit Athenaeus, *obſervari debet ſuperius Pindari teſtimonium*, » unde patet liquido antiquos homines evitaſſe τὸ σ. « CASAUBONUS.

Equidem, quid magnopere promoturi eramus, ſi cum Dionyſianis libris σχοινοτενῆ φωνήεντα legeremus, haud ſatis vidi: ſed illud praeſertim miratus ſum, quo pacto tam praeciſe contendere *Caſaubonus* potuerit, σχοινοτενῆ φων. non *longas*, ſed *exiles & tenuis ſoni vocales* intelligendas eſſe; cum tamen omnia quae ipſe citavit exempla liquido probent, σχοινοτενὲς dici id, quod *longum, promiſſum, prolixum*, denique (*ſive in longum, ſive in latum*) *porrectum* ſit: quibus exemplis plura etiam, eaque inſignia, ex H. Stephani Theſ. III. 1202. adiici poſſent. Porro potuerat utique vocabulum φωνήεντα (ſive dorice φωνάεντα) ſub initium illius Pindarici carminis legi; cuius e primoribus verſibus alii auctores alia verba ſelegerunt, cum *principium carminis* deſignare vellent: ſed potuit idem vocabulum etiam vel ex Dionyſii interpretatione ibi poni, vel ex recentioris alicuius ſcribae ingenio, qui quod iſto loco in vetuſtiore codice ſcriptum repererat parum intellexiſſet. Ex duobus Athenaei locis, & ex uno Strabonis,

c illud certum videtur, vocabulum ἀοιδὰ, aut aliquod ab eo declinatum, ibi positum fuisse a poëta. Iam rursus ne illud quidem percipio, quonam fundamento nitentes verbum ἴριπε, quod in libris Dionysii legi aiunt, *exsulabant* interpretentur. ἐρείπειν (notione intransitiva) *cadere* significat, *labi*, *corruere*: quo supponitur, *stetisse* prius id de quo agitur; quod tamen minime volunt hi qui ista utuntur interpretatione. Quid autem censendum sit de ipsa illa apud *Dionysium* scriptura ἴριτε, de qua in Uptoni & Reiskii editionibus nihil adnotatum video, docet nos brevis Nota, quae in calce editionis *Roberti Stephani* legitur, his verbis: »πρὶν μὲν ἴριπε. Scriptum erat ἶρχε. Exemplar »Aldi habet ἶρπε: & Athenaeus, lib. XI. haec verba ci»tans, ἴριτε: quam lectionem secuti sumus. Aptius lege»retur ἴριπον, ut conveniret cum ἄιθρωποι. « — Ex quo discimus, scripturam ἴριτε primum in illam quam dixi editionem receptam esse errore aut praecipitantiâ hominis qui nescio quo pacto sibi persuaserat apud Athenaeum lib. XI. ἴριτε legi; apud quem tamen cum in ed. Ven. tum in ed. Bas. perspicue ἶρπε exaratum est, prorsus ut in Aldina Dionysii editione; quam scripturam eamdem apud Athenaeum lib. XI. pag. 467. b. vetus noster codex *A.* agnoscit; sicut hoc loco, in quo versamur, iidem libri in scripturâ εἶρτε consentiunt. Pro quo cur dubitaremus leviss̃imâ mutatione εἶρπε scribere, quemadmodum apud Strabonem editum est, nulla causa esse videbatur. Pro κίβδηλον corrupte quidem h. l. in cod. *A.* τι βουλον (sic, absque accentibus) scribitur; recte vero idem codex inferiore loco cum editis in κίβδηλον consentit. Caeterum nihil, nec hîc, nec ibi, mutat idem vetus codex; nisi quod ἀνθρώποις, non ἄνθρωποι, habet. Quibus inter se collatis veteris scripturae vestigiis, (fieri potest ut fallar; sed, donec certius aliquid proferatur, dicam quod sentio:) tale mihi videtur fuisse carminis Pindarici exordium: Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτενία τ' ἀοιδᾶς καὶ τὸ σὰν κίβδαλον ἀνθρώποις ἀπὸ στομάτων: in hanc sententiam: *Priusquam prolixitas* (sive qua alia notio vocabulo σχοινοτενία subiecta a poëta est; verbi causa, *rigor*) *carminis & san reprobum prodiret ex ore hominum.* Nomine *san* apud Dores eamdem literam fuisse appellatam, quam alii Graeci *sigma* vocabant, ex professo docet Athenaeus lib. XI. pag. 467. a.

Quod ad ſuperiora ſpectat Athenaei ſive Clearchi verba, ὡς πολλῶν τούτῳ προσκρουόντων: pronomen τούτῳ equidem non ad *Pindarum* cum Caſaubono referendum exiſtimavi, ſed intelligendum τούτῳ τῷ προβληθέντι γρίφῳ: *quum multi offenſi eſſent hoc problemate.* Ait quippe Clearchus, *quaſi propoſitum fuiſſet hoc problema, tamquam griphus aliquis,* ut conficeretur carmen, in quo nusquam occurreret litera ſigma, nonnullos *in hoc ſeſe exercuiſſe, & talia carmina* (quae quaſi ſolutionem problematis continerent) *confeciſſe: ſed alios ea re fuiſſe offenſos, & improbaſſe* tales difficiles nugas; dicentes, *fieri non poſſe ut abſtineatur a literâ ſigma:* nempe, probabile certe carmen confici non poſſe, ſi tam abſurdam legem tibi imponas. Nam, quod Caſaubonus ſtatuit, *ipſum Pindarum tale carmen ἀσιγμον compoſuiſſe,* id nusquam perſpicue nec Athenaeus nec alius (quod ſciam) vetus auctor tradidit. Quo minus probandum, quod idem vir doctus pro πρὸς τὴν ἀσιγμ. quod legitur hoc loco apud Athenaeum, ποιήσας τὴν ἀσιγμ. corrigi voluit. Commentum iſtud Caſaubono DALECAMPIUS praeiverat, hunc locum latine ſic convertens: »*Pindarus, ut Clearchus ipſe tradit, oden absque σ condidit.*« De quo nec Clearchus cogitavit nec Athenaeus, cum iſta ſcriberent: Πίνδαρος δὲ πρὸς τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδὴν - - - ἐποίησε· Πρὶν μὲν εἶρπε &c. quorum verborum haec eſt perſpicua ſententia: *Pindarus vero, reſpiciens oden illam* (nempe, quae circumfertur) *absque ſigma compoſitam,* - - - *ſcripſit iſtud,* Πρὶν μὲν &c. aut, quod eodem redit: *Pindarus, cum illos verſus ſcriberet,* Πρὶν μὲν *&c. reſpexit illam ſine ſigma odam.* Verbum de verbo: *Pindarus in illam ſine ſigma odam dixit iſtud.* Neque nos turbare debet id quod apud Noſtrum ſupra legebatur, pag. 448. d. ubi id ipſum, quod dico, eisdem paene verbis, nec tamen ita perſpicuis, tradebatur. Certe, quod ibi ſic vulgo (fortaſſe haud ſatis emendate) ſcriptum legitur: καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ ἐποίησεν ᾠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος: illorum verborum ambiguitas aut obſcuritas, ſi qua inest, ex huius loci perſpicuitate lucem accipit: & ex huius praeſcripto exponi ille debet. Porro, ſi verum eſſet *Pindarum ipſum feciſſe oden aſigmon,* ex huius loci cum illo collatione neceſſario colligere oporteret, oden illam ἄσιγμον eſſe eamdem, cuius initium hic adponitur. Atqui in hac odâ (ſive in hoc *dithyrambo*)

c non modo in ipſo nomine *San* occurrit *s* litera, quam evitare poëta potuerat, ſi circumſcriptione aliqua voluiſſet uti; verum etiam ſaepius in eodem carmine eadem litera occurrebat, ut adparet ex paucis verſibus quos ex illo Strabo l. c. adpoſuit. Attamen Caſaubono, ipſum Pindarum auctorem odae ἀσίγμου ſtatuenti, non modo Dalecampius praeiverat, verum etiam Euſtathius; de quo continuo deinde dicemus.

καὶ ὁ εἰς τὴν Δημ. » Addit καὶ ὁ ἐς [εἰς dabant noſtri » mssti] τὴν Δήμητρα δὲ τὴν Ἑρμιόνη ποιηθεὶς τῷ Λάσῳ ὕμνος » ἄσιγμός ἐστιν. Scribo, τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ. *Etiam hymnus a* » *Laſo compoſitus in honorem Cereris, quae Hermione coleba-* » *tur, ſigma nullum habuit.* De *Cereris* ſacris apud *Hermio-* » *nenſes*, adi Pauſaniam in Corinthiacis. [lib. II. c. 34. pag. » 191.] Hanc eſſe veram γραφὴν affirmare non verear. » Tamen Euſtathius legit initio ultimi Commentarii in » Iliadem, καὶ ὁ εἰς τὴν Δημ. δὲ τῷ Ἑρμιονεῖ ποιηθεὶς Λά- » σῳ ἀσ. Decepit, opinor, Euſtathium Breviator noſter, » qui ſcripſit in ſuo codice ex hoc loco: Ὅτι εὕρηται πα- » ρὰ Πινδ. ἀσιγμοποιηθεῖσα ᾠδή. καὶ Ἑρμιονεὺς δὲ ἐποίησεν » ἄσισμον (videtur *σ* poſitum pro *γ*) ᾠδὴν. καὶ Λάσος » ἄσισμον ᾠδὴν εἰς Δήμητραν: errore manifeſto. Libro » XIV. [pag. 624. e.] ſimilis locus ſimiliter corruptus. » Initium eius hymni fuit, Δήμητρα μέλπω κόραν τε Κλυο- » μένοιο ἄλοχον. Scribendum Κλυμένοιο, ut libro XIV. » *Clymenus* eſt Pluto, ut docent mythologi. « Casaubonus. — Ut corrigi h. l. iuſſit Caſaubonus, ſic ſcribitur in cod. *A.* τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ. Noſter codex *Epit.* ut paulo ſuperius docuimus, eadem habet quae ex Hoeſcheliano adpoſuit Caſaub. niſi quod recte ἀσιγμον ᾠδὴν in noſtro ſcribitur: & dein ἄσιγμον ὕμνον (non ᾠδὴν) εἰς Δημ. Ibi vero accidit Breviatori, docto alioqui viro, quod & alibi ſubinde eidem accidiſſe obſervavimus; ut in nomine auctoris ab Athenaeo citati nimia feſtinatione erraret, & ex uno *Hermionenſi Laſo* duos auctores faceret, alterum Ἑρμιονέα, alterum Λάσον. Apud *Euſtathium* eadem prorſus verba, quae Caſaubonus adpoſuit, nusquam reperire mihi contigit: ſed in Comment. in Iliad. ω'. pag. 1462. l. 47. haec leguntur: Λέγεται γοῦν καὶ Πινδάρῳ ποιηθῆναι ἀσιγ- μοποιηθεῖσα ᾠδή. καὶ τῷ Ἑρμιονεῖ δὲ Λάσῳ ἄσιγμος ὕμνος εἰς Δήμητραν. Ubi, quod ad *Laſum Hermionenſem* ſpectat, correxit Euſtathius errorem, qui Epitomatori exciderat;

nisi fortasse in nonnullis tantummodo codicibus Epitomae c error ille exstiterat, & rectius in eo, quo Eustathius usus est, sic legebatur: καὶ Ἑρμιονεὺς δὲ ἐποίησε Λάσος ἄσιγμον ᾠδὴν καὶ ἄσιγμον ὕμνον εἰς Δήμητρα. Sed & suâ ex doctrinâ corrigere errorem Epitomatoris potuit Eustathius, cui & aliunde cognitus esse debuit *Hermionensis* ille *Lasus*. At in eo quod de *Pindaro* memoratur, quum planius enunciare vellet Eustathius id quod in Athenaei Epitoma scriptum repererat, prorsus ab Athenaei sententia aberravit. Nam quum id quod de Pindaro Athenaeus in illam, quam expositimus, sententiam pluribus verbis dixerat, in haec pauca contraxisset Breviator, εὕρηται παρὰ Πινδάρῳ ἀσιγμοποιηθεῖσα ᾠδή: Eustathius hoc ita accepit, quasi dixisset Athenaeus, *ipsum Pindarum carmen absque sigma composuisse;* atque ita Casaubonum in illo errore, quem supra notavimus, confirmavit. In *hymni in* d *Cererem* initio, Δάματρα scripsi cum ms. *A.* in quo quidem codice superne inter lineas duae *n* adpositae: sed p. 624. e. ubi eadem verba repetuntur, unice Δάματρα agnoscunt edd. cum mssto. Ex eodem loco, ut monuerat Casaubonus, Κλυμένοιο hic correxi: de quo cognomine *Plutonis*, Suidam vide in voc. Κλύμενος.

AD CAP. LXXXIII.

Ἐν φανερᾷ &c. » Alius griphus:

» Ἐν φανερᾷ γενόμαν, πάτρη δέ μοι ἁλμυρὸν ὕδωρ
» ἀμφὶς ἔχει. μήτηρ δ' ἐστ' ἀριθμοῖο πάϊς.

» Quidam mssti, & meliores, πάτραν δέ μ. Metalepsis » in vocibus φανερὰ pro *Delo*, & ἀριθμὸς pro Κοῖος, ut ex- » plicat auctor. « Casaubonus. — Recte φανερᾷ scribitur in utroque nostro codice: itemque πάτραν δέ μου, quod non modo melius, sed unice verum: & sic ex Italicis libris corrigendum monuerat Muretus, Var. Lect. lib. XVIII. c. 2. Aenigma illud ex Athenaeo in Analecta sua retulit Brunck, T. III. pag. 318. Habet & Eustathius ad Od. ζ'. pag. 456. l. 13.

Κριθῆς ἀφλοίου &c. » Alius griphus, de *ptisana:* e

» Κριθῆς ἀφλοίου χυλὸν ὀργάσας πίε.

» *Succum hordei decorticati cum aquâ maceraveris bibe.* ὀρ- » γάσας valet φυράσας, ἀναδεύσας. Nunquam factum ut » ὀργάσαι significaret *tundere.* [quo pacto interpretatus est

e Dalec. Conſulendus vero de eo verbo prae caeteris RUHNKENIUS ad Tim. pag. 180.] »Veriloquium vocis »πτισσάνη obiter explicat dipnoſophiſta: Πεποίηται δὲ »τῆς πτισσάνης τοὔνομα ἀπὸ τοῦ πτίσσειν καὶ ἀνεῖν. Fa»talis etymologiſtarum περιεργία. Nam verius eſt, po»ſteriores huius dictionis ſyllabas meram eſſe nominis »formationem. Sic ab ὀρθοῦν fit Ὀρθάνης, ab ἔργον Ἐργά»νη, & id genus. Pauſaniam Grammaticum huius com»menti auctorem laudat Euſtathius: [ad Iliad. δ'. p. 332. »l. 17.] ἐκ τοῦ πτίσσειν καὶ αἰνεῖν ταυτοδυνάμων λέξεων, »ὡς φησι Παυσανίας ἐν τῷ αὐτοῦ Λεξικῷ, ἡ πτισσάνη. Sed »de voce ἀνεῖν ſive αἰνεῖν erudite idem Euſtathius ad ῥαψ. »κ'. [pag. 720. l. 21 ſeqq.] & Heſych. « CASAUBONUS. — Heſychium vide in Αἰνῶν, aliisque locis ibi citatis ab Interpp. Confer vero & Foeſii Oecon. Hippocr. & Etymol. M. in Πτισσάνη

Ἀντιφάνης δ', ἐν Αὐτοῦ ἐρῶντι, &c. »De hac fabula Pol»lucis verba capio, lib. X. cap. 32. [ſect. 152.] Ἀρυβάλ»λους δὲ (*invenias*, nempe) ἐπὶ τοῦ ἐπισπάστου (ita »ſcribendum, vel συσπάστου ex Platonis Sympoſio) ἐν »Ἀντιφάνους Αὐτοῦ ἔρωτι: melius, Αὐτοῦ ἐρῶντι: *in Se»ipſum amante:* ut *Heautontimorumenos* Menandri & Teren- f »tii: item Damoxeni Αὐτὸν πενθῶν. Τροφαλίδες λινόσαρ»κοι, in *gripho* ex *ANTIPHANE*, *tenues caſei* ſunt: & ita »explicat etiam Euſtathius, ultimo in Iliadem Commen»tario. « CASAUBONUS. — Utique λινοσάρκους in iſto aenigmate Euſtathius ad Iliad. ω'. pag. 1467. l. 36. λεπτὰς καὶ ἁπαλὰς interpretatur: quae mihi quidem parum probabilis ratio videtur. Magis placet Gallici interpretis interpretatio, *dont la chair a la blancheur du lin:* id eſt, *carnem albam habentes ut linteum.* Sed mihi videbatur aliud quid ſpectaſſe griphi auctor. Nempe τροφαλίδα Graeci non tam *caſeum iam compactum* vocant, quam *mollem*, aut *ipſum lac coagulatum;* ex quo fit caſeus, cum ἡ τροφαλὶς linteo involuta, expreſſo humore, in libero aëre induratur. Igitur *caſeus* in gripho nominatur τροφαλὶς λινόσαρκος, id eſt, *coagulatum lac, quod linteo* involutum in firmam veluti *carnem* ſuit compactum. Perperam in ms. *A.* τροφαλίνδας ſcribitur.

Ἀρτίως διηρτάμηκεν &c. Cum in editis non eſſent diſtincti verſus, adnotavit CASAUBONUS: »Griphus ex *Antiphanis* [*ANAXANDRIDAE* ſcribere voluerat] *Aeſchra* de-

» ſcriptus duobus trochaicis continetur : f

» Ἀρτίως διηρτάμηκε. καὶ τὰ μὲν δινεκῆ
» σώματος μέρη δαμάζετ' ἐν πυρικτύποισι γῆς.

» Subiicitur ſenarius iambicus, quo de interpretatione » quaeritur. Eum ita ſcribo:

» Τιμόθεος ἔφη ποτ' ἀνδρες. εἰ χύτραν λέγων.

» *Ita locutus aliquando Timotheus. An ollam ſignificans?* Au- » ctor igitur griphi eſt *Timotheus*, dithyrambicus poëta: » de quo multa libro VIII. cap. v. & xi. [ad VIII. 338. » a. & 352. a.] Inter illius frigida dicta licet hoc referas. » Nam πυρίκτυπα γῆς *ollas* appellare, non magni ingenii ar- » gumentum eſt, ſed tumidi. « Casaubonus. — Haud im- merito praetermiſit hunc locum Epitomator. Doricas for- mas διανεκῆ & γᾶς recepimus ex ms. *A.* in quo quidem utrobique litera η ſuperne inter lineas ſignata. Quid di- xerit autem Timotheus διηνεκῆ μέρη σώματος, haud ſatis adparet: *in longum porrectos artus* vertit Dalecamp. *Ter- tium verſum* mireris cur ex *trochaico ſeptenario*, quem da- bant edd. & mssti eiusdem menſurae cum duobus priori- bus, *iambicum ſenarium* facere conatus ſit Caſaubonus. Pro πυρικτύποισι, in ms. *A.* mendoſe πυρικτύτοισι ſcribitur, niſi quid aliud ſubeſt.

Ὡς δ' ἦν ἡρμένη &c. Perperam ἥρμένη edd. Recte *lenem ſpiritum* adhibet ms. *Ep.* neſcio an & ms. *A.* » Timoclis » aenigma de *menſa* per eſt venuſtum. In eo ἡρμένη τρά- » πεζα eſt *remota menſa*; non *parata*. [ut verterat Dalec.] » Eadem dicitur φύλαξ φιλίας, quia ſunt amici quidam τρα- » πεζῆες: ut erat Podes Hectori. Eſtque proverbium ve- » tus, Ζῇ [immo Ζεῖ] χύτρα, ζῇ φιλία. De his, hoc eſt, » de paraſitis gulonibus, extat griphus antiquus, dignus » quem ab Athenaeo praetermiſſum non praetermittamus » nos:

» Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῇ βλέπων
» ὀφθαλμὸς, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι ξηρίον.

» Claudicant duo Timoclis poſtremi verſus, futuri ἀρ- a » τίποδες ſi ſcribas:

» τράπεζα. περιέργως γε νὴ τὸν οὐρανόν.
» ἑξὸν γὰρ ἦν φράσαι τράπεζαν συντόμως. «

Casaubonus. — Poſteriore verſu nos Grotium ſecuti ſumus, in Excerpt. p. 693. ſic corrigentem, ἑξὸν φράσαι σοι τὴν τραπ. Caeterum *menſa* φύλαξ φιλίας etiam hone- ſtiore quodam ſenſu, quam quo Caſaubonus acceperat,

a dici haud abſurde potuerit. Perperam τράπεζα συντόμως ſcribitur in ms. *Ep.* quod etſi per ſe ferri poſſet, metro tamen refragatur.

Πλάτων δ' ἐν τῷ Ἀδώνιδι. »*Platonis* comici *Adoni*»*dem* Iulius quoque Pollux nominat libro X. cap. XXIV.« Casaubonus. — Mox pro Κινύρα, perperam eſt Κινυράω in ms. *Ep.* Tum in *Platonis* verſ. 1. ubi Κινύρα recte editum, vitioſe Κύπρια habet uterque cod. ms. In fine *verſ.* 2. pro τε, eſt τοὶ in utroque codice: ſed in *Ep.* ſuperne ſcriptum τε. *Verſ.* 3. Suſpectus eſſe debet ſubiunctivus modus ἔχητον, quem habent editi. Futurum indicativi exſpectabas: ferri etiam utcumque poſſet praeſens ἔχετον, quod habet ms. *Ep.* ſi metro conveniret. Videndum an melius quid lateat ſub δαίμον' ἔχειτον vel δαίμονε χεῖτον, quod eſt in ms. *A.* *Verſ.* 4. Pro ἐρίμοις, quod vitioſe legebatur in ed. Ven. & Baſ. recte ἐρετμοῖς poſuit Caſ. praeeuntibus msstis. De illo verſu conſule quae notavit Iacobs ad Anthol. Vol. II. P. III. p. 23. & confer quem is laudavit Ariſtoph. Eccleſ. 38.

b Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς Τραγῳδουμένοις. »Ait, καὶ τὸ τῆς »Σφιγγὸς δὲ αἴνιγμα Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις »τοιοῦτον εἶναι φησί. Vir doctus [Dalecamp.] qui vertit, »*Aſclepiades libro De iis quorum nomine editae ſunt tragoediae*, »exiſtimavit titulum libri ab Aſclepiade editi fuiſſe maſculino genere, Τραγῳδούμενοι. Ille vero Τραγῳδούμενα »conſcripſerat, inquit Plutarchus. [conf. Voſſium, lib. I. »De Hiſtoric. Graec. c. XVIII. p. 119.] Sic alii libros ſuos »Θεολογούμενα, vel Γεωγραφούμενα, vel Μυθολογούμενα in»ſcripſerunt: qui expoſuerant Theologiam, Geographiam, »aut fabularem hiſtoriam. Quare noli dubitare, *Aſcle*»*piadis* Τραγῳδούμενα poëtarum tragicorum ἐγκύκλια »argumenta, & omnes tragicas heroici temporis hiſto»rias eſſe complexa. Scripſerat & *Demaratus* quidam Τρα»γῳδούμενα, eiusdem procul dubio argumenti. Clemens »Alexand. in Protreptico: Ἐρεχθεὺς τὴν ἑαυτοῦ ἔθυσε θυ»γατέρα Φερεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδου»μένων.« Casaubonus.

Ἔστι δίπουν &c. In Euripidis codicibus praeponi ſolet illud aenigma *Phoeniſſis*, tragoediae: ad cuius verſum 47. vide ſcholion Graeci interpretis. Analectis ſuis etiam inſeruit Brunck, T. III. pag. 321. num. 15. *Verſ.* 1. & 2. τετράπουν & τρίπουν ſcribitur in noſtris codicibus, con-

tra quam postulabat metrum. *Vers.* 2. φύσιν tenet ms. b
A. itemque ms. *Ep.* sed in hoc superne scribitur φυὴν, quod & exhibent Euripidei libri, & unice verum iudicavit VALCKENAER ad Phoeniss. pag. XXIV. *Versu* 3. sic edens Casaubonus, ἕρπετὰ κινεῖται ἀνά τ' αἰθ., docere saltem lectorem in Animadv. debuerat, ductam esse istam scripturam ex Euripideis libris. At vel nescisse videtur ipse, vel non animadvertisse, in nullo Athenaei codice legi verbum κινεῖται, sed ab editore Basileensi ex Euripideis libris tacite adscitam fuisse eam scripturam. Nulla vero caussa fuisse videtur, cur hic non teneretur scriptura, quam Athenaei libri exhibebant: & poterat ipsum γίνονται teneri, quod dabat Veneta editio: sed in antiquo aenigmate proba etiam erat forma verbi γείνονται, quam exhibet ms. *A.* In eodemque codice (sicut in ed. Ven.) commode dein sic scribitur, καὶ ἀν' αἰθ. Pro γείνονται scribitur γίνηται in Tzetzae Scholiis ad Lycophr. p. 2. col. a. ed. Pott. *Postremo* aenigmatis versu, pro τάχος, quod habent & Athenaei libri & plerique Euripidei, & Tzetzes loco citato, μένος probavit BRUNCKIUS, quod in Euripideis nonnullis codicibus Valckenarius repererat.

AD CAP. LXXXIV.

SIMONIDIS aenigma prius, ex Athenaeo in Appendicem c
Anthologiae recepit H. STEPHANUS pag. 512. & BRUNCK Analect. Tom. I. pag. 146. n. 106. qui *versu* 1. pro πατὴρ τ' ἐρίφου, πατὴρ ἐρίφου ex coniectura correxerunt; quod ipsum nobis codex *Epit.* exhibuit. Iidem recte *vers.* 2. ἤρεισαντο scripserunt; quod nobis uterque dedit codex mstus.

In eiusdem aenigmatis interpretatione, in verbis εἰς ἐπι- d
τόνιον ψαλτήριον nil mutat (quod sciam) codex *A.* Quorum verborum vim quum haud satis perciperem, secutus sum Dalecampii versionem. Doctissimus IACOBS in Animadv. in Anthol. Vol. I. Parte 1. pag. 267. satis habuit sic posuisse: »*alii earundem bestiarum imagines in psalterio fuisse* »*dicebant.*« Verum fuerit forsasse quod est in ms. *Ep.* εἰς τὸ ἐπιτόνιον: sed, quae sequitur vox, in eodem codice intricato nexu scripta est, ex quo nihil sani eruas.

καὶ εἶναι τὸν βουφόνον καὶ τὸν Διονύσου θεράποντα, τὸν διθύραμβον. *Carmen dithyrambicum*, (si recte percipio) aie-

bant nonnulli, in iſto aenigmate deſignari iſtis verbis, *bovis occiſorem & Bacchi miniſtrum.* Nempe carmen illud poterat dici *Bacchi miniſter*, quippe Baccho ſerviens & eius honorem celebrans. Ad intelligendam alterius adpellationis rationem facit quod adnotavit IACOBS l. c. pag. 236. »Ut tragicis hircus, inquit, citharoedis vitulus, ſic *dithyrambicis taurus* praemio erat deſtinatus.« Quod probavit Vir doctus teſtimoniis Scholiaſtae Pindari, ad Ol. XIII. 26. pag. 145. & Nonni in Dionyſ. XIX. pag. 512. 21.

ἐν Ἰουλίδι. »In *Iulide*, oppido inſulae Cei. Plin.« DALECAMP. *Ibid.* τὸν οὖν Σιμωνίδη. Sic ms. *A.* τὸν οὖν Σιμωνίδην edd. In ms. *Ep.* terminatio non expreſſa.

e Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα &c. Etiam *alterum* hoc *SIMONIDIS aenigma* exhibuit H. Stephanus in Anthol. pag. 513. & Brunck T. I. pag. 146. n. 107. *Ibid.* τῷ Πανοπιάδῃ – – Ἐπειῷ. *Epeo Panopei filio.* Vide Iliad. Ψ. 665.

f ἐν τῇ Καρθέᾳ. »*Carthea* geographis Graecis eſt *Carthaca*: »una quatuor urbium Cei ſive Ceae inſulae.« CASAUBONUS. — *Ibid.* Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ. »Aquam vehens aſi»nus nominatur *Epeus.* Cauſſam aperit Athenaeus. In »Securi quoque Simmiae Rhodii, ſive Theocriti, legas »de Epeo:

»Οὐκ ἐνάριθμος γεγὼς ἐν προμάχοισι λαῶν,
»ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νάμ' ἐκόμιζε δυσκλεής.«

IDEM. Vide Brunckii Anal. T. I. pag. 210.

a *STESICHORI* verba, conſentientibus libris, citantur haec: ὤκτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ ἀεὶ φορέοντα. Si duo verba traieceris, metro conſtiterit ratio:

— ὤκτειρε γὰρ ὕδωρ
αὐτὸν ἀεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

Scripturam κούρα cum editis tenet mstus uterque noſter. Percommode vero apud Euſtathium ad Iliad. Ψ. pag. 1445. l. 48. κούροις legitur: quod ille ab alio Grammatico accepiſſe videtur.

οὐ φέροντα τὸ τοῦ τέττιγος. Sic recte ms. *Ep.*

AD CAP. LXXXV.

b σημαίνει γὰρ κόχλον. Huc facit quod eſt apud Heſychium in Κόχλος: Τοῖς Ξαλαττίοις (κόχλοις) ἐχρῶντο πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων εὑρέσεως. *Marinis cochleis utebantur ante inventionem tubarum* vel *buccinarum.*

Τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ τὸ ῥήματα λέγειν &c. » Adnume- b
» ratur griphi generibus, καὶ τὸ ῥήματα λέγειν ἀνθρώπων
» ὀνόμασιν ὅμοια. Qua de re dictum est adfatim libro ter-
» tio cap. XX. & XXI. [ad III. 99. b.] Exemplis ibi pro-
» positis possunt alia adiici: ut, cum ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν
» dixit Euphorion, teste Hermogene. « CASAUBONUS.

Πέντ' ἀνδρες &c. » Olim vulgo notum fuit illud aeni-
» gma, quod appellat dipnosophista τὸ περιφερόμενον.

» Πέντ' ἄνδρες δέκα ναυσὶ κατέδραμον εἰς ἕνα χῶρον,
» ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι,
» διψῇ δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου.

» Nobis hodie obscurum illud est. Interpretum conatus, iu-
» dicio meo, plus meretur laudis, quam eorum interpreta-
» tiones. « CASAUB. — Nempe DALECAMPIUS sic erat in-
terpretatus: » Aenigmatis esse puto hunc sensum. Quinque
» classis praefecti, pugnam decem navibus commiserunt.
» Praeliatum saxis, quamquam in aequore saxum nullum
» possit colligi. Bellatores siti perierunt, ardore pugnandi
» aestuantes; & sitibundi, quamvis aqua mentum superaret,
» depressis ac demersis navibus. « — Sic ille. Pergit CA-
SAUBONUS: » Incidi nuper in viri magni explicationem
» sane acutam, quae est huiusmodi. *Quinque viri* pugiles,
» *decem navibus*, manibus: (quia πίτυλος Graecis utrum-
» que dicitur, *navis*, & *pugnus* ad feriendum protensus) *in-*
» *ter se concurrerunt. Pugnabant illi super lapidibus*, strato la-
» pidibus pavimento, sive lithostroto: *lapis tamen non po-*
» *terat attolli. Siti miseri peribant: aqua tamen erat supra*
» *mentum*: sudor nempe. Perplacet haec interpretatio: sive
» illa est vera, sive tantum similis vero. Nam, ut dubi-
» tem, quaedam me impellunt: ut, numerus impar; qui
» pugilibus minus videtur convenire. Committuntur enim
» singula pyctarum paria. Deinde, πίτυλος pro *navi*, quod
» sciam, legitur nusquam, aut rarissime. Frequens ea vox
» Tragicis, sed pro *sono qui editur cum secantur maria ton-*
» *sis*; interdum pro *remigatione* aut ipsis *remigibus*. Si pro
» *navi* accipias, duplex erit metalepsis, ut in nonnullis
» etiam apud poëtarum patrem. At, καταδραμεῖν εἰς ἕνα
» χῶρον, pro ὁμόσε χωρεῖν, elegantissimum. « — Positis
quinque athletis, *decem naves* de *decem calceis* accipere ma-
luit Gallicus interpres. At quanto praestabat, *non liquet*
profiteri! Versum quidem istum,

ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι:

in proverbio olim usurpari solitum esse, intelligitur ex Plutarchi Sympos. IV. 1. pag. 660. d. Sed quamnam potissimum in sententiam id diceretur explicaturus ERASMUS (in Adagiis pag. 333 sq.) parum promovisse videtur.

AD CAP. LXXXVI.

c Τίνα δὲ κόλασιν &c. Ad quaestionem hic propositam, *de poena quam dabant qui griphum solvere non possent*, respondetur demum infra, cap. 88. sub finem libri. *Ibid.* ὡς καὶ ὁ Κλέαρχος προείπεν ἐν τῷ ὄρῳ. Vide pag. 448. b. & confer Animadv. ad pag. 453. e. *Ibid.* κἂν τῷ πρώτῳ — γράφει οὕτως &c. Mirum videri possit, & parum commodâ ratione factum, quod hic, ubi de *poena* quaerere coepit Athenaeus, rursus latum locum Clearchi adponit, ubi denuo de ipsa Griphorum ratione & de variis illorum generibus agitur. Nempe, quae adhuc disputaverat Athenaeus, ea e Clearchi libro *De Griphis* excerpta erant: nunc, priusquam huic disputationi finem imponeret, operae pretium iudicavit, ista etiam e libro *De Adagiis* eiusdem auctoris verba adiicere: sed cur ea hoc potissimum loco, ubi de *poena* quaerere coeperat, adponeret, haec caussa erat; quod in his ipse etiam Clearchus *poenarum* meminisset, quae victis, praemiorumque, quae victoribus proposita fuissent. Nempe pro eo, quod in alio libro dixerat, qui victus esset cogi olim solitum *mixtam phialam* bibere, (quod quale sit, sub finem libri exponit Athenaeus, & Antiphanis testimonio declarat) nunc hic ait, *suâ aetate morem obtinuisse, ut victus cogeretur merum bibere.* Alterius moris, quem Athenaeus infra Antiphanis testimonio probat, meminit Pollux, VI. 107. alterius Hesychius, in Γρῖφος.

d τίς τῶν Ἀφροδισιαστικῶν συνδυασμῶν. Sic recte edd. Perperam συνδυασμένων ms. *A.* συνδιασμῶν ms. *Ep.* » Respicit Cyrenae τὸ δωδεκαμήχανον: & σχήματα συνουσιῶν Elephantidis & Philaenidis. « CASAUBONUS. — De *Philaenide*, quam mox etiam auctor ipse commemorat, conf. V. 220. f. & VIII. 335. c. ubi eadem simul cum Archestrato, sicut hic, nominatur.

ὃν ἥδιον τῆς ὑγιείας πίνουσιν. » Advertat iure aliquem » locutio haec: ζημίαν δὲ τοῖς ἡττηθεῖσι τάττουσιν ἀκρατον πιεῖν, ὃν ἥδιον τῆς ὑγιείας πίνουσιν. Cuius vim recte

» expreſſit Dalecampius: *quod quidem merum bonae valetu-*
» *dinis tuendae ſtudio gratius illis eſt.* « CASAUBONUS. — Nobis, vere-ne, an falſo, docti viderint, ſed ſecus viſum erat. Nempe ἥδιον τῆς ὑγιείας accipiendum pro ἥδιον τῆς ὑγιείας κύλικος, vel τοῦ ὑγιείας κρατῆρος, cuius mentio facta cum alibi, tum lib. I. pag. 36. b. (Omitti ſolere in talibus dictionibus nomen κύλιξ, iam ſaepius obſervavimus.) Nempe abſurditatem notat Clearchus moris hominum ſuae aetatis, *poenam* ſtatuentibus victis, *bibere merum; quod* (merum) *libentius illi bibunt, quam poculum ſanitatis;* quod poculum ſcilicet non *merum* vinum continebat, ſed *aquâ dilutum.*

κομιδῇ γάρ ἐστι ταῦτά γε τινὸς τοῖς Φιλαινίδος καὶ e
Ἀρχεστράτου συγγράμμασιν ἐνῳκηκότος. Editum erat τοῖς τῆς Φιλαινίδος. Articulum, qui nullo modo deſiderabatur, delevimus auctoritate utriusque msti. » ἐνοικεῖν συγ-
» γράμμασι, eleganter, pro *multum verſari in lectione libro-*
» *rum.* Simile apud Senecam, *perſedere apud philoſophiam,*
» Epiſt. XIX. Paullo aliter, *veſtem inhabitare*, Varro apud
» Nonium, & Auguſtinus epiſtolâ quadam ad Paulinum,
» & in Hiſtoriâ miscellâ. « CASAUBONUS. — At prorſus eodem modo, *habitare in libris*, & *habitare in unâ arte tractandâ*, Cicero dixit.

ἔτι δὲ περὶ τὰς καλουμένας Γαστρολογίας ἐσπουδακότος.
» Separat Clearchus Γαστρολογίας inſcriptos libros ab
» opere Archeſtrateo: cum tamen a nonnullis etiam Ar-
» cheſtrati opus Γαστρολογία fuerit nuncupatum, vel Γα-
» στρονομία, non ſolum Ἡδυπαθεία. Sed fuere non diſſimi-
» lis argumenti ab aliis ſcripti libri, quorum is titulus ma-
» gis proprius: ut Cleoſtrati Tenedii, cuius Γαστρολογίαν
» laudat Noſter libro ſeptimo. « CASAUBONUS. — Quinam fuerit titulus, quem *Archeſtratus* illi carmini inſcripſerit, quod modo Γαστρονομίαν, modo Γαστρολογίαν, modo Ἡδυπάθειαν, modo Ὀψολογίαν nominat Athenaeus, haud ſatis liquet: ſed probabile eſt, Γαστρονομίαν fuiſſe inſcriptum, quo titulo plerumque is liber ab Athenaeo citatur. Γαστρολογίας nomine vero Clearchus nunc manifeſte tamquam generali quadam adpellatione utitur, quae omnibus huiusmodi ſcriptis conveniat, quorum argumentum ad *ventris* maxime *curam* ſpectat. De *Cleoſtrato Tenedio* vidimus in Animadv. ad VII. 278. b. titulum operis, quod Ἀστρολογίαν inſcriptum fuiſſe perquam probabile

e est, perperam Γαστρολογίαν nominatum fuisse in corruptis Athenaei libris. Vice versa vero, pro γαστρολογίας, quod recte h. l. editi cum *Epit.* habent, ἀστρολογίας perperam scribitur in cod. *A.*

τῷ πρώτῳ ἔπος ἰαμβεῖον εἰπόντι τὸ ἐχόμενον ἕκαστον λέγειν, καὶ τῷ κεφάλαιον εἰπόντι ἀντεισπεῖν τὸ ἑτέρου ποιητοῦ τινος, εἰ τὴν αὐτὴν εἶπε γνώμην. In ed. Ven. & Bas. sic legebatur: τῷ πρώτῳ ἔπος ἰαμβεῖον εἰπόντι ἀντεισπόντος ἑτέρου ποιητοῦ τινος εἰ τὴν αὐτὴν εἶπε γνώμην. Tum CASAUBONUS in sua editione, in reliquis nil mutans, pro istis verbis, εἰ τὴν αὐτὴν, ὃν εἰς τὴν αὐτὴν posuit: ac dein in Animadv. sic praecepit: »Scribe τῷ πρώτῳ ἔπος »ἰαμβεῖον εἰπόντι, ἀντεισπόντος ἑτέρου, ποιητοῦ τινος ὃ εἰς »τὴν αὐτὴν εἶπε γνώμην: non ὃν εἰς. Sed quia subdit statim, »ἔτι δὲ λέγειν ἕκαστον ἰαμβεῖον: fortean non male indu»xeris vocem ἰαμβεῖον post ἔπος, ut sit sententia Clear»chi haec: Melius facturos literarum amantes, si inter »epulas ita potius se oblectent, ut *cum unus* ἔπος (id est, »*versum Homeri*) *protulerit, alter ex alio poëta alium recitet* »*eiusdem sententiae, tum autem adiiciant singuli e dramaticis* »*poetis similem locum.*« — Quod de *delenda* ibi *voce* ἰαμβεῖον monuit doctus Animadversor, cum e ipsa Clearchi oratione perquam sit probabile, tum propemodum certum reddi videtur ex illis exemplis, quae sequente capite ab Athenaeo adferuntur; ubi constanter *versibus Homericis* subiiciuntur *iambi* dramaticorum. Tenet tamen eam vocem cum editis vetus codex *A.* mendose quidem ἰαμβίον scribens, quemadmodum & paulo post. (In *Epit.* deest tota posterior pars disputationis Clearchi, inde a verbis, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς &c.) Sed utique hoc loco ab imperito homine temere insertum id vocabulum videtur. Caeterum in edita scriptura male cohaerebat oratio: nec mirum, nam a priori εἰπόντι ad posterius aberrans sive iunior librarius, sive typotheta in Aldina officina, octo verba praetermiserat, quae nos ex vetusto nostro codice adiecimus. In his occurrens vocabulum κεφάλαιον interpretatus sum *locum communem*: poteras etiam *gnomen*, *sententiam*, *sententiolam* dicere: nam parallela & synonyma hoc loco sunt vocabula, κεφάλαιον, & id quod mox sequitur, γνώμη. Atque eodem modo videtur exponi debuisse idem vocabulum κεφάλαιον in illo Antiphanis iambo, qui legitur apud Nostrum IV. 134. c.

ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδη. e

Nempe Socrates Euripidi non tragoediarum argumenta aut primas lineas ſcripſiſſe perhibebatur: ſed, quod a Socrate adiutus fertur poëta in conſcribendis tragoediis, id cum Laërtii Interpretibus (ad II. 18.) intelligi par eſt de *ſententiis* potiſſimum *moralibus* e Socratis ſchola acceptis, quas ille tragoediis ſuis frequentiſſimas intertexuit. Ut ad Athenaeum noſtrum & Clearchum redeamus: quod ſequebatur in editis & in msto verbum ἀντειπόντος, id haud dubie corruptum videri debuit: ac veriſimillimum erat, ἀντειπεῖν τὸ ſcriptum olim fuiſſe: e quo, quum ſequantur genitivi ἑτέρου ποιητοῦ τινος, per librarii alicuius incogitantiam vel imperitiam ἀντειπόντος factum. τὸ ἑτέρου ποιητοῦ τινος, intellige ἔπος. Tum recte additur, εἰ τὴν αὐτὴν εἶπε γνώμην, id eſt, *ſi alter ille poëta eamdem ſententiam* ſimili quodam verſu *enunciavit.*

Mox dein, cum in edd. ſic legeretur, ὅσον ἂν προταχθῇ ἔμμετρον, intra paucula illa verba, quae absque animadverſione reliquit Caſaubonus, ter graviter erat erratum. Peropportune noſter codex *A.* id, quod a nobis eſt editum, obtulit, ὅσων ἂν προσταχθῇ συλλαβῶν ἔμμετρον. Ἔμμετρον intelligendum *verſum quemcumque*, aut maiorem etiam ῥῆσιν poëticam, quocumque modulo (ſive hexametrico, ſive iambico, ſive alio) decurrentem.

ὥστε τὴν παιδιὰν, μὴ ἄσκεπτον οὖσαν, μιμήματα f γίνεσθαι τῆς ἑκάστου πρὸς παιδείαν οἰκειότητος. In ed. Ven. & Baſ. loco iſtorum omnium haec erant, ὡς γε τὴν παιδείαν οἰκειότητος. Quae deerant, ea ſupplevit CASAUBONUS e msstis, quorum excerptas lectiones habebat: ὥστε τὴν παιδείαν μὴ ἄσκεπτον &c. Tum monuit in Animadv. »Scribe ὥστε τὴν παιδιὰν, non παιδείαν: quod »etiam *Muretus* obſervaverat. Expoſuimus capite XV. « — Vide ſupra ad pag. 448. c. Animadv. pag. 520. Nempe MURETUS Variar. Lect. lib. XVIII. cap. 2. (in Grut. Theſ. Crit. T. II. p. 1202.) locum iſtum partim e msstis codicibus, partim ex ingenio, ſic corrigi iuſſerat: ὥστε τὴν παιδιὰν μὴ ἄσκεπτον οὖσαν μιμήματι γίγνεσθαι &c. Et τὴν παιδείαν quidem, ut eſt in ed. Caſ. ſic ſcribitur etiam in ms. *A.* quae ipſa mendoſa ſcriptura omittendis dein pluribus verbis anſam dederat. Omnino vero παιδιὰν ſcriptum oportuit. Dein μιμήματα, ut ed. Caſ. ſic rurſus noſter etiam codex: nec aliud in ſuis

codicibus reperiſſe Muretus videtur, ſed pro eo, quod mendoſum cenſuiſſet, μηνύματι ex ingenio ſcripſiſſe; ſcilicet latinam conſtructionem ſecutus, qua dicimus *indicio eſt*. At ſic non loquuntur Graeci: ſi quid corrigendum, oportebat μήνυμα aut μήνυμά τι, ut monuit CORAYUS in *Notis mſstis*. At nulla ſat gravis cauſſa ſubeſſe nobis viſa erat, cur librorum ſcripturam hîc deſereremus.

AD CAP. LXXXVII.

a Καὶ ἃ προβάλλειν δεῖ, τοιαῦτά τινα ἡγοῦμαι εἶναι. Haec, & quae ſequuntur, manifeſte ſuo nomine ſubiungere verbis Clearchi Athenaeus videtur. Sed paulo aliter accepit Epitomator, ita ſcribens: Βούλεται δὲ ὁ Κλέαρχος ταῦτα λέγων, τοιαῦτά τινα προβάλλειν. Recte vero προβάλλειν uterque ms. cum ed. Ven.

b Ἐν πόλει ὑμετέρᾳ. Sic recte mssti noſtri, ut apud Homerum. *Mox* dein, Εὐκαταφρόνητος recte iidem codd. Perperam Ἐυευκαταφρ. edd. quod corrigi etiam iuſſit CASAUB. in Animadv.

c Ad editam olim ſcripturam κεκραμένη, haec adnotavit idem CASAUBONUS: »Verſus qui ait:

»Ἡ τῶν φίλων σοι πίστις ἔστω κεκραμένη:

»*Eſto fides, quam amicis tuis habebis, mixta*; aliquâ nempe »diffidentiâ; ſimile praeceptum continet Epicharmeo,

»Νᾶφε καὶ μέμναο' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενᾶν.

»Sed aliam ſententiam ſuggerit vetus lectio: ἔστω σοὶ κε»κριμένη. *Fidem habe amicis; verum ante probatis.*« — Recte utique κεκριμένη dedit codex noſter uterque.

d Αἴας δ' ἐν - - - δέκα νῆας. In iſto verſu, non modo prima vox eſt nomen proprium: (de quo hîc non quaerebatur:) ſed & ex prima verſus ſyllabâ poſtremae iunctâ exiſtit nomen Αἴας. Sic in verſu ſequente, non modo poſtrema vox eſt nomen proprium: (hoc non quaerebat griphus:) ſed idem nomen exſiſtit etiam iunctis primâ & poſtremâ verſiculi ſyllabis. In tertio verſu,

e Ἰητὴρ δ' ἀγαθὸς Ποδαλείριος, ἠδὲ Μαχάων: ex problematis ratione, continetur nomen Ἴων: quod exſerte etiam adiicitur in ms. *A*.

AD CAP. LXXXVIII.

Ἔπειτα δὲ ἱκανὴν παραβ. Temere ἔπειτα δὲ ed. Caſ. 1. 2. f & 3. *Ibid.* τίνα κόλασιν ὑπέμενον οἱ μὴ λύσαντες. »De »victi poculo dictum ſupra, cap. XVI.« CASAUBONUS. — Vide ad pag. 448. e. Animadv. p. 525 ſq. Adde quae paulo ante ad p. 457. c. notavimus.

Οἴμοι, περιπλοκὰς &c. Quum perſonarum vices in a Graecis verſibus nusquam eſſent ſuis notis diſtinctae, monuit hoc loco CASAUBONUS: »In verſibus *ANTIPHANIS* »ita diſtinguendae ſunt *heri & ſervi* perſonae. Prior loqui»tur ſervus:

»Α. Οἴμοι. περιπλοκὰς
»λίαν μ' ἐρωτᾷς. Β. Ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω.
»Τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοισθά τι
»ταχέως λέγειν χρὴ, πρὶν κρέμασθαι. Α. Πότερά μοι &c.«

Primum verſum ita, ut in contextu indicavimus, ſupplendum ſuſpicatus erat VALCKENARIUS ad Phoeniſſ. p. 181. ſuffragante KOPPIERS in Obſerv. Philol. pag. 35. Sic περιπλοκὰς λέγεις habes apud Noſtrum, IX. 383. a. Iidem viri docti labans initium *verſus ſecundi*, cum vulgo nude λίαν ἐρωτᾷς legeretur, inſertâ τ' particulâ ſulciendum cenſuerant. *Verſu quarta*, non κρέμασθαι, ſed κρεμᾶσθαι (a κρεμάω) ſcribitur in cod. *A.* ut in editis. Sic κρεμῶσονται, XII. 547. b. Ex columna ſuſpendi vel columnae adligari ſolitos eſſe ſervos, cum loris caederentur, monuit Pollux III. 79. & ibi Interpp. quod ſupplicium nonnumquam *tormenti* loco de ſervis capiebatur, quo veritas ex illis exprimeretur. In *Epitoma* de toto hoc capite nonniſi ex poſtremis Antiphanis verbis nonnulla, eaque haud ſane ex poëtae mente accepta, leguntur.

Verſ. 7 *ſq.* Cum ſic olim ederetur,

δύναται τὸ ῥηθέν, ἔξω τις δότω
ἰμάντα ταχέως (ταχέος ed. Caſ. 1. 2.) οἷον οὐκ ἔγνων ἴσως:

monuit CASAUBONUS: »Ita ſcribe:

»Τί γὰρ δύναται τὸ ῥηθέν; Α. [Β. *voluerat*] Ἔξω τις δότω
»ἰμάντα ταχέως, οἷον οὐκ ἔγνως ἴσως.

»Interrogatus *ſervus* de raptu pueri, reſpondet, *eam quae»ſtionem eſſe ſibi inſtar griphi.* Cum *herus foras aliquem exi»re iuberet qui lorum afferret*; ioco iram illius illudit *ſervus*,

a »*negans eam esse poenam, qua puniendus sit qui griphum non* »*solverit:* nam illud potius fuisse *faciendum, ut muriae po-* »*culum afferretur.*« — Nos initio *vers.* 7. praetulimus Τί δὴ δύναται, quod praeivit KOPPIERS l. c. Finis *versus sexti & initium septimi* in ms. *A.* sic scribitur, *ει εξοιδά τιν τί δύναται*: ubi prius τι perperam in τιν mutatum; posterius τί vero exserte adest, quod in editis omissum erat. Tum vero ante δύναται probabile omnino erat, δὴ potius quam γὰρ intercidisse. *Versu* 8. probavi cum Koppiersio emendationem Casauboni, ἔγνως, pro vulgato ἔγνων: personarum vero partes ita distinxi, ut ab eodem KOPPIERS factum. Utrumque iam recte olim curaverat DALECAMPIUS. sic in versione ponens: *A. Quale? B. Fortasse id nescis. Vers.* 9. Ἔπειτα τοῦτο ζημιοῖς με; τούτῳ correxit *Koppiers*, & iam olim *Pursanus*. Mihi percommode ferri posse τοῦτο videbatur, idem valens ac
b κατὰ τοῦτο, id est, οὕτως, *sic*, *hoc modo*. Sed περιφέρειν (*vers.* 10.) non ferendum videbatur; non enim de *circumferendo* inter convivas poculo agitur, sed de *adponendo*, *offerendo*, *praebendo* ei qui griphum solvere non potuisset: id autem graece προσφέρειν sonat, aut παραφέρειν, quod ad librorum scripturam proxime accedit. Sic corrigendum monuit etiam *Villebrunius*, ab ADAMO edoctus. Vulgatam quidem scripturam cum ms. *A.* etiam Epitoma tenet; in qua de tota Antiphanis ῥήσει nonnisi haec verba adponuntur, parum convenientia menti poetae: Ἀντιφάνης δὲ περὶ τῶν μὴ λυόντων τοὺς γρίφους οὕτως φησίν· Ἅλμης χρῆν παραφέρειν πατήριον· εἶτ' ὀπίσω τὸ χέρα ποιήσαντα δεῖ ἕλκειν ἀπνευστί.

Vers. 11 *sqq.* »Responsum heri ita scribe, & sequentia »sic distingue:

»Οἶσθ' οὖν ὅπως γε δεῖ τοῦτό σ' ἐκπιεῖν; A. Ἐγώ.
»B. Κομιδῇ γε. πῶς; A. Ἐνέχυρον ἀπαφέροντά σοι,
»B. Οὐκ ἀλλ' ὀπίσω τὼ χεῖρε ποιήσαντα, δεῖ
»ἕλκειν ἀπνευστί.« — CASAUBONUS.

Ubi statim illud observatum velim, leve quidem; scilicet κομιδῇ γε (*vers.* 12.) cum ἐγὼ (*vers.* 11.) esse constituendum, non cum πῶς: quod & recte Dalecampius viderat. Tum vero *versui* 11. qualis in editis legebatur,

Οἶσθ' οὖν ὅπως γε δεῖ σε τοῦτ' ἐκπιεῖν ἐγώ:

non constare metrum adparebat. Nec magis erat legitimus, qualis in ms. *A.* legitur:

Οἶσθ' οὖν ὅπως δεῖ σε τοῦτ' ἐκπιεῖν. ἐγώ. b

Cui incommodo hactenus medicinam Casaubonus in Animadv. adtulit, quod δεῖ τοῦτό σ' ἐκπιεῖν scribi iussit: sed de delenda particula γε, quae importune & contra veteris codicis fidem invecta in editis erat, oblitus erat monere. Denique pro mendoso ἐνεχειρον recte utique, & consentiente nostro codice, monuit doctus Animadversor, ἔνέχυρον scribendum; quod ipsum etiam DALECAMPIUS viderat. Sed de ipsorum illorum verborum sententia, quam (suffragante, ut videtur, Casaubono) his verbis Dalecampius expresserat, *Ut id me facturum quidpiam tibi pignori tradam*, gravis oborta nobis dubitatio erat. Servus enim iam nunc loris caedendus, quo veritas ex eo exprimeretur, quo pacto dicere potuit hero, *se quidpiam pignori ei traditurum?* Et omnino haud satis video, *servus*, qui heri est peculium, quo pacto *pignus* aliquod offerre hero aut dare potuerit. Quare in longe diversam partem accipiendam hoc loco esse dictionem, ἐνέχυρον ἀποφέρω σοὶ, mihi persuasi. Docuit nos ipse noster Athenaeus, lib. VI. p. 266 extr. & sq. servo, qui iniuriâ ab hero caesus fuisset, concessam fuisse *adversus herum αἰκίας sive ὕβρεως γραφήν*: id est, *licitum servo fuisse herum iniuriarum reum agere, iniuriarum litem ei intentare;* id quod Graece proprie sonat ὕβρεως vel αἰκίας γραφὴν ἀποφέρειν πρὸς τὴν ἀρχὴν κατὰ τινός: poteratque etiam dici, ἀποφέρειν τινί. Iam qui reus fuit actus, is, ut ex iure Romano, sic & ex Atticorum legibus, *pignus dare* vel *vadimonium sistere* tenebatur, quo fidem faceret, se ad certum diem coram iudice compariturum; quod docet Scholiastes Aristoph. ad Eccles. 563. & Cornelius Nepos in Timoleonte, cap. 5. Igitur, qui alterum reum agebat, is simul a iudice postulabat, ut ille vadimonium sistere cogeretur: quare pro eo, quod dicimus *litem iniuriarum alicui intentare*, poterat etiam dici *ad sistendum vadimonium adigere*, sive, quod Nepos l. c. ait, *vadimonium alicui imponere:* quod Graece proprie hâc formulâ enunciabatur, πρὸς δίκην κατεγγυᾶν τινα, ut est apud Plutarchum in Timoleonte, pag. 253. f. ed. Francof. sed in eamdem sententiam servulus ille apud Antiphanem dixisse mihi visus erat, ἐνέχυρον ἀποφέροντά σοι.

Quod in fine adiicitur, ἕλκειν ἀπνευστὶ, facile adparet per iocum ambigue dictum esse. Proprie dicimus ἕλκειν ποτήριον, *haurire poculum:* eodem verbo nunc herus uti-

b tur de ſuſtinendis & quaſi exhauriendis flagri ictibus. Quod locum hunc citans Toupius (Emend. in Suid. Part. III. p. 543.) ἀμυστὶ pro ἀπνευστὶ ſcripſit, id imprudenti docto viro excidit. Perinde quidem utrumque dici potuerat: ſed in ἀπνευστὶ conſentiunt libri & hîc & pagina praec. extr.

AD CAP. LXXXIX.

Poſtquam dixit Athenaeus, Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν γρίφων εἰπόντων τῶν δειπνοσοφιστῶν, videtur adieciſſe tale quidpiam: *cum in multam noctem protractus eſſet ſermo, diſceſſerunt convivae, pacti invicem, poſtridie ſe iterum conventuros, & de variis poculorum generibus diſputaturos:* quo ſpectat quod & initio proximi libri ait, συναχθέντων γὰρ ἡμῶν καθ' ὥραν, & quod hîc ſubiicit, ἐπεὶδὴ καὶ ἡμᾶς ἑσπέρα καταλαμβάνει &c. *quoniam etiam nos veſpera occupat.*

c Concludit dein auctor hunc librum ῥήσει quâdam ex Metagenis *Philolhyte* ductâ, in eamdem prorſus ſententiam cum illâ Aſtydamantis tragici, a qua eiusdem huius libri initium fecerat.

Paulo ſuperius, pag. 573. harum Animadverſionum, lin. 6 & ſeqq. poſt illa verba, *penultimo verſu legitur* φανῶ σοι, loco eorum quae ſequuntur, haec repoſita velim: *ubi* φανῶ *quidem pro* ἀποφανῶ (*oſtendam, dicam*) *accipi poterat; ſed quum ſimplex verbum metro non conveniret, in ipſum* ἀποφανῶ *potius, quam cum Tyrwhitto in* φωνῶ, *mutandum nobis viſum erat.*

PRAETERMISSA NONNULLA.

Neſcio quo caſu accidit, ut, cuius Viri cum ſummum ingenium tum exquiſitiſſimam doctrinam, ſicut debui, maximi ſemper feci, DAVIDIS RUHNKENII brevem quidem, ſed infinitae eruditionis copiis refertum libellum Animadverſionum in Timaei Lexicon Platonicum, quum ad edendum Athenaeum accederem, non qua par erat diligentia totum perluſtrarim penitiusque excuſſerim. Quo factum ut nonnulla me praeterierint doctiſſimi viri obſervata, quae non modo ad illuſtrandas has Deipnoſophiſtarum disputationes, ſed & ad reſtituenda corrupta nonnulla loca valebant. De quo quum nuperrime me admonuerit adoleſcens omni humaniori doctrina politiſſimus, magnum olim harum literarum non ornamentum modo ſed & praeſidium futurus, BOISSONADUS, Pariſienſis, cuius in Athenaeum noſtrum merita iam aliàs praedicavi: (vide ſupra, pag. 306. harum Animadv.) quae a nobis ex hoc genere praetermiſſa intellexi ad ſuperiores Athenaei libros ſpectantia, ea ſimul cum aliis Addendis Corrigendisque, quorum ſpiſſum fore ſpicilegium praevideo, idoneo tempore, ſi vitam viresque Deus conceſſerit, adnotata edere conſtitui. At duo nunc maxime ſtatim commemorare volui, Lectoremque rogare, ut quae a nobis errata ſunt, corrigere velit. Quorum prius tale eſt, ut tanti Viri vel ingenium vel doctrinam ne deſideraverit quidem, ſed videatur vel mediocriter docto & leviter adtendenti ſponte debuiſſe occurrere: ſcilicet lib. X. cap. 6. pag. 14. noſtrae edit. (pag. 414. d. ed. Caſ.) in Achaei poëtae verbis non ἥβης σφριγῶντας, ſed ἥβῃ σφριγῶντας ſcriptum oportebat: quem errorem Ruhnkenius (locum iſtum citans ad Tim. pag. 243.) obiter tacitusque correxit, ne mentione quidem factâ vitii nimis manifeſti quod vulgatam occupaverat ſcripturam. Variorum auctorum teſtimoniis, ibidem a viro doctiſſimo collectis, quibus verbum σφριγάω de *corpore vegeto, florente & robu-*

ſto uſurpatur, adiici poterant duo, in quibus prorſus ut apud Achaeum de *athletarum* agitur εὐεξίᾳ. Nempe ſic Philo, de Plantat. Noë, p. 236. edit. Francof. 1691. σφριγώσης, dixit, καὶ ἀθλητικῆς οὕτως εὐεξίας. Et Simplicius, in Comment. in Epicteti Enchir. pag. 435. noſtrae editionis, *athletas* ait *eſſe* σαρκῶν ἐμπιπλαμένους καὶ σφριγῶντας.

Alterum, quod hîc commemorare volui, ſpectat ad Libri quinti caput 63 extr. pag. 349. noſtrae edit. (p. 220 extr. & ſeq. ed. Caſ.) & ad Animadverſiones noſtras Vol. III. pag. 265. ubi profeſſus eram non occurriſſe mihi Platonis locum, e quo ducta eſſent quae ibi citantur verba. Quod me tunc praeterierat, id diſcere potueram ex eodem illo paratiſſimo Platonicarum omnium & dictionum & ſententiarum promo condo RUHNKENIO: cuius ex Animadv. in Tim. pag. 253. ſimul eram intellecturus, recte a Caſaubono monitum eſſe, τερατολόγων τινῶν φύσεων ſcriptum oportuiſſe. Platonis locus exſtat in Phaedro pag. 285. Opp. T. X. ed. Bipont. quo ex loco (quod idem monuit Ruhnkenius) Pollux quoque illam ipſam dictionem τερατολόγος φύσις excerpſit, lib. VII. ſect. 189. & IX. 147.

His adiicere libet feliciſſimam BOISSONADI noſtri emendationem, ad quinti Libri cap. 60. pag. 342. noſtrae edit. (pag. 219. a. ed. Caſ.) ſpectantem. Ubi haeſeramus nos in illis verbis, quae ſic vulgo leguntur, τῶν ἐν Βάκτροις καὶ Μήδων εἰ εἰσί τινες δυνατώτεροι, ibi Boiſſonadus τῶν ἐν Βάκτροις καμήλων legit: & in plano in ſalvoque ſunt omnia: nec certior ulla aut expeditior eſſe emendatio poteſt. *Bactriarum camelorum* paſſim apud veteres auctores mentionem factam reperimus: & duo omnino genera diſtingui apud illos ſolent camelorum, alterum genus Bactriarum vel Bactrianarum, quae bina habent in dorſo tubera; alterum Arabiarum, quae ſingula. Vide inprimis Ariſtot. Hiſt. Anim. II. 1. & Plin. VIII. 17, 25.

LGr
A866S

21460

Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin version of Casaubon; ed. by Schweighäuser.
[Vol.10.]

DATE.

NAME OF BORROWER

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED